

*Bibliothèque numérique*

**medic@**

**Baillou, Guillaume de / Thévert, Jacques (éd.). Opera omnia medica tomus secundus. Consiliorum medicinalium libri II. Graecarum vocum, quae in hoc secundo tomo Gulielmi Ballonii inter legendum, lectorem linguae Graece imperitum morari possunt, interpretatio latina**


*Venetis : apud Angelum Jeremiam, 1735.*



**(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)**  
Adresse permanente : <http://www.bium.univ-paris5.fr/hist/med/medica/cote?05952x02>

G U L I E L M I  
B A L L O N I I  
O P E R A O M N I A  
M E D I C A  
T O M U S S E C U N D U S .





GULIELMI  
**BALLONII**  
 MEDICI PARISIENSIS  
 CELEBERRIMI  
**CONSILIORUM**  
 MEDICINALIUM LIBRI II.  
 A JACOBO THEVART,

Facultatis Medicæ Paris. Doctore, Auctoris pronepote, scholiis  
 nonnullis illustrati, digesti ac in lucem primum editi.

*Prodeunt secundo emendatissimi, & Græcarum dictionum passim occurrentium interpretationibus insigniter aucti.*

**TOMUS SECUNDUS.**

In quo pleraque continentur quæ & ad Morborum cognitionem,  
 eorumdemque curationem propositis Exemplis, & obscurorum  
 Hippocratis locorum intelligentiam pertinebunt.



**VENETIIS,**

APUD ANGELUM JEREMIAM,  
 Via Mercatoria sub signo Minervæ.

**MDCCLXXXV.**

**SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.**



## BENEVOLO LECTORI

JACOBUS THEVART

Doctor Medicus Parisiensis, S. D.



IU multumque tacita apud me cogitatione perpendi, prius quam hæc GULIELMI BALLONII avunculi mei, Clarissimi quondam nostri ordinis Decani, antiquiorisque Doctoris opera quæ per me nunc prostant, publici juris facerem; tandemque rebus diligenter pensatis de quibus ii maxime sunt solliciti, qui ut sua aliorumve scripta posteritati nota faciant, se nomenque suum omnium censuræ subji-ciunt, publicæ rei amor meos nimium prudentes metus vi-cit: quum præsertim in ea semper fuerim sententia, ab eo tempore quo de ho-minis vitæ cursu quotidiano judicare cœpi, eos beatos & aliqua ratione huma-no fastigio sublimiores esse, quibus divino munere concessum fuit, aut facere scribenda, aut scribere legenda, beatissimos vero quibus utrumque: sicque do-lui summo judicio, singulari prudentia, adeoque eleganti nitidaque dictione con-scripta opera, tot vigiliis & lucubrationibus exarata, nostrisque adeo profutura nepotibus, aut in privatos meos usus solum verti, aut tandem in blattarum tinearumque escam servari. Quod ne mihi probro adscriberetur, ex omnibus BALLONII operibus editioni paratis, quorum me ille heredem testamento in-stituit, Consilia hæc medica primum in lucem emittenda censui, quod scilicet a plerisque Philiatris desiderari, nullaque doctissimorum Collegarum (excepto Fernelio) ea de re scripta opera existare animadvertierim. Quæ quidem si di-ligenter & accurate evolvas, incredibile dictu quam bene tuis studiis consultum erit. Primum enim perfectam facilemque addisces methodum medendi plurimis morbis inauditis & curatu difficillimis qui in hac florentissima Parisiorum urbe propter frequentiam & celebritatem, sæpius quam alibi gentium aut sanandi aut dijudicandi proponuntur: Deinde vero legitimam & numeris omnibus ab-solutam, qualemque primarii olim Medici celebrarunt consilia ineundi rationem habebis: Denique non paucorum Hippocratis Aphorismorum elucidationem, adeo ut hæc quoque Consilia singularis alicujus commentarii loco merito esse possint. At vero tuis commodis privatim inserviens, utque uberiores, & num-quam satis optatum ex his fructum sis percepturus, copiosissimos rerum memo-ria scituque dignarum indices vocumque Græcarum Latinarumque contexui: alios præterea duos perquam necessarios quum morborum omnium & sympto-matum, tum & Aphorismorum Hippoc. qui toto opere explicantur: Denique quæ superflua mihi visâ fuerunt multis in locis subtraxi, scholiaque aliquot passim iis quæ ex Auctoris peculio sunt adjuncti. Licet vero in describenda morborum symptomatumque historia, a capite ad calcem usque progrediendo methodicum ordinem Auctor non sit secutus, non minoris propterea existima-

*Ballonii Oper. Tom. II.*

a 3

tionis

tionis Consilia hæc esse debent. Enim vero id factum fuit quod e re nata, & pro ratione temporum, quibus agros invisit, eorum affectus in commentarium & historiam redegerit, adde quod exquisita ordinis ratio in conscribendis Consiliis parvi admodum sit momenti: quam ob causam Auctoris seriem immutare nefas duxi, abundeque fuit prædictos morborum indices his subiecisse; quod si mihi laudi non vertatur, satis est tamen quod studio operaque mea in communem usum relata sint. Ceterum aliorum operum seriem & catalogum quibus artem nostram locupletavit idem BALLONIUS, hic non descripsi, neque etiam quod multos fecisse video adscriptorum commendationem, eum magnis encomiis & laudibus celebrandum suscepi, quandoquidem id tentare aut aggredi frustranei laboris videri posset, nam quæ super ea re desiderari, tuumque genium, ingeniumque pellicere & recreare poterunt, abunde & elegantissime in ejus vita ex Libro de illustribus Medicis Parisiensibus desumpta, est prosequutus Clarissimus Collega *RENATUS MOREUS* Medicinæ & Chirurgiæ Professor Regius, summi judicii & exquisitissimæ doctrinæ vir, cujus hoc non mediocre singularis virtutis argumentum est, quod sic alienas virtutes quæ plurimis invidiam aut fastidium pariunt, colat, foveat ac prædicet. Interim si quæ hac in editione errata admissa esse observaveris, quæ typographo aut mihi imputari possent, exemplarium cacographia, frequentes in his obeli, atque huc illuc sparsi asterisci utrumque facile excusabunt: quorum tamen compendiariam congeriem (quod multi solent) non struxi, quod ita levia esse animadvertirim ut te remorari non debeant, deinde vero operis venustas & elegantia tali congerie velut deformi aliquo nævo plerumque deturpatur. Itaque (*Benevole Lector*) qui laborem meum *ἀντισημῶν* es observaturus, quidquid mei fuit officii diligenter advertas bonique consulas quæso, eaque ratione audacior factus alterum ejusdem Auctoris Consiliorum librum elegantissimum, aliaque dein præstantissima opera non minoris in medicina faciendâ utilitatis necessitatibus que propediem excudenda curabo. Vale.

IN DOCTISSIMA CONSILIA  
 Medica Clarissimi viri D. D.  
**G U L. D E B A I L L O U,**  
 DOCTORIS MEDICI PARIENSIS  
 olim Decani, & antiquioris  
 Scholæ Magistri,  
 H E X A S T I C H U M.

**S**E urgeri satis cernens **BALLONIUS**, atque  
 Abrumpti vite stamina grata sua:  
 Nil facitis, Parca, nec enim minus ipse saluti  
 Humana, scriptis auxiliabor, ait:  
 O res mira! abis nam sic dum consulit, ipse  
 Producit vite stamina grata sua.

**GUIDO PATINUS**, Bellovacus,  
 Doctor Medicus Parisiensis.

I N E A D E M.

**L**Ucrum alii quarant: **BALLONIUS** arte salutem  
 Reddit Consiliisque, omnibus absque lucro;  
 Hoc Medico amissam desperet nemo salutem,  
 Consilium semper, fit Medicina, bonum.

PINEAU.

A P P R O B A T I O.

**H**ÆC Consilia Medica Magistri **GUILLELMI DE BAILLOU**, Medici  
 Parisiensis celeberrimi, erudita oratione & summo judicio conscripta, fruuntur  
 ea quæ diutius carere luce, futura rei Medicæ & ornamento & usui ma-  
 ximo. Datum VII. Calend. Junii. Anno M. DC. XXXIV.

Fr. BOVIONIER, facultatis  
 Medicæ Parisiensis Decanus.

IN-



## INDEX CONSILIORUM,

Morborum & Symptomatum hoc in opere contentorum. Numerus prior Consilium designat, posterior paginae faciem.

<b>D</b> E Capitis dolore CONS. 1. pag. 1.	<i>De vermibus &amp; alvi fluore. coeliaco &amp; dysenterico.</i> Conf. 30.	60
De Tab. Conf. 2.		3
De turbatis ac eruentis urinis. Conf. 3.	<i>De Iliaca passione.</i> Conf. 31.	63
De febre tertiana. notha. Conf. 4.	<i>De Calculo.</i> Conf. 32.	66
De colico dolore. Conf. 5.	<i>De Epilepsia.</i> Conf. 33.	99
De pulmonum phlogosi. Conf. 6.	<i>De alvi fluore.</i> Conf. 34.	109
De febre hectica. Conf. 7.	<i>De scabie &amp; pustulis.</i> Conf. 35.	106
De fluxione biliosa in scoptula & brachia. Conf. 8.	<i>De febre tertiana.</i> Conf. 36.	108
De melancholia Hypochondriaca. Conf. 9.	<i>De febre purpurata.</i> Conf. 37.	111
	<i>De melancholia hypochondriaca.</i> Conf. 38.	112
De colli. ac cervicis contorsione. Co. 10.	<i>De hydrope.</i> Conf. 39.	116
De alvi fluore. Conf. 11.	<i>De convulsione.</i> Conf. 40.	121
De sanguinis stillicidio ab utero. Con. 12.	<i>De fetore oris &amp; anhelitus.</i> Conf. 41.	125
	<i>De pulmonum affectibus, &amp; an ad pulmonum morbos quadret tenuis diata.</i> Conf. 42.	136
De febre tertiana typum referente. Conf. 14.	<i>De ventriculi gangrana, &amp; sideratione.</i> Conf. 43.	153
De hepatis inflammatione. Conf. 15.	<i>De vena sectione in febribus tertianis.</i> Conf. 44.	154
De duplici tertiana. Conf. 16.	<i>De Lethargo.</i> Conf. 45.	157
De febre tertiana. Conf. 17.	<i>De renum calculo.</i> Conf. 46.	176
De febre erratica. Conf. 18.	<i>De sanguinis per os rejectione ex costarum vulnere.</i> Conf. 47.	172
De febre pestilente. Conf. 19.	<i>Questionis explicatio; cur multi valde valetudinarii vivant, alii integre sani, alii in statu neutro.</i> Conf. 48.	176
De febre tertiana. Conf. 20.	<i>De capitis vulnere.</i> Conf. 49.	181
De visus imbecillitate. Conf. 21.	<i>De lactis asinini praesentia &amp; dotibus.</i> Conf. 50.	183
De Asthmate. Conf. 22.	<i>Questionis explicatio: An qui Gibbi ex Asthmate fiunt ante pubertatem moriantur?</i> Conf. 51.	186
De febre tertiana. Conf. 23.	<i>De renum calculo.</i> Conf. 52.	197
De Hydrope. Conf. 24.	<i>De diarrhaa &amp; dysenteria.</i> Conf. 53.	200
De febre cum gravibus symptomatis singultu & tussi. Conf. 25.	<i>De angina.</i> Conf. 54.	217
De doleribus ventriculi. Conf. 26.	<i>De cholera morbo.</i> Conf. 55.	228
De febre continua cum destillatione in pulmone. Conf. 27.		
De doloribus ad sternum & spinalem medullam. Conf. 28.		
De febre quartana cum gravissimo capitis dolore & lientis affectu. Conf. 29.		

<i>De fluore muliebri.</i> Conf. 56.	231	<i>De parotidibus.</i> Conf. 90.	336
<i>De cholera morbo.</i> Conf. 57.	232	<i>De quartana febre leiposymia implexa.</i>	ibid.
<i>De alvi fluore in muliere gravida.</i> Conf.		Conf. 91.	ibid.
57.	236	<i>De hepatis phlogosi.</i> Conf. 92.	339
<i>De singultu febrili superveniente.</i> Conf.		<i>De prae cautione febris lenta &amp; destillationis</i>	
58.	ibid.	<i>in pulmones.</i> Conf. 93.	341
<i>De febre purpurata.</i> Conf. 59.	245	<i>De Arthritide.</i> Conf. 94.	342
<i>De Epilepsia.</i> Conf. 60.	260	<i>De Gonorrhœa virulenta.</i> Conf. 95.	356
<i>De Elephantiasi.</i> Conf. 61.	269	<i>De febre lenta symptomatice.</i> Conf. 96.	358
<i>De fluore uterino.</i> Conf. 62.	270	<i>De pleuritide notha.</i> Conf. 97.	360
<i>De vulvulo.</i> Conf. 63.	273	<i>De Ischiade.</i> Conf. 98.	364
<i>De febre quartana.</i> Conf. 64.	278	<i>De Carcinomate uteri.</i> Conf. 99.	365
<i>Explicatio trium questionum quarum 1.</i>		<i>De destillatione in pulmones.</i> Conf. 100.	366
<i>est de hypnoticis. 2. de usu medicamen-</i>		<i>De febre continua.</i> Conf. 101.	ibid.
<i>torum prae propera vena sectione in fe-</i>		<i>De Dysuria.</i> Conf. 102.	367
<i>bribus quibusdam. 3. De ratione pur-</i>		<i>De Mola &amp; fluore uterino.</i> Conf. 103.	368
<i>gandi macilentia corpora.</i> Conf. 65.	286	<i>De Animi defectione.</i> Conf. 104.	ibid.
<i>De fluore uterino.</i> Conf. 66.	292	<i>Ad facilem uteri gestationem.</i> Conf. 105.	
<i>De febre Hæctica.</i> Conf. 67.	294	369	
<i>De Gonorrhœa virulenta.</i> Conf. 68.	295	<i>De ulcere in regione pubis.</i> Conf. 106.	ibid.
<i>De febre erratica.</i> Conf. 69.	296	<i>De urina incontinentia.</i> Conf. 107.	ibid.
<i>De Hydropse.</i> Conf. 70.	298	<i>De visus imbecillitate.</i> Conf. 105.	370
<i>De febre maligna.</i> Conf. 71.	301	<i>De quodam qui per tres menses integros la-</i>	
<i>De febre maligna.</i> Conf. 72.	303	<i>borarat, ut tanta diuturnitatis causa in</i>	
<i>De convulsione &amp; complicatis uteri affe-</i>		<i>medicos referretur.</i> Conf. 106.	371
<i>ctibus.</i> Conf. 73.	304	<i>De febre quartana, Arthritide &amp; variis</i>	
<i>De pleuritide.</i> Conf. 76.	308	<i>affectibus.</i> Conf. 107.	375
<i>De febre semitertiana.</i> Conf. 77.	309	<i>De febre maligna.</i> Conf. 108.	388
<i>De sanguinis spurco.</i> Conf. 78.	314	<i>De Cordis palpitatione.</i> Conf. 109.	390
<i>De febre typhode.</i> Conf. 79.	317	<i>De febre continua cum gravissimis sympto-</i>	
<i>De Gonorrhœa virulenta.</i> Conf. 80.	318	<i>maticis.</i> Conf. 110.	399
<i>De febre Affode.</i> Conf. 81.	319	<i>De febre continua &amp; destillatione ferina.</i>	
<i>De hepatis inflammatione.</i> Conf. 82.	320	Conf. 111.	411
<i>De febre continua cum eruptione paroti-</i>		<i>De Hypochondriorum phlogosi.</i> Conf. 112.	
<i>dum.</i> Conf. 83.	ibid.	414	
<i>De febre continua.</i> Conf. 84.	ibid.	<i>De febre continua horrida &amp; destillatione.</i>	
<i>De febre continua cum gravibus sympto-</i>		Conf. 113.	419
<i>maticis.</i> Conf. 85.	321	<i>De Capitis dolore.</i> Conf. 114.	421
<i>De febre maligna.</i> Conf. 86.	325	<i>De febre semitertiana.</i> Conf. 115.	428
<i>De febre maligna.</i> Conf. 87.	327	<i>De febre &amp; dentium dolore.</i> Conf. 116.	433
<i>De destillatione in pulmones.</i> Conf. 88.	329	<i>Encheiridion sanitatis D. Henrico Hervil-</i>	
		<i>les, in militiam profecturo prescriptum.</i>	
<i>Questionis Explicatio. Cur exigua puris</i>		Conf. 117.	435
<i>excretionis animus facile deficiat?</i>		<i>De febre continua.</i> Conf. 118.	ibid.
Conf. 89.	231	<i>De vermibus.</i> Conf. 119.	438

# INDEX

## APHORISMORUM HIPPOCRATIS

qui hoc in opere explicantur.

- E**xplicatur Aphorismus 5. libri 7. a furore habito, &c. pag. 99. 230  
 Explic. Aph. 44. libr. 6. quibus ex stillicidio urina. 64  
 Explic. Aph. 65. lib. 5. quibus tumores in ulceribus apparent, &c. 209  
 Explic. Aph. 45. lib. 2. quicumque pueri morbo comitiali laborant, &c. 121  
 Explic. Aph. 64. lib. 5. lac dare, &c. 184 & sequent.  
 Explic. Aph. 23. lib. 4. quibus ex morbis acutis aut diuturnis vel ex vulneribus, &c. 173  
 Explic. Aphor. 3. lib. 6. in longa dysenteria aversio ciborum, &c. 208  
 Explic. Aphor. 28. lib. 2. febricitantibus non omnino leviter, &c. 158  
 Explic. Aphor. 6. lib. 2. qui parte laborant aliqua, &c. 167  
 Explic. Aphor. 69. lib. 5. mulieribus rigores ex lumbis, &c. 209  
 Explic. Aphor. 46. lib. 6. qui gibbi ex asthma, &c. 186  
 Exp. Aph. 34. lib. 4. si a febre habito tumore non existente in faucibus, &c. 224  
 Explic. Aphor. 26. lib. 7. in forti dolore ventris, &c. 234  
 Explic. Aphor. 34. lib. 5. si gravida alvus fluat, &c. 236  
 Explic. Aph. 8. sect. 2. Prorrh. corporis partes extrema si celeriter mutantur, &c. 251  
 Explic. Aph. ultimus lib. 5. icterici non valde flatuosi, &c. 395  
 Explic. Aphor. 43. lib. 4. quoquomodo febres intermiserint, &c. 403  
 Explic. Aph. 30. lib. 2. circa initia et fines omnia imbecilliora, &c. ibid.  
 Explic. Aphor. 9. lib. 7. a profluvio sanguinis desipientia, &c. 240  
 Explic. Aphor. 13. lib. 6. a singultu habito sternutamentum, &c. 239  
 Explic. Aphor. 22. lib. 1. colla medicari, &c. 102 & 378  
 Explic. Aphor. 65. lib. 4. in febribus circa ventriculum estus, &c. 381  
 Explic. Aphor. 73. lib. 4. quibus Iliac obmurmurant, &c. 276  
 Explic. Aphor. 3. lib. 7. a vomitu singultus et oculorum rubor, &c. 239  
 Explic. Aphor. 71. lib. 5. quibus cutes circumtenduntur, &c. 106  
 Explic. Aphor. 6. lib. 7. in morbis longis atroxia. 106  
 Explic. Aphor. 18. lib. 4. dolores supra diaphragma, &c. 103  
 Explic. Aphor. 41. lib. 4. sudor a somno melius, &c. 110  
 Explic. Aphor. 6. epid. melancholici sunt epileptici et contra, &c. 115  
 Explic. Aphor. 9. lib. 4. melancholici fortiter purgandi, &c. 103  
 Explic. Aphor. 56. lib. 4. sudor superveniens febrem non solvens, &c. 110  
 Explic. Aphor. 38. lib. 4. ubi sudor ibi morbus, &c. 110  
 Explic. Aphor. 67. lib. 4. ex somnis timores in febribus, &c. 116  
 Explic. Aphor. 14. lib. 2. Prorrh. faciei color bonus et mastitia, &c. 382  
 Explic. Aphor. Coac. coloris bonitas et sudores, &c. 280  
 Explic. Aphor. Coac. cholera morbus leippyriam solvit, &c. 230 & seq.  
 Explic. Aphor. Coac. in potibus submurmurant, &c. 218  
 Explic. Aphor. 8. lib. 3. Prorrh. quibus lumborum labores 233

BENEVOLO LECTORI  
 G U L I E L M U S  
 D E B A I L L O U ,  
 D O C T O R M E D I C U S  
 P A R I S I E N S I S S . D .



**S**icut cuiusque est ingenium, ita se limet ac exerceat, praeclare de se mereri videtur. Et quum exercendae industriae excolendive ingenii duplex omnino sit ratio, una dum privato studio addicti in communem utilitatem nihil afferimus, ac si in se ipsa res verteretur, altera dum studiorum nostrorum partem cum aliis communem esse volumus, ut haec ab illa longe dissidet, ita utilitatis & laudis quae ab alterutra redit, alia atque alia ratio existit. Qui privatis in studiis sese abdit, majorem aetatis suae partem in iis occupans, quum secum ipse vivat, sibi soli natus videtur. Cui melior inest animus eximia cujusdam immortalitatis opinione imbutus, is privati sui otii, cui se adjecerat, fructum longe fluere ac manare volens, ad alios quoque vult pertinere: Sui enim conscius est miseram se alias vitam propagare, nisi quae ipse apud se commentus est & in unum contulit, eorum alios participes esse velit. Quod quidem ab re non videtur. Nam in iis qui secum ita vivunt exilis admodum est immortalitatis opinio: in iis contra quos publici nominis desiderium ac amor tangit, augustum aliquid ac florens existit. Et qui umbra & otio delectari falsa temporis usura abutuntur, tametsi excellentem animo litterarum impressam effigiem tenere se existiment, nullo laudis aculeo pungi videntur, quum illam non exprimant, alioqui non ita publicam utilitatem desererent ut privatae serviatur. Quum vero nulla laudis spe ducantur atque alantur, eos nihil aut parum salis ac humani habere judicandum est. Illis pectus refrigescit quum hoc nullus laudis ardor inflammavit, quod stolidissimum quemque frigidissimumque hominem incendere ac incitare possit. Nimum illis scilicet aeger est animus, ut quibus non sint stomachi delicatissimae epulae quas laus subministrat, quaeque acerbiter omnem condire possint ac mitigare. Frustra tot praeliorum dimicationes bellicosa sustinisset Antiquitas, in qua priscum semper aliquid ac nitidum apparuit quod in publicam rem redundaret. Frustra arbores sevisset saeculo alteri profuturas, in excolenda agricolatione tantam operam posuissent: Nec minus ridendi essent qui seposita omni rerum domesticarum cura in publicae utilitatis studium sese conjicientes libris de re quavis editis & miro artificio limatis claruerunt. Inanis eorum

rum

rum omnis foret industria nisi quum rebus illis arduis ætatem suam tetesent; simul etiam admirabilis cujusdam immortalitatis opinione, & laudis nullo marcore extinguenda incredibili expectatione sese sustinerent ac recrearent, quod qui negat, suam ipsius inertiam abunde declarat. Quod eo animo dictum acceptumque velim, ut & instituti nostri consilium intelligatur, & hominum sibi solis consulentium pessima mens condemnetur. Novimus qui tametsi publicis scholis multum profecerint, tam male tamen de Publica re mereantur, ut nil novum cudere, nil scribere, nil in ordinem redigere velint. Non hos laboris vigiliarumque piget, sed quum multa studio contigerint, nonnulla aliena industria collegerint, piget tamen eorum partem aliis communicare, quorum hæc ratio est jejuna admodum & angusto ingenio digna. Quid attinet me nonnullam operam ponere in iis enucleandis evolvendisque quæ multa sunt apud me araneorum & tinearum ludus & esca? si quid tale velint posterius, laborent, assequantur, nolo meam industriam illis inertia desidiaque occasionem dare; beluinum hoc & libero homine indignum. Si hoc jure nobiscum egisset antiquitas, si immensum artium proventum invidisset, langueremus nunc omnes ac frigeremus. Quicquid agimus, scribimus, excogitamus, id non est novum, sed veterum inventis addimus tantum atque amplificamus. Melius multo de nobis meruit Antiquitas quæ nullum non sustinuit laborem ut multa undique quæreret, ingenio & industria excoleret, quod in commodum nostrum verteretur. Immo in eo consumuntur eorum industria & curæ, ut posteriorum suppellex instructior locupletiorque illorum labore reddatur. Quo fit ut nos majorum conatus proxime imitati succideremus nonnullam temporis partem quam in hunc librum conferremus ac conjiceremus. Si quid enim aut ingenio nostro quæsiverimus, aut aliorum industria collegerimus, id ipsum huc contulimus utilitatem non omnino poenitentiam aliis allaturum. Sic nulla infamia aut socordia nota nostro nomini hærebit, ut iis contingit qui aut quum se desidia dediderint, omnem laborem detrectant, aut quum multa alias habeant diffusa, desperaque quorum nonnullus esset fructus, si in vulgus ederentur, nolunt tamen laborum suorum partem cum aliis communem esse. Quod quum brutum sit ac inhumanum, inde longe nobis recedendum arbitramur: si quid hic sit lectione dignum, hoc pro arbitrato utere: sin autem, aliquid afferes limatius ac excogitatum magis quod nos qui hujus rei inventores dici volumus, amplectamur. Vale, & iis qui publico nomine laborant magnam gratiam habet. *Lutetia Parisiorum. Idibus sextilibus 1572.*



**GULIELMI  
BALLONII**

**MEDICI PARIENSIS CELEBERRIMI,  
CONSILIORUM MEDICINALIUM**

**LIBER PRIMUS.**

**CONSILIUM PRIMUM.**

**DE CAPITIS DOLORE.**

**AD DOMINUM ANDREAM GUILLARDUM,**

*Regium in Consilio Secretiore Consulem.*



**V**ETERES partium infirmitates etsi omnino non tolluntur, leniri tamen solent ac mitigari. Eas autem jam vestigia pressisse, ac jam-pridem inveterasse argumento est, quod quum sopita extinctæve judicentur, cæveluti postliminio redeunt, sæpe acerbius quam alias nos exercent ac fatigent; sive, quod fere fit, externa aliqua causa adsit quæ ignaviam morbi exsuscitet, sive ab humoribus qui intus ignavi residetque latent. dolor hic redintegrandi sui causas principiaque ducat. Inter affectiones, quæ in hominum genus maximam partem sæviunt, sunt capitis dolores, & ventriculi infirmitas. Hic quidem, quoniam vel ob usum medicamen-

*Ballonii Oper. Tom. II.*

A torum

torum quibus maxima hominum pars imprudentius addicitur, vel ob esculentorum potulentorumve varietatem, alteratur ac elanguescit; cerebrum autem, quod pars sit externarum injuriarum procellis maxime exposita, & internis affici solita, quum instar cucurbitæ inferne sursum errabundos vapores attrahat. Ac præ ceteris quidem nuper apud me questus es de veteri capitis infirmitate, quam hemicraniam appello, quæ stata rataque periodo caput exerceat; unde capiti conflata comparataque imbecillitas, ut leviuscula de causa in subjectas partes illinc tamquam a fonte scaturientes humores præcipites ferantur. Quinetiam a catarrho in fauces, deinde in pulmones melius, quod uberrime saliva in os recurrat, idque quum alias, tum maxime dum hemicrania repetit, quæ sua periodo ratoque circuitu in alteram tantum capitis partem tyrannidem exerceat. Sed ut pluribus paucis ante diebus edisserui, non tam a capite residua hæc superfluaque materia dimanat, quam a ventriculo, ab hoc nimirum residante tenui sero in os ob consensum ventriculi cum cerebro, quasi ventriculus quæ data porta exoneret sese, eo quo mirum in modum vexatur, excremento. Quamquam imbecilla maleque affecta pars est; non prius tamen morbus revirescit, quam a causa aliqua externa vis ac impressio inferatur. Unde pertinaci studio, cura, sedulaque in rem aliquam animi contentione, aut ejusdem perturbatione, quum alioqui sedatus tranquillisque esset, vetus infirmitas detegitur ac invalescit. Sed in eo demum virtutis & temperantiæ significatio maxima est, qui causis illis quæ morbos excitant, occurrit, ut suo sibi Marte perniciem conciliaffe non judicetur. Et in potulentis, esculentisque moderatum se præbendo, & in animi perturbationibus quietum ac equabilem, & in aliis id genus temperatum. Aegrè fers admodum, quod liberum in litterarum quarum mirum in modum desiderio elanguescis, studium incumbere non permittat aut parata in oculos fluxio, quæ te ea re frui vetat, quam cum vita eandem æstimas; aut hemicrania, quæ longo annorum flexu confirmata in caput tuum jus, ut sic dicam, vindictarum habere videatur. Si quid consilio possum, censerem jecineris & ventriculi stato tempore rationem habendam esse. Quantum mente ac ratione colligo, duæ illæ partes accusandæ sunt, ut jampridem illustrium Medicorum qui tibi fecere medicinam tacitum consilium videtur indicasse. Eorum enim omnis ratio & industria in eo versata est, ut intemperiem jecineris calidam emendarent, ventriculo robur ac firmitatem conciliarent. Sed & illud addo, corpus tuum jam ad melancholicum statum videtur divertere, non tam ratione curarum quibus opprimeris, quarum tamen moli ac magnitudini erecto animo resistis, quam ætatis descriptione & annorum flexu. Hoc enim jampridem Hippocratis auctoritate testatum est, corpora biliosa ætatis decursu quum perspiratione carerent, melancholica effici. Supprimitur enim humor qui per extima cutis diffusi debuisset, biliosusque humor exassatur, unde in melancholicum succum facile degenerat. Itaque quum constet hepatis vernaculam esse intemperiem quæ demum variorum affectuum tamquam fomes ac seminarium existat, illa primum corrigetur. Optime ad eam rem consultum

Seçtio. 6.

l. 6. epid.

2. Gale.

nus Com.

in Aphor.

15. lib. 3.

Aphor.

vide-

vide-

videretur si syrupus ad hanc formam concinnaretur: *℞. succorum, endi-*  
*via. ℥i. scur. borrag. depurat. an. ℥iii. succi summitatum lupul. ℥j. succi*  
*pamon. decurtip. ℥iii. succi granat. ℥ii. sacchar. candidi & communis par-*  
*tes. equales quod sufficit. fiat syrupus coctus, celo estuante in usum reduc.*  
 Loco hujus syrupi in pharmacopœorum officinis asservatur syrupus e ci-  
 cho. compositus cum rheo. 2. Non videberis operæ multum pretii fa-  
 cturus si medicamentis purgantibus corpus assuecat. Nam quum illis  
 nulla amicitia cum corpore intercedat necessitudo, ab ijs corpora alteran-  
 tur ac deteruntur. Deinde in pravam consuetudinem adducuntur; desue-  
 scere autem non facile est, aut non commode id fit. Humores enim qui  
 desides in corpore diu restiterunt, & qui de sanitatis gradu nondum de-  
 jecerunt, semel moti ac concitati deteriores redduntur, quam ipsi fuerunt  
 dum quiescerent. Potes cassia fistulari contentus esse admisto rheo. At  
 ventriculo consultum oportet sumtis stato tempore pilulis aliquot, quibus  
 non tam ventriculi repurgandi, quam ejus confirmandi facultas concessa  
 sit. Conferent pilula ex aloe initio pastus, nisi hæmorrhoidum fluxui sis  
 obnoxius. Conferent ea pilula sub ea forma. *℞. mass. pilul. de aloe ℥*  
*℥j. aggreg. ℥ii. cinamomi interior. grana vi. cum aqua bugloss. infus. gra-*  
*nor. vi. mastich. fiant pilul.* De cerebro quoniam ita quereris, rationis  
 est earum partium curam rationemque habere. Quæcumque enim labe  
 contingit, ea ad inferarum partium morbum ac infirmitatem transfere-  
 tur. Plura multo sunt quæ in eam rem conferri possunt, sed malo de-  
 sideres, quam minus copiose accommodateque ea a me explicari ac per-  
 tractari. Parisiis Calend. Februarii 1571.

## CONSILIUM SECUNDUM.

*Pro Jano Guichonio ad Tabem vergenti.*

**Q**UUM vigil astigisses Illustri herō tuo ministraturus, plethoricis sym-  
 ptomatis cerebrum fetum plenumque relictum est, unde perenni de-  
 fluxio in pulmonibus labe contracta est. Eo quoque aliquid contulisse vi-  
 detur consuetudo assidua cum herō phthisico, cujus halitus potest ad alios  
 venenatam mali qualitatem traducere. Hoc enim jampridem veterum au-  
 ctoritate confirmatum est. Ergo in veterata jam in pulmones fluxio est, &  
 quæ pulmones jam affecerit labe nulla arte eluenda. Verum, quod non-  
 dum artuum corporisque universi macies contracta sit, id arguit nondum  
 confirmatam phthisin esse, sed aliqua industria ac arte elevari posse: Ma-  
 lum hoc funditus tolli posse si quis asseveret, aut effecturum se pollicea-  
 tur, fraudem is faciet ac decipiet. Duobus modis occurri potest; uno, si  
 quam maxime poteris legitimam victus rationem servaveris: altero, si per  
 intervalla levibus medicamentis te accommodaveris, quæ paullo post descri-  
 bam. Hæc autem in victu rata firmaque sunt, somno diuturno absti-  
 nebis,



## CONSILIORUM MEDICINALIUM;

nebis, ac præcipue meridiano, frugalis cœna esto, iurulenta parca erunt, jentaculum solo pane constabit, potus nullus esto: Vini usus huc non confert, quum multis abstinencia vini sanitatem reddiderit. Quoniam tamen abstinere omnino difficile est, metuendumque sit, ne circumcisus vini usus stomacho imbecillitatem pariat, aqua primo haustu in pastu sumetur, ut viscera superiore abstinencia paullum resiccata, raptò ad se se primo haustu humescant, nec incalescant. In aqua incoquantur myxaria, dactyli, pruna. Quod ad medicamenta, valentiorum usus parum tutus, malum enim inveteravit, at blandiorum.

℞. Cass. ℥ j. Diaphæ. ℥ iiii. cum Elect. Diatrag. & pulp. zizyphor. fiat bolus: aut hic potus. ℞. Decoct. peclor. ℥ iiii. in quibus incoquantur folior. sene ℥ iij. seminis fenicul. ℥ j. s. in express. infund. agar. troch. ℥ iiii. in expr. diss. cath. & syrup. e bech. an. ℥ vj. Diaphæmicon. ℥ j. fiat potus. Nec vero abunde erit capiti consulere, sed & humoris in pulmone illapsi ratio est habenda. Eo conferet hic linctus.

℞. Elect. diatragacant. frigi ℥ j. sacch. candi pulver. diaireos, an. ℥ ij. penidiar. ℥ j. ℞. looch sani ℥ j. cum syrup. myrrino, aut de byss. fiat linctus. ℞. confect. de rebecca ℥ j. utatur sape. ℞. looch sani & experti ℥ iij. utatur cum baculo glycyrr. Vesperi cubiturus uteris opiata. ℞. pul. elect. diatraga. ℥ vj. boli arm. ℥ j. ℞. conser. rosar. veter. ℥ j. ℞. cum syrup. de papav. fiat opiata. Hordeata plurimum conferent. Nec est quod frequenter iis remediis te fatiges, eorum enim usus incidet maxime in magnis temporum mutationibus. Vere appetente venæ sectio plurimum utilis erit. In aurora conandum est expectorare ea quæ in pulmonibus contenta erunt: depexis in posteriora capillis commode adhibebuntur sacculi ex milio & fure. Commode in ore versabuntur grana mastiches. Deinde excipiendus fumus hoc pulvere in prunas injecto.

℞. Nigel. Rom. ℥ iij. pulu. ros. ℥ ij. thuris ℥ j. mastich. ℥ j. His remediis non pristinam sanitatem, quam non pollicemur, sed longiorem jucundiorumve vitam promittimus.

## ANNOTATIO.

2 Fortasse suffitus ex aromaticis quales hic & a medendi peritis prescribi solent non conveniunt in affectibus periculis capitis: in his enim semper conjuncta est gravitas, hanc autem adauget plurimum aromaticum suffitus. Nam calida omnia, superiora facile petunt, fumis caput opplent. Gal. comm. in aphorism. 28. lib. 5.

## CONSILIUM TERTIUM.

*Ad consulem Regium turbatas ac cruentas urinas excernentem.*

**R**ENUM affectus maximam partem jure hereditario ad posteros perveniunt, ut & earum partium quibus commune publicumque officium a natura demandatum est, sic nimirum quibus cerebrum imbecillius est, ii ad posteros id vitii transfundunt, ut quemadmodum bonorum sic & morborum heredes constituantur; in ceteris lithiasis hereditaria esse solet, quod femini impressa sit dispositio a qua affectus principia causasque ducat. Vita tamen institutum plurimum ad hanc aut illam partem confert, ut nativa dispositio corrigatur; vel ut depravata victus ratione pravorum humorum proventus in corpore fiat, unde lapidis generatio & soboles consequatur. Affectus quo non ita pridem confictaris propter insolentiam mirum in modum terruit te, quum nulla haecenus rudimenta ejus existerint. Doloris tamen species, situs, urinae quoque ipsae male affectorum renum locuples satis argumentum reliquerunt. Non quin a superioribus quoque partibus aliquid deerrare possit, ita enim quae loco superiori sitae sunt partes, in eas sua onera deponunt, quae inferiore sitae sunt, quaeque excipiendis totius corporis excrementis dicantur. Urinae arguunt renum affectus, eosque indicant: illac enim trajiciunt ac si quid praeter naturam contineatur, devehunt ac in matula ostentant. Arenosae apparuerunt primum quae contentum necessario in renum cavis calculum non arguunt, sed quum vi naturae deturbentur dejicianturve, generationi lapidis occasiones praeripiunt. Alioqui metus foret ne si illic diutius resisterent, in lapidem tandem cogerentur ac coagmentarentur. Cruentae postea, ac *ταραχιδεις*, & ad nigrorem divergentes excretae sunt, quae lapilli contenti occasionem, vel opinionem potius fecerunt, quum saepe ejusmodi excernantur attritu collisive rei duriusculae renem deterentis: Nam quum corpus id carnosum sit, facile patitur. 2. Quamquam & ab hepate, & a liene praesertim nigrore aspersae excerni possunt, quum eo loci exassentur aduranturque humores, qui postmodum cum reliqua humorum colluvie defluentes novo colore urinas imbuant ac intingant. Tamen sive a renum pressu attrituae res ita evenerit, sive aliunde raptus humorum fiat in renes, unde & gravitatis sensio adest, quae lapidem contentum ementiatur, consulendum tamen renibus, ut & non ita facile excipiant onus aliarum partium amandantium a se se excrementa, si hoc aliunde eveniat, sive a propria ipsius renis imbecillitate & morbo id contingat. Id ut apte commodeque fiat, derivandus est alio humorum cursus qui praecipites in renem male affectum ruunt. Quod usu syrapi hujus solemniter facile consequeris, praesertim quo tempore Luna silet.

*℞. Scariol. acetos. plantag. an. m. j. endivie, agrim. lupul. an. m. ℞ foliorum viol. & malva an. m. j. bismal. m. ℞. Quat. semin. frigid. map. semin. endivia an. ℞ j. passul. glycyr. an. ℞ ℞. sebest. 4. Caricas tres, sum-*  
*Balonii Opera Medica Tomo 11. A 5 mitatum*

## CONSILIORUM MEDICINALIUM,

*mitatum urtica mollis m. ℥. fol. sena ℥. j. ℥. polyp. & semin. carth. an. ℥. j. corticis myrob. citrin. & tamarin. an. ℥. j. fiat Decoct. ad lib. j. in col. diss. sacch. quart. iij. express. ℥. j. ℥. rhei & ℥. s. agar. maceratorum in succo end. cum ℥. j. sant. citr. & ℥. ij. cinn. fiat Syrup. coctus. cap. ℥. j. ℥. inter- lunio Luna, cum decocto glycyr.*

*℥. Diatrag. frig. ℥. ij. cap. frequenter. ℥. ung. refriger. Gal. aut ro- sati Mesue ℥. ij. pro litu regionis renum.* Interdici debet usus eorum quæ movendarum urinarum facultate pollent, nam ea ad renes materiam deve- herent, & ita obstruerent, unde malorum incrementum, ideo perperam & ignorata rerum natura plerique audito lapidis nomine, aut renum affectus statim ad vinum album & diuretica concurrunt, ignorantes cautius uten- dum esse vino albo, præsertim quum corpus scatet excrementis: Hæc enim usu eorum quæ tenuitate partium prædita sunt, in renem affectum conve- hunt, nataque inde obstructio mirum in modum lædit, efficitque ut mor- bus quasi redivivus capiat incrementum. Exercitationis magnæ sunt oppor- tunitates ad præcautionem, & curationem calculi; sed hic consideratos ef- se oportet, ne aut intermissione exercitationis propriique officii corpus igna- vum reddatur, vel exsolvatur, unde magna crudorum humorum copia con- geratur, aut vehementiore agitatione humores agitentur, unde fursum, deorsum ac in omnem partem impetu facto, tandem ea onerentur partes quæ imbecillitate aliqua fatiscant, Quomodo affectu renum tentati nimia exercitatione sæpe dolores magnos experiuntur. Videndum ne curiosa nimis & accurata ciborum varietas obsit. Nam varii inde humores generantur qui naturæ conficienti plus facessunt negotii, quam si res uniusmodi usu ve- niant. Quoniam autem renes semel affecti aliis atque aliis exercentur mor- bis, unde eorum successio contingit, æstuante cælo ad lac asininum confu- giendum: hujus eximie sunt dotes quum accommodate usurpatur, ita præ- posterum ejus usum magna incommoda consequuntur. Quod facile magno usu apparebit. Calend. Martij 1571.

## A N N O T A T I O.

*2 Simile quid observavit Hipp. in Herophonte, qui licet nigra minxisset, convalescit, lib. 1. Epid. sect. 3. & Gal. sub finem lib. 5. de locis affect. inter cetera ea de re commemorabilis locus est apud Aetium, retrabibili 3. serm. 3. cap. 3.*

## CONSILIUM QUARTUM.

*Pro Nobili puella Lodoica de Herville.*

**I**LLUSTRIS virgo febreprehenditur quæ typo tertianam refert, sed quod & paroxyfmi in noctem inciderent, & quod longiores forent, esse

esse notham spuriamque febrem tertianam inferebat ! Eo quoque contulit verna constitutio calida, sed tepens. Corpore erat satis male affecto, & fœdis coloribus deturpato, sed illam insitam innatamque habebat corporis imbecillitatem; adeo ut toto febris cursu impura humorum colluvies emanaret, locuples congestæ cacochymia & in dies succrescentis argumentum. Sic potulenta esculentaque omnia corrumpabantur: sic hectica quædam corruptela & diaphthora conjiciebatur. Exactis diebus tredecim (qui septem circuitum terminus erat) quum & sudores erupissent, & alvus abunde lata foret, immo fluxus quidam diarrhœicus terrore magno apparuisset, sed hic quam primum repressus est, quod non excernerentur quæ excernenda erant, idque magno totius corporis incommodo fieret; tamen quasi redivivus repetiit, & ad tertianum paroxysmum auctarii vice adjectus & alius ut duplex tertiana existeret. At esse mirum oportuit, quod excreta materia copia malum non terminarit, sed ne minuerit quidem. Quod in omnibus morbis malum. Dubitatum est num secanda esset vena? Aliis non placuit hoc remedium, quod juvencula, imbecilla, corpore admodum distabili, materiaque non tam in venis contenta, quam in mesenterio, in quo magna obstructionum copia contineatur. Aliis secus visum est, qui experientia norint in febris ab obstructione natis præfens remedium afferre venæ sectionem. Itaque omissum remedium hoc. Potuit tamen usurpari, quod febris nulla appareret vacuitas finitis paroxysmis, impresso nimirum partibus solidis calore. Morbus diurnus, partim securus, partim vero non apparebat; diurnus quidem quod maximam partem accessiones in idem tempus inciderint, & eodem deserint: quod ex Hippocratis mente morbum fore longum significat. Securitatem autem designabat accessionum stata periodus & repetitio; ex ejusdem enim sententia periculi immunitas est cum intermissione quocumque modo illa sit. Nam & malignæ humorum putredinis & inflammationis metus abest ex mente Interpretis. Itaque febris ex se quidem securitatem pollicetur, sed ratione subjecti patientisque corporis non item, quod viscerum magna impuritas subsit fortasse & diaphthora. Et duorum alterum consequi est necesse, vel ut in longum tempus morbus producat, vel hectica quædam symptomatica consequatur. Illud enim observatum est a venarum mesaraicarum obstructione nasci febres hecticas, quæ diu sine sensu magno agros exercent. Eoque initi consilii extremum pertinuit, ut agarico & folliculis obstructionum libertas quaereretur. Nam quæ excernuntur viridia, flava, & varii coloris recrementa, ea non minuunt paroxysmos, quod arguit id non excerni quod excerni debuit, unde natura opprimitur tantum, sed non allevatur.

## CONSILIUM QUINTUM.

*Pro Coquo Domini de Roissy, colicum dolorem pati se  
asserente.*

**I**NCREDIBILE dictu quantis doloribus venter inus torqueatur ; Ac sæpe exercent in ea parte dolores quos frustra, multis adhibitis remediis sive ea assumantur, sive adhibeantur, solvere aut lenire cogitabis. Injectis clysteribus non solvuntur, medicamentis paullo vehementioribus irritantur. 2. Primus nostra memoria Fernelius observavit sapenunero cruciatus excitari, qui quadam similitudine & vehementia colici nuncupantur, quibus tamen non in colo intestino sedes est, sed vel in peritonæo, vel in membranis quæ abdomini ventrisque partibus ostenduntur. Non clysteribus, non medicamentis leniuntur. Eorum materia aut flatu est, aut acer æruginisque humor, qui quum diu restagnans in visceribus restitisset, tandem inusitatam viam in abdominis spatium aut in peritonæum sibi patefacit. Et hæc in diuturnis febribus contingunt. Quippe natura depulsionem materiæ crismque in alvum molitur; & quum nusquam expeditam viam nanciscatur, humorem illum è venis ac visceribus in membranas avertit ac derivat. In quatuor aut quinque id ego deprehendi, qui quum dies aliquot febre conflictati fuissent, aut quod ejus diuturnitatis eos cæderet: aut quod quum primum natam febrem rescindere ac jugulare cogitarent, inito cum mulierculis, aut præstigiatoribus circulatoribusque hominibus consilio, motum impetumque materiæ impediverunt. Et quum ea inducias aliquot dies dedisset, resumtis collectisque viribus, jam demum recens furibunda quaquaversus sese insinuat, unde dolores priore morbo deteriores exsurgunt. Ac ut ceteros omittam, Nicolaus du Saussay memorandus hic. Hic febrem tertianam sustinuerat: remedia neglexerat, sero tamen neglecta usurpavit. Habitu erat melancholico, pueri, aut saltem pessime affecto liene. Quum febris quievisset, octavo post die adstricta alvo, in stomachi capacitate flatum sensit. Pauculo post tempore paullo contractius malum fere superius orificium occupavit, ac si hic punctum esset aliquod: circa pectinem ad extremum musculi recti altera doloris sedes, præterea circa renem sinistrum; non quia meo judicio materia diffusa esset magis, sed in particulis his magis elucebat. Pulsus parvus; sudores, ac veluti animi defectiones; urinæ flavæ ac sedimentum nigricans divulsisque: (sed tales urinas in melancholicis, & quibus affecta viscera sunt observavi) pugnatur cardiacis, nil profectum. Ita exactus dolor, ac velut superficiem attingens, ut minimum digitorum appulsus, immo ne rarissimi lintei ferre posset. Descendit in balneum, adhibiti lirus, fœtus, medicamenta vomitoria usurpata, nil profectum. 2. Imo sæviebat magis dolor. Visus est toxico infectus. Ac ejus rei magna erant argumenta: duodecies repurgatus; & hic blandis pri-

primum agendum est, nec incepto desistendum. Quum vires languere videntur, secta fuit vena dextra, allevatus paullum, malum recruduit iterum. Exhibita sunt iterum medicamenta, secta vena sinistra, allevatus; ex intervallis data narcotica, somnum inire nequibat. Sed an hic sectio venæ utilis? Nullus pene est qui a secunda vena non abhorreat, quum dejectæ sint vires admodum. Præsentissimum tamen remediū, quod materia a centro per metastasim ad habitum corporis viam affectat, & quum illic restitet, potest educi sectione venæ. Siquidem tenuis fuisset, per insensilem transpiratum, aut sudores efflasset: sed quum crassa foret, medio quasi itinere objecta veluti mora resistens, membranas ferit atque divellit. Lutetiæ Parisiorum mense Majo 1571.

## A N N O T A T I O.

2. In aliorum scriptis hoc nondum observavi. Fernelius vocat colicum dolorem non legitimum: dolor non est erraticus, sed in imo ventre fixus manet, & intolerabilis est, foribus paullum quiescit, sed multa seivior repullulat; immo Io. Fernelius ait eum dolorem aliquando tertianarum febrium (quibus aliquando succedit) modo, repetere ac exacerbari. Non est quod hujus rei inventa gloriam sibi decernat Fernelius: Nam & Hippocrates aliquid simile in Coacis videtur observasse. Verba quidem obscura sunt, sed tamen idem subindicasse mihi videntur: dolores, ait, ex lumbis diuturniores qui febre exacerbantur τεταωγενός, similiter tertiana febre, vel in modum quemdam tertiana febris, grumosum sanguinem egerere faciunt: Hoc enim vult dicere, vel eos dolores quadam periodo repetere, more earum febrium quibus successerunt, vel in febribus modum quemdam tertiana retinentibus eos demum repullulare ac reviviscere. Porro in ejusmodi aegris quos observavimus, crudelissime affligit dolor, & tumores quidam nonnullis apparent, ut in fabro lignario contigit; qui diutissime in somnis præ dolore mansit cum cotto isto dolore illegitimo: hinc abscessus metuebantur: nec abs re, nam de iis dictum est ab Hippo. in Coacis, durities circa ventrem & dolores in febrientibus cum horrore, cibum averfantibus, si alvo parum humectata non purgentur ad suppurationem veniet. In iis nos & frequentibus foribus, & medicamentis opem attulimus.

2 Hippocrates lib. de affectionibus eos dolores adumbrasse videtur, dum explicat quotuplex sit volvulus, unus hiemalis: alter æstivus & ictericus: tertius hamatiges, & autumnalis. Nam ii dolores ad volvulum accedere videbantur.

2 Joannes Fernelius in talibus balnea usurpabat, viribus nondum lapsis: ac in balneo ipso medicamentum purgans propinabat: Quod dum agere incipiebat, educi jubebat agrum e balneo.

2 Ac de ejusmodi doloribus quos hic ager noster sustulit, videtur agere aphorismus Coacar. animadversionum. Quibus dolores Hypochondriorum, oris ventriculi, hepatis, partium circa umbilicum, hi sanguine per inferiora excreto sanantur, non excreto marinantur, quia metus est inflammationis.

CON-

## CONSILIUM SEXTUM.

## De pulmonum phlogosi.

*Pro puella Nobili Longueil.*

**F**ILIA Confulis Regii alvi profluvio ac febreprehenditur, in pulmonibus incendium magnum conceptum est. Febris quidem specie benigna ac mitis videtur, tamen nisi occurratur, futurum est, ut in hecticam degeneret: in pulmonibus erysipelatodes aliquid esse declarat appulsus manus ad regionem thoracis; infirmis est pulmonibus, tum quod id vitii a matre contraxit, tum quod superiore hieme magna in pulmones destillatione laboravit: hinc difficultas magna anhelitus, hinc pulmonum imbecillitas, hinc pituita putris in iisdem *ευνασπισμός*, & nisi diligenter provideatur, brevi in pulmones facto humoris impetu gravius aliquid opinione nostra malum eveniet. Præterea alvus fluit, vomitioque ægram fatigat. Quæ dejectantur liquidiuscula sunt, & diarrhoica. Magna vermium suspicio quos putredo magna parit. Nam paullo post propinato ex Rheubarbaro poculo excretus vermis mortuus (quod tantam corruptelam significat, ut nequidem eam vermes, prognata tamen ex putredine soboles, ferre possint.) Itaque oppugnanda ventris inferioris putredo, quæ febrem hanc pene hecticam putridam quoque efficit: alterandi & pulmones. Hæc enim quæ adest sitis ingentem in pulmone conceptam flammam arguit. Et quum silentium, frigida haustus, necnon auræ frigida inspiratio sitim sedare dicatur ab Hippocrate, eam sitim non explebit frigida potus, quum non in alvo æstus, sed in pulmonibus concipiatur: foris illinetur totus thorax Oleo violaceo, & butyro recenti: epithemata cordi & jecinori applicata. Sedatus vomitus. Præscriptum rheubarb. Omnia in æliis vertuntur.

## CONSILIUM SEPTIMUM.

## De febre hectica.

*Pro Puella.*

**C**Laudius de Heruille circa mensẽ Martium cælo æstuantẽ cœpit febricitare. Diaria erat febris quæ primo quoque tempore in speciem quamdam hecticam degeneravit. Ac id Medicos primis diebus latebat ad eam rem parum attentos. Alvus liquida deiecit, cinericia, putria admodum. Paucis post diebus alvus restitit. Secta vena, sed frustra. Interjecto aliquo tempore

ris

ris spacio urinæ crocæ turbatæ apparuerunt : illud *χλωρῶσμα λαμπρὸν* Hippocratis, idest faciei viriditas collapsa est : brevissimis intervallis deprehensa est collabi corporis ea tantula quæ inerat corpori moles . Metus maximus fuit Hæctica *μαρασμῶδους*, fomes in pulmonibus est , & in imo ventre : febrisque complicata est , elevato subinde ex imis sedibus vapore , qui cordis intima feriat atque attingat . Hicque considerari debent *εἴξις*, putredo malaque qualitas per partium inferarum quamdam corruptionem . A cibo refrigerabantur extimæ partes : rubebant genæ ex intervallis . Itaque non tam de morbo ejusque specie laboratum est , quam de curatione , quæ operosa ac difficilis visa est . Nam ariditas cutis & scabrities , marcor , & collapsus repente habitus , facies pene Hippocratica , caloris ad interiora recursus & expansio , vicissitudoque ejus a cibo præsertim , caloris acrimonia hæcticam intemperiem ali feverique declarabant . Insticit & quidam hoc argumento nixus probare hæcticam febrem non esse , quod a cibo refrigeratio , non calfactio contingeret . At Galenus exemplo de perfusione calcis adducto vult in hæcticis febribus a cibo partes caleferi : sed non excludit levem refrigerationem , quam postea calfactio excipiat . Vel dicemus in iis quibus robusta sunt viscera , calfactionem statim enasci : quibus contrario modo affecta , leve refrigerium contingere . Ergo primo quoque tempore hæc instituendi usurpandique remedii jam demum nata necessitas & occasio videbatur . Sed hic audito febris hæcticæ nomine , non statim ad humectandum refrigerandumve accedere oportebat , eorum more qui empiricam methodum sequuti , omnia confundunt ac pervertunt . Febris illa hæcticæ omnia argumenta præseferbat , sed unde nata , an morbo successerit , symptomaticave , an essentialis , quæstione dignum putatur . Hæcticæ raro primariae sunt , & ut agnovit Galenus 3. *de præsig. ex puls.* aut a mærore aut ab ira nascuntur , præeunte aliqua diaria . Alias causas non agnovit . Nec enim credibile causas procatarticas tantam vim habere , ut primo quoque tempore partes solidas immutent . Tamen ex tribus unum videtur probabile . Visus est diariam productam pati quum cælum mensè Aprili æstu incandesceret , cui febris aut celatæ , aut neglectæ hæctica promte successit , ut 8. *Metb.* Gal. ait contingere . Nam faciles sunt morborum successiones in male præsertim affectis corporibus . Vel potius ( ut licet simile legere apud Gal. 3. *de præsig. ex pulsibus* ) quum intemperies & superficiaria phlogosis ratione cæli æstuantis præcessisset , ecce hæctica pestilens quæ contingit aliquando , oborta est , quæ omnem medentis consilium ad cardiaca converterit . Quod & urinæ prætendebant , quæ confusæ & subcrocæ apparebant , quum nil tale contingere soleat ab simplici hæctica . Sæpe enim idque primis diebus urinæ non parum absunt ab urinis sanorum . Probabile & illud hæcticam hanc veluti symptomaticam in corpore macilento maleque affecto ab obstructione , aut vitio totius substantiæ partis alicujus natam . 2. Etenim legere est exoriri sæpe febres lentas ex hæcticarum genere à latente obstructione , aut semimala in parte quâpiam corruptela . Sic nimirum focus videtur cor , hepar per consensum cordis , mesenterium , ipsi quoque pulmones . Licet Gal. lib. *de Marasmo* neget pulmonem sedem esse febris hæcticæ , quod pulmo sit humidus , & perpetuo no-



vo attracto aere refrigeretur. Sed hoc quam verum, aliorum esto iudicium. Ac in hoc juvene pulmo & mesenterium focus videtur, ut ne uno neglecto alteri male consularur. Itaque hic considerantur intemperies, mala qualitas, putredo, ut perpetuo urinæ declararunt. Diligenter profligata est mala qualitas, duorumque hic habenda ratio, putredinis, intemperiei tamquam cuiusdam phlogoseos. 2. Hic tamen opus, hic labor. Audito nomine morbi sectio venæ, quum putredo est, & purgatio; quum autem hectica intemperies est omnis refrigerandi modus & alteratio intelligitur, sed hic gravissime a plerisque peccatur. Nam ait Gal. 10. *Methodi*, in febris hecticis si quid peccatur, graviter peccatur; & quum affectus sit magnus, levissimum errorem tolerare nequit. Ac hic contrariæ multæ indicationes. Ita blandissime ex intervallis corpus repurgandum, litus corporis totius, præsertim vero ad thoracem. Syrupus refumtivus. Auræ refrigeratio, frigida potus. Aqua rosarum & violarum: nam & facile penetrat, & summam refrigerandi vim habet. Massipanes: panis infriatus in jure gallinarum, aut caponum. Lac asininum postmodum jure & loco præscribetur.

## A N N O T A T I O.

2. *Obstruclio & phlegmone duo sunt qua impediunt quo minus audacter in febris hecticis refrigeremus. Tamen Gal. mavult usu frigida & obstruclionem & phlegmonem augere, quam sinere longius serpere hecticam intemperiem.*

## CONSILIUM OCTAVUM.

*Pro biliosa fluxione..*

**A**nglus annos aliquot laboraverat destillatione biliosa in scoptula, & brachia cum capitis dolore. Destillationis fons creditus est in capite esse; ita tamen ut hepar præcalidum auctor primarius crederetur. Metusque tandem est, ne in partes inferas humor deferatur; illicque aut gonagram, aut ischiadam faciat. Quod ut ne contingat, omnisque mali præripiatur occasio, remediis iis occurrendum. Vinum circumcidi debet. Corpus Rheubarb. sæpe repurgandum. Per tres annos vere & autumno basilica aperitur. Luna silente hiemis tempore repurgetur pilulis ex agarico, sine quibus, & cocciis. Tota æstate cassia cum rheubarb. Quum fluxio in motu est, applicetur supra partem bolus armenia, aut nutritum: amurca aut aqua salia: pro capitis dolore paratur Lixivium ex cineribus sarmentorum & uncis quatuor fol. senæ mund. Parabitur smegma ex nigella romana, roremarino, sale. Item opiata ex conserva antheos, buglo. borrag. cortic. citr. & myrob. item mithrid. ther.

AN-

ABIN NOUTA TUI O.  
 De his Articularibus morbis biliosis doct. Aetius cap. 28. serm. 4. ve-  
 trahib. 3.

## CONSILIUM NONUM.

### De Melancholia Hypochondriaca.

#### Pro quodam Mercatore de Montargis.

**M**ercator quidam variis curis implicatus ac metu mortis percussus cepit  
 macrescere admodum. Habitus erat macilentus, squalidus: Hypo-  
 chondria collapsa. Destillatio in pulmones, & difficultas anhelitus. Cui-  
 dam Empirico se concrediderat qui accurata diæta catarrhū sistere contende-  
 bat, sed frustra id, & imperite. Lutetia quum moram nonnullam traheret,  
 consuluit medicos ut præsentī malo occurrerent. Visus est tantum queri de  
 difficili anhelitu, cuius auctorem catarrhū accusabant. Oculi erant mobi-  
 les, modo fixi, Galli vocant, *esgarez*, quasi esset attonitus. Quod propter  
 affluentem animalem spiritum fit astatiū, & deinde propter eum resistentem;  
 E nare sinistra stillabat humor putris serosus, qui si resistaret in cerebro,  
 aut vertiginem, aut epilepsiam accerseret; sed ut accurate investigata est to-  
 tius mali causa, ac præsertim de difficili respiratione, de qua solum quere-  
 batur, laborabamus: invenimus tandem eum melancholia Hypochondriaca  
 laborare, & in visceribus quasi hectica quardam affectio deprehensa est. 2.  
 Difficilis respirationis causa longius repetita est, eaque siccitati marcorique  
 viscerum ac cordis præsertim accepta relata est. Nam in ista hypochondriaca  
 affectione siccitas est totius corporis per alimentī proprii corruptionem, sicum  
 est cor, calidum tamen calore acri, febrili & squalido. Unde quum cor fla-  
 bellationem (ut sic dicam) ventilationemque summe efflagitat præ siccitate,  
 dum sufficientem motum duplicem non habet ad refrigerationem ejus calor  
 febrilis, statim repetito motu illud compensat ac refarcit. Hinc fit ut dum  
 paullo magis corpus agitatū est, quasi animal ipsum remaneat &  
 veluti suffocatum. Sic causa difficilis respirationis & anhelitus potius ad sic-  
 citatem cordis incendio junctam referenda est, quam ad catarrhū: Non  
 quin pulmones ipsi laborent, ut & ceterum corpus. Itaque in eo omnino  
 versandum est, ut quacumque id ratione fieri possit, corpori prima moles  
 restituatur, tollaturque, tum alimentis, tum medicamentis squalor & mar-  
 cor totius corporis. 2. Nam ut dicebat quidam ex veteribus, melancholia  
 hypochondriaca laborantes, tum demum curati dicuntur quum pinguescunt:  
 Corpus renutriendum optimis alimentis, utendum hordeatis sepe ac juscu-  
 lis:

lis : pulmones humectandi , balneis utendum licet catarrhus dehortari videatur . 2. Sed quoniam extinguendus aut humefaciendus , & temperandus calor ille præter naturam qui omnium illorum malorum auctor est , magis speratur felix eventus ex usu balnearum , quam sinister exitus : Caput corroborandum , humectandum , conferet lixivium ex cephalicis & folliculis senæ : Lacti asinino locus erit post diligenter , blande tamen , repurgatum corpus . Etenim licet melancholicum sit , proptereaque vehementioribus utendum sit medicamentis secundum sententiam Hippocratis : Tamen illud sine consilio & ratione non est usurpandum , etenim quum in melancholicis humoris potius atrii ac contumacis copia in promptu est , quam vitium substantia , ac prava quædam viscerum diathesis & imbecillitas : illic tum ad vehementiora remedia converti debet consilium , presente scilicet viscerum ipsorum robore , quod ab Hippocrate intellectum putari debet : sed quum cachexia quædam est ob alimenti corruptelam , vitiataque nutritionem , ac viscera vitiata sunt ac vieta , illic ex intervallis blando medicamento utendum est , ut sensim ac sensim potius therapia consistat in epicrasi quædam , quam frequenti catharsi quæ vim visceribus alioqui effectis illatura est .

*Ad N. N. O. T. A. P. T. I. O. 2. ubi ex professo agit de iis splenicis quos tussis infestat , & istam tussim solæ catarrho tribuunt nonnulli .*

*Mesues cap. de melancholia Hypochondriaca .*

*Hæmopticus erat , sed Hipp. lib. 2. prærb. admirabiliter scribit Hæmoptoisin non asserre periculum in iis in quibus dolores melancholici excitantur in dorso & sternis . Quod in historia de Tassino annotavimus .*

**CONSILIUM DECIMUM.**

*Pro quodam Nobili cui Collum intortum erat .*

**N**obilis vir annos natus 45 in bello civili perfuga multa tulit , & in tot tantisque discriminaibus cœpit laborare destillatione a capite postico , præsertim in humeros & cervicem . Hinc colli ac cervicis contorsio quædam , & quum tempore occursum non fuisset remediis ad id institutis , ita malum increvit ut facies in posteriora detorqueretur , & non nisi magno conatu in anteriora reflecteretur . At sive bibere , sive edere , sive loqui vellet funiculo in eam rem comparato , retrahebatur caput aliorsum inclinans . Lutetianis Medicis numquam quidquam tale videre contigerat . Ac laborandum fuit in specie morbi inquirenda , & remediis accommodatis . Videbatur nonnullis unius partis esse resolutio , quæ alteri convulsionem attulisset : quod non erat credibile , nam in eodem statu pars perpetuo permansisset . At reducta facies in locum suum , nisi magno conatu , & magno cum dolore sisteretur ,

retur, convulsivo quodam modo statim revellebatur in postica, magna omnium qui aderant admiratione. Convulsio erat revera, & omnes muscoli erant affecti, & viscoso frigidoque humore imbuti, qui discussus usu rerum calidarum affectum sustulit. Itaque hæc remedia descripta sunt, quibus aliqua ex parte allevatus est.

*M. Pilul. cocciarum & aurearum an. ℥ ℥. turbith. & agar. trochisc. an. ℥ ℥. fiant Pilula.*

*M. Gummi Elemi ℥ j. olei ebuli Keirini, & lumbricorum an. ℥ ℥. pro litu ad cervicem & occiput cum lana succida.*

*M. Emplastri de beton. ℥ iij. opopa. gumm. elem. styracis an. ℥ j. picis navalis, picis pinguis an. ℥ j. pulv. major. & Ireos an. ℥ ij. ℥. cera & olei ruta q. s. fiat Emplast. pro capite.*

*M. Nitri pulveris ℥ ℥. sulphur. vivi ℥ iij. fiat pulvis quo sinapizetur Emplastrum prædictum.*

*M. Castor. ℥ ij. sem. nigell. Roman. ℥ iij. ligni aloes ℥ ij. pul. major. ℥ ℥. fiat pulvis pro suffitu cum rosis rubris.*

*M. Conser. anth. bugl. borag. folior. beton. an. ℥ iij. mihrid. ℥ j. s. marg. elect. ℥ j. rad. pæon. & sem. ejusdem an. ℥ j. cum syrupo de stœchade, & conser. citrij, fiat Opiata ad usum ante cibum, & sero ante somnum. Usus est decocto guajaci & Chynæ: abstinuit vino: Repetita sunt remedia frequenter, usus est Laconico.*

## CONSILIUM UNDECIMUM.

*Pro alvi fluore.*

**A**dolescens in comitatu Equitis torquati quum debitum officii munus exsequi non posset præ valetudine nimirum lubrica, cepit eum diuturna cessationis tædere, aut quod invita pene natura multa ferret quibus ferendis satis non esset. Affectus erat alvi fluore aut diarrhoicus fluxus, invelteratus & pene cum nutrice lacte suctus, adeo omnem ejus memoriam superaverat. Egregie ad calamitatem natus videbatur. Affectus tædio quum eo magis augeti infirmitatem hanc videret, quo major annorum decursus fieret, nihilominus solatus aphorismi fide, *Quibus juvenibus alvus fluit, his senibus adstringitur*, Medicos consulit, ut hoc jam corroboratum malum vel extirpent plane, vel aliqua ratione allevent, nam eum sæpe cogit magna desiderandi necessitas. Malum hoc non tam mereri videtur nomen morbi quam symptomatis, quod tamen ab imbecillitate aliqua in visceribus nata profectum est. Non affligit perpetuo, sed ex intervallis præsertim quum plenius paulo gula ventrique indulsit. Sæpe ita invito illo alvus fluit, aut potius laxatur, ut primo quoque tempore desiderere cogatur, nec ratione ulla differatur. Interim totum corpus emaciarum est, pallidum, sitis magna, cetera satis ad res alacris. Non queritur de frequenti nimis dejectione, nec enim plus æquo alvus descendit, sed de cita nimis liquidaque alvo, & ut ita dicam, sterco- ris incontinentia, Intestinatorum affectus, alvus cita, Græcis δισκοδίας, τρυχία, dysen-

dysenteria, leienteria, ( quæ ventriculi quidem vitio fieri solum nonnullis vi-  
 sum est, tamen intestinis tribuitur a Galeno *com. in apho. 22. lib. 3. apho-  
 rism.* ) diarrhœa, cœliaca affectio, fluxus hepaticus, lienosus. Fluxum he-  
 paticum aut lienosum quidam annos aliquot pertulere, tamen tandem parte  
 resoluta interiire. Ergo non est ejusmodi fluxus, leienteria minus esse potest,  
 nec enim ea infirmitas tandiu perseverasset. Nec sane ventriculum in vitio  
 esse suspicamur. Nasceretur autem vel ab excretrice ventriculi irritata, vel a  
 retentrice resoluta, vel a coëctrice debilitata. 2. Retentrix resolvitur a pitui-  
 ta acida & conjunctam habet *ὀξυρροια*, ab hæctica intemperie ventriculi,  
 & intestinorum distributioni subservientium: vel secundum Oribasium, a  
 pituita crassa viscidaque quæ replet rugas ventriculi. Excretrix irritatur  
 multitudine alimentorum per se, vel quia non distribuuntur ob obstru-  
 ctionem mæfarai: vel acrimoniã alimenti, vel humoris, ut quum ventri-  
 culus aphthis tentatur. Ergo ad fluxum diarrhoicum potest revocari.  
 Observatum est enim diarrhœam quamdam biliosam esse quæ bilis flavã,  
 aut citrina ardens ac plerumque spumans emanat, idque sine magna ven-  
 tris torsione. Sed tamen quum in diarrhœa non modo in excretionis mo-  
 do, sed & in qualitate & in quantitate peccatum sit: hic noster affectus  
 ex parte aliqua quiddam habet tale, ex aliqua vero non. Nam ut pra-  
 dictum est, non de frequenti nimis dejectione conqueritur, sed de ci-  
 ta nimis alvo, & de excretionis modo. Fluxus alvi, qui motus est ad  
 excernendam materiam per alvum & intestina, aut a toto corpore, aut  
 a parte, fit motu naturæ, aut symptomatice. A toto corpore aut diar-  
 rhœa est proprie, aut colliquatio, aut cruentus fluxus, aut varii colo-  
 ris, aut cholera morbus. Si a capite, cerebralis fluxus dicitur, unde sa-  
 pe mulieribus *πῦρ γυναικῶν* dicitur a capite manare. Aut hepaticus, aut  
 alvinus, quum nimirum in lactibus, aut crassioribus intestinis, aut in  
 mæfarai, aut mæfocolo vitium concipitur. Et sic in ceteris prout hæc aut  
 illa pars infirmitate detinetur. At nil tale in hoc affectu. Siquidem si ta-  
 le aliquod vitium conceptum esset, jampridem detectum fuisset in ægro-  
 tantis juvenis perniciem. Ergo de frequenti dejectione non laboratur, nil  
 de aliena excrementorum qualitate, sed de excretionis modo. 2. In tribus  
 res tota versata est. In hepate intemperies est, unde biliosi acerrimique  
 humoris proventus fit, qui in intestina illabens facultatem excretioni di-  
 catam irritat, facultati retentrici imbecillitas comparata est. Inest quoque  
 intestinis sensus exquisitus, idque propter eorum nuditatem, ex corporis  
 enim mole & facilitate facile colligitur interni corporis constitutio, & lon-  
 go temporis tractu, aut ab ipsa conformatione intestina non satis oblita  
 obductaque sunt mucore pituitosoque humore, quem natura instituit ne  
 bilis flavæ illac transeuntis, aut excrementi mordacis acrisque per calorem  
 redditi molestia tam facile sentirentur. Quod fortassis non abs re. Ego  
 autem quum pruritus narium observarem, cœpi rogare num vermium  
 molestias sensisset. Nam inter causas fluxus alvi vermes numerantur. Dum  
 nimirum generatur putris humor vermibus generandis aptus, qui & per  
 se alvum citaret, & quum vermes generet, vermes ipsi mordicando idem  
 præ-

præstarent, intellexi excretos infra supraque vermes, deprehensum est tandem hepar in vitio esse. Ad hæc capita curatio reducta est. Utatur conserva rosarum initio pastus. Aliquando granis mastich. cum syrupo rosarum siccarum, Julepo ros. myva cydo. In jusculis misceatur succus ompha. Expurgetur bilis quæ multa circum cystim & jecur collecta est, decocto seridis, absinth. pont. plantag. lactucæ novell. 4. seminum frigidorum majorum in quo macerentur ʒ ii. rhei, in forti expresso dissol. syrup. myr. ʒ β vel ex succo plantag. & portul. Quum perseverabit fluor addetur corall. ʒ j. rhu pul. ʒ j. Vere & æstate parabitur syrupus ex succis omph. plantag. portul. seridis, cichorii utriusque cum ʒ ij. seminis papav. alb. cum seminib. frig. madeant boli armeni ʒ ij. in nodulo addentur ʒ. ij. rhu. pro lib. in forti express. Jecori adhibebitur cerot. refrig. & epith. Parabitur Elect. ex pulvere triaf. coral. rub. seminis plantag. terr. sigill. carabe cum saccha. dissol. in aq. conveniente. Intestina oblinantur decocto omazor. cui coquantur ros. plantag. fol. myr. cum mucag. gummi tragac. interdum cremore hordei. Utatur elixis potius quam assis. Vere novo si pulsus velocior, tundatur vena jecoris. Lacte asinino & balneis uti poterit. Idibus Junij 1571.

## A N N O T A T I O.

2 Et quod hic dicitur de ventriculo, idem de intestinis dici potest, quorum ruga dum lavigantur, fluor alvi contingere potest.

2 Longi quum perseverant alvi fluores, raro id fit citra catarrhosam cerebri dispositionem: veteres autem Medici eo discernunt fluxum hepaticum & cerebralem a stomachico & intestinali, quod hepaticus & cerebralis sit periodicus & nocturnus; stomachicus autem diurnus fere, & non periodicus. Ratio hæc esse censetur: ideo illi sunt periodici & nocturni, quod per fluxionem fiant, & præterea eadem de causa multis fiunt de nocte ob revocationem caloris intro, & pororum occlusionem: citantur enim tunc catarrhi: huc accedit motus materia phlegmatica de nocte. Quod autem caput adjuvet maxime hujusmodi fluores, & propterea illi consulendum sit, prius observavit Hippocrates, lib. περὶ τῶν ἰσθμῶν. Hujus verba hæc sunt, Dy-senteria, Lejenteria, diarrhœa, morbi consimiles sunt: Hi sic sunt sanandi ut defluxum a capite impedias, & a ventre superiore, morbi enim natura hinc est. Qui locus est diligenter annotandus.

## CONSILIUM DUODECIMUM.

*De sanguinis stillicidio ab utero.*

**C**Ujusdam mercatoris uxor quum gravida esset, diesque aliquot paululum de sanitatis gradu dejiceretur ex alto in latus dextrum cecidit.

*Ballonii Oper. Tom. II.*

B

Ante

Ante casum stillaverat paullulum sanguinis ab utero ac si fluxus mēstruus minaretur: A casu grumus sanguinis apparet ac paullo plenior fluor: febricula prendit: corpori magna est lentitudo: pondus quoddam in pectine sentit: dejecta appetentia, pulsus parvus, humilis ac in quodam ictu deficiens. Quæritur num fetus mortuus. Quum res in dubitationem adducta est, jam dies octavus a casu agebatur, & superioribus diebus, ut ante dictum est, stillicidium sanguinis præcesserat. Quæsitum est primum, num utero gestaret: num vitale, si vitale, an casus iste vitam fetui præripere potuisset? ne temere de accelerando partu elidendoque fetu cogitaretur. Agra mulier utero se concepisse certo affirmabat, quod exactis duobus mensibus mēstruum nil apparuisset, nisi quod paullo ante casum tantillum cruoris effluxisset. At numquam illi menses substituerant quin utero concepisset. Nunc an a lapsu aliquid alienum contigisset? Non visa est vita præcisâ fetui quod vitalis non esset exactis tantummodo duobus mensibus & duodecim diebus. Immo embryo tantum est. Quod falsum videtur. Nec enim a die quo movetur in utero fetus numerari debent dies vitæ. Prius enim ut planta vivit, deinde ut animal sentiens: tum ut mobile animal: postremo ut rationis capax. Sensus enim facultate illustratur fetus circiter diem sextum & trigesimum. Ubi autem ad mensem tertium mas pervenerit, femina vero ad quartum, moveri incipit, ait Hipp. calcitrare. Ac certe sive mas, sive femina geritur, alia prægnantes semper die 42. alia mense tertio, alia non nisi medio prægnationis cursu eum loco dimoveri sentiunt. Itaque deceptus admodum medicus qui negaverit extinctum posse esse fetum, post duos menses & 12. dies, & quod vitam animalis vivere non existimetur. Ac ille totius corporis lentor, fluor sanguinis, *αἰκνησία, λαποδυμία*, pulsus *διακοπή*, & *ἔλαιος*, cujusdam ponderis in pectine sensus, lumborum magnus dolor, tormina, dejecta appetentia, sudor in quibusdam tantum partibus apparens, qui Hippocr. *ἑπίδρωσις* dicitur, ac in malis habetur, immo & sudor subfrigidus apparens, alienum aliquid contingens satis aperte videntur attestari. Immo quibus diebus in morbis apparet aliquid, iisdem natura nescio quid moliebatur. Molam nullam esse inde colligi potest, quod ante casum nil devolvi videretur in alterutrum latus decumbenti. Tamen hæc omnia signa non potuerunt Medicos adducere ut certo crederent collisum esse oppresumque id quod utero contineretur: alia enim multo certiora paruisent exactis præsertim octo aut novem ab occasu diebus. Tamen narrantibus obstetricibus sæpe a casibus in unum aut alterum mensem signorum argumentorumque extincti seminis fidem suppressi. 2. Quamquam Hippoc. in Historiis vicesimi diei in ejusmodi rebus mentionem inierit. Enim vero stillicidium sanguinis si a fundo uteri manaret, os uteri hiaret, si quid collisum esset, ac vietum (Gallis *fané*) id una efflueret, aut alia ratione sese proderet. Potuit enim a casu sanguis effluere, non quod aliquid alienum in utero sit, sed eo modo quo ante casum, per externas nimirum venas quæ ad collum uteri pertinent, non per eas quæ in fundo delitescunt. Item & lapsus auctor ejus stillicidij esse potest, non

non propterea hiante utero, sed erumpente sanguine per partes inferas, utpote præ ceteris ab eo casu conflictatas & concussas. Ut in iis apparet, quibus cerebrum concussum est, alias enim per os, alias per nares, aures, oculos quoque ipsos sanguis quaquaversum erumpit. Leipothymia, ac pulsus exiguitas potest humorum summam putredinem consequi, quam dejectiones detegebant. Propinato enim blando medicamento ex rheub. & elect. diacarth. tantula quantitate excreta sunt admodum putria, cineritia, subflava, quæ magnam subesse corruptelam significarent. Ac metus ipse, animique pathemata, quibus mulierum leve ingenium facile concutitur, & quibus ista de qua sermo est, mulier, ex intervallis agitabatur, nonnihil earum rerum afferre ac adducere potuerat. Ac in tam ancipiti ambiguoque negotio videndum, ne quid detrimenti capiatur: nihilque audentius moliendum quousque rerum agendarum proclivior promptiorque sese nobis offerat occasio. Saltem non obsumus dum prodesse volumus, quum hoc multum ad honorem Medicorum referre videatur. Ac mirum quod die circiter 13. apparuit, refrigererunt extremæ partes, crurum femorumque tantus sudor, isque frigidus sequutus est, ut larga veluti copia aquæ irrigatæ essent illæ partes. Ac deficiens ille pulsus necessario aut affectum cor, aut os ventriculi declarat. Ad do & illi in asthmaticis, & iis qui ab oppressione pulmonum moriuntur, tales pulsus apparent. Præterea in magna humoris corruptela idem contingit. Licet febris adesset, ac urinæ flammæ apparerent, usu vini etiam generosi non interdicta est: exhibita sunt quæ vim roborandi superioris orificij ventriculi haberent. Tertio quoque die propinatum rheubarbarum, ut omni ope exigeretur is putris humor, qui febrem posset reaccendere. Rerum præscriptarum hæc ratio est.

℞. Rad. bistort. tormentill. tunica an. ℥j. rad. & folior. distamni, agnicast. an. ℥ss. fiat decoct. in qua infunde rheu. ℥ij. ℞. rad. bistort. gra. 6. sacch. ros. ℥vj. fiat potus. cap.

Item ℞. Ambra gris. gran. iij. margar. electar. ℥j. corall. rub. fragm. lapid. pretios. & lap. hamatitidis an. gr. vj. rad. bistort. ℥ss. pulver. diarrh. abb. ℥j. cum sacch. ros. in aq. bistort. dissol. fiant tabella.

### A N N O T A T I O.

2. Ab Aristotele qua conceptus corruptio intra 7. diem fit, expuas dicitur, Latinis effluxio, εντραυος autem ad 40. diem usque fit. De his Hippocrates primus lib. de septimesfri partu.



## CONSILIUM DECIMUM-TERTIUM.

*De sanguinis profluvio a Partu.*

**M**ulier annos 35. nata, longe a partu magno sanguinis profluvio divexata est. Multa eo conferentia adhibita sunt. Quum sanguis restitit jam primum oborti dolores atrocissimi circum lumbos, & ventrem ad umbilicum. Non cedebant remediis. Inter dolores ab utero numerabantur. Relictis Medicis ad mulieres confugitum est. Illæ & balneis & fomentis, & cucurbitalis uterum loco reponere conabantur. Sed frustra; tandem variis ultro citroque usurpatis remediis, dolores conquieverunt. Aliis Medicis visus est uterus illuvie humorum oppletus esse: ideo præscripta sunt hæc ad sedandos primum dolores, tum ad deplendam istam humorum illuviem.

*℞. Rad. alth. lilio. farina lini an. ℥ iii. mal. viol. parietar. an. m. j. chama. melilo. an. m. j. coquantur addendo butyr. recent. & ole. lilior. an. q. suff. fiat cataplasma, cui adde foliorum ruta in sartagine cum axungia porci coctorum, m. ij. cinam. pulveris. ℥ ℔. fiat catapl.*

*℞. Calo. ℥ ℔. rheub. ℥ iij. fiat massa cum syrup. viol. capiat pilul. 4. pro dosi.* Ab usu fomentorum allevatus dolor aliqua ex parte, sed partibus imbecillitas est comparata; unde aliquo post tempore facta veluti systrophe & collectione humoris ad hypochondrium dextrum, difficultas summa respirandi consecuta est: primo occursum manuum dolor ingens. Ingredi non valebat. Curvata pene incedebat. In neutrum latus decumbere poterat. Quum superioribus diebus de utero conquesta esset, visa est morbi sedes esse in partibus quæ ad uterum pertinent. Ac præsertim ligamentorum uteri vitium aliquod esse suspicabantur, sed situs sedem esse aut in hepate, aut in partibus vicinis demonstrabat. Initum est ea de re consilium.

Summus Hippocrates successiones morborum considerandas esse præcipiebat, quod in morbis longis multa symptomata contingant quæ bonis & eruditis Medicis ob similitudinem & fallaciam imponant. Et novi morbi tamquam soboles rediviva ex aliis subinde consequantur ac repullulent. Nec mirum si hæc mulier post dolores uterinos, post sanguinis profluvium ingens tam varie ac varie confictetur, quod multis contingit post partum præsertim si difficilis & laboriosus extiterit. Nam oportuit naturam diuturnitate morbi jam debilitatam, aliquid moliri, aliquid in partem aliquam deponere, quod in fine morborum contingit, præsertim si qua pars dolitaverit. Id quicquid est de quo dubitatur dolor est ad dextrum hypochondrium, qui aut immutari habitus, aut alienati temperamenti consequens est. Difficultas respirandi, corporis piger motus, inflexio difficilis. Quæ & iis contingunt auctore Aetio, quibus ad cornu dextrum uteri collectio fit & inflammatio, aut quum uteri ligamenta in vitio esse incipiunt. Morbus tumor est. Sed unde natus, quæ sedes, & cujusmodi sit, hoc opus, hic labor. Omnis Hypochondriorum æqualitas in bonis ducenda quod subjectas partes bene habere

signi-

significet, Inæqualitas in mole & qualitate in malis ponitur. Nam vē  
 ,, rum est quod scribit Hippocrates: *Hypochondrium molle esse convenit,*  
 ,, *dolore vacuum, æquale. At inflammatum, aut inæqualiter se habens*  
 ,, *aut dolens signum est agritudinis non bene moratæ.* Ac nisi præcessisset  
 illud sanguinis profluvium, illic inflammatio hepatis concepta fuisset: nec  
 abfuit longe quin conciperetur. Illud confirmat sententia Hippocratis: *Qui-*  
*bus præcordia non mollia, facies sana, non liberantur citra multæ sanguinis*  
*ex naribus fluxum, aut convulsionem, aut coxendicum dolores.* Porro, tu-  
 mor qui eas partes occupat, aut externas, aut internas tenet. Item aut  
 humilis est & depressus, aut elevatus: occultus, aut apparens: recens,  
 aut inveteratus. Si recens & repente fit, aut inflammationem significat,  
 aut abscessum. Si inveteratus & sensim increscat, scirrhum significat, aut  
 obstructionem, auct. Gal. *com. in 4. Aphorismorum.* Hic non est inflam-  
 matio, quia febris vacuitas non repente contigit, quo fit ut scirrhi suspi-  
 cio sit, aut congestæ illic multæ materiei. At externas maxime partes oc-  
 cupat, nam digitorum pressus altus dolores affert, quo fit ut non he-  
 par, sed muscoli intumuisse judicentur. Mirum illud est, quomodo secu-  
 tum hoc sit post magnum sanguinis profluvium, quin potius una cum  
 sanguine id quicquid est excerni debuerat, & magno illo profluvio hepar  
 quodammodo refrigerare debuerat, & alvus humescere, per Aphorism.  
 Hippoc. *A largo sanguinis profluvio alvi humectantur.* At contra contigit,  
 immo alvus suppressa est, & frequentibus clysteribus irritata. Savissimi  
 dolores fuerunt qui colicos referrent. Quod duabus de causis mihi vide-  
 tur contigisse, aut quia profluvii diurnitate caloris paupertas consecuta  
 fuerit: hinc flatuum & torminum magna vis exorta est: Aut quia na-  
 tura, qua data porta, a centro ad circumferentiam humores detorserit,  
 qui lancinantes peritonæum, & partes vicinas eos dolores excitarunt. Præ-  
 terea purus sanguis excretus est, multa crassa excrementa, quibus præfer-  
 tim inter alias mulier hæc abundat, quod & præpinguis sit, & intem-  
 peranter vivat, in alvo restiterunt, quæ eos dolores invexerunt. Ergo si  
 ampla & vasta mole aut venter imus, aut pars hypochondrii promineat,  
 si non fluctuatio sit, non alvi suppressio diuturna, non hydropis suspi-  
 cio, aut est musculorum abdominis tumor, aut mesenterii, aut hepatis.  
 Nam ab ingluvie sæpe acervus est pituitæ, quem Natura aut in pan-  
 creas, aut in mesenteriam relegat. Et in iis glandulis quæ illie jacent  
 exaggerantur varii humores qui tempore siccescentes renitentem durumque  
 tumorem ingenerant; unde in iis partibus veluti concrevisse judicatur.  
 Atque ut finiatur oratio, duorum alterum esse videtur: quoniam mesen-  
 terii tumor alte sepultus est, nec se in conspectum dat: vel est tumor in-  
 fertus musculis abdominis; tum quia primo contactu occurrit, & quia  
 etiam citra pressum dolorem afficit. Aut est tumor qui jecur sine scirrhu  
 distendit, iisdem fere notis se prodens ac scirrhus in se. Hic in jecoris  
 ambientes membranas effunditur: & ut aliquando legi, sæpe tantus est  
 ut universum hypochondrium repleat, & nulla jecoris circumscriptio ap-  
 pareat. Hic a flatu, aut cruditate quam immodica frigida potio affert,

*Ballouii Oper. Tom. II.*

B 3

vel

vel intempestivo fugacium fructuum esu: & non gravitatis, sed tensionis sensus est, utpote ab humore crasso & lento quem jecur validum a se excutiens in proprias membranas deponit. Nec enim proprie scirrhus est. Curatio hæc legitima esse videbitur. Omni ope amolienda est illa materia, quæ eo loci congesta falso scirrhum refert. Cavendum a remollientibus, ne vel cancrum quid generetur, vel scirrhosum. *Comparatus est syrupus sollemnis ex ℥. ij. rbeub. ℥. j. agar. & ℥. iij. foliorum. sena. Rhabbarum in succo mercurialis maceratum est. Foris applicatum est hoc. ℥. Ceroti santalini ℥. ij. mucag. scyllæ & rad. althea an. ℥. j. Extrahatur in aqua hepatica. Fiat linimentum cum oleo rosato.*

## CONSILIUM DECIMUM-QUARTUM.

*De Febre Tertianæ typum referente.*

**A**dvocatus febre corripitur inæquali, sed quæ ad tertianæ typum referri posset. Vix erat expers febris, pulsus admodum languidus, sæpe hiabat os, continuæ erant pandiculationes. Morbus nescio quid sinistri portendebat. Antequam de remediis statuatur, primum constare oportet quis morbus, & quæ morbi causa. Alioqui inutilis opera, inutile omne consilium. Si obscura morbi species est, ut in hoc agro existit, huic non protinus remedia adhibenda, sed major negotii pars naturæ committenda. Nam futurum ut natura legitima vitæ ratione adjuta morbum profliget, & patefaciat id de quo dubitatur. Incerta enim medicatio non nisi dispendio decernitur. Omnis morbus suis se signis & symptomatis prodit. An hæc febris intermittens, an continua, plane dici non potest. Nam nulla, aut exigua febris vacuitas apparuit hætenus: quod aut inflammationem, aut malam humorum qualitatem declarat. Tamen solatur Aphorismus dum ait: Quocumque modo intermiserint febres, periculum abesse significant. Si autem morbos & eorum accessiones periodorum vices declarant, in censu febrium tertianarum haberi potest, quod tertio quoque die novæ accessionis rudimenta appareant, sed ita parum perspicua, ut quorsum res evasura sit hætenus non sit intellectum, facile in hecticam noxam degeneraret: corpus squalidum est, calor (ut sic dicam) squalidus, tempus id postulat: a cibo statim calfactio sequitur, contentio animi, insomnia, vacuitas doloris, pandiculationes frequentissimæ, ita tamen ut putredinis maxima eluceant argumenta. Magna est imbecillitas, quæ aut affectum cor, aut ventriculi orificium, aut malam putredinem atquat a qua vapores excitentur. Urinis parum feditur, quod hic æger nephriticus sit. Parum autem tutum judicium est, urinarum, in eor. casu. Nam sæpe humor crudus excernitur a renibus ipsis, qui falso hypostasin laudabilem refert. Morbus fuit brevis. Secta vena, eventilatus calor, qui in putri materia erat sepultus. Bis repurgatum corpus satis vehementer.

Toto morbi cursu abstinere vino non iussimus, tum quod imbecillitas summa dehortaretur: tum quod habitus esset melancholicus. Hic autem vino interdiceret non est artis.

## CONSILIUM XV.

### *De Hepatis inflammatione.*

**T**hesaurarii uxor pravis scatens excrementis in utero conceperat. Toto graviditatis tempore nonnullos dolores ad umbilicum sentiebat. Præterita tempestate austrina post immoderatum usum fructuum fugacium alvi fluore tentata est, qui dies aliquot neglectus. Tandem decumbere coacta est. Excernebantur cruenta, viridia, ὑπόχλωρα. Interjecto tempore pici simillima, mox ramenta intestinorum prodibant. Febris successit. Dubitatum an fluor is esset symptomaticus, proptereaque potius in febrem esset incumbendum, quam alvi fluorem. Videbatur Medicis optimum si sæpe repurgaretur. Non apte tamen. Desiderere cogebatur nocte quadragies, & ita vires frangebantur. 2. Vomitus fuit æruginosus plane: vomebat ante cibum, & præsertim a somno. Dolitabat regio hepatis. In hoc phlogosis conjiciebatur. Prætermissa venæ sectio. Celebrata est die octavo febris. Tardius hoc factum, & nullo profectu. Sexto & septimo die excreta sunt quæ cadaverosum olerent. Et hæc suspecta sunt plane. Vino erat interdicens tum ratione febris, tum phlogoseos in hepate. Nam hic dolor recenter obortus, in dextro hypochondrio aliquid simile subesse demonstrabat. Pulsus falsebat. At scire debebamus ex Galeni sententia in gravidis pulsum esse parvum & oppressum: Unde sæpe gravidas febre non laborare existimamus, quum tamen revera laborent. Ab hepate inflammato resudabat inutilis & serosus humor, qui in ventriculum resfluens illum perturbabat, & vomitum promovebat. Ergo tam frequenter desidendi desiderii causam revocabam ad serosum humorem, qui continenter ab hepate inflammato resudabat, juvante ad id uteri pondere: unde conatus & inane desiderium sæpe potest contingere. A partibus internis facile resudat humor qui fluorem alvi citare potest. Tandem hepaticæ defectiones apparuerunt. Decimo tertio die peperit vitalem. Lochia suppressa sunt: alvus non reddidit ut ante: Omnia visa sunt tranquilliora, sed calor sensim intro revocabatur. Sequenti nocte profuse ridebat. Delirabat. Repente omnes partes refrigerunt. Sudor frigidus. Per duodecim horas hæc apparuerunt. Mentē satis constabat. Interiit. Ab omnibus clamatū est. Et tantæ cladis causā relata est in prætermittam reprimendi floris alvi occasionem. Quod perperam & imperite effectum fuisset. Nam ubi primum repressa est, mortis periculum creavit. Ac tanta excrementorum varietas etiam pravissimorum facis abunde docuit summam fuisse in partibus intimis corruptelam, quam Græci διαφθορά nuncuparunt. Ac & tempus, & corporis constitutio, & graviditas, & affectus ipse omnem salutis occasio-

nem præripuerunt. Si alvus suppressa fuisset, non est dubitandum quin febris & alia symptomata increvissent.

## A N N O T A T I O.

2. *Ingens bilis copia sursum deorsum ferebatur: deorsum quidem per alvi fluxum dysentericum, sursum per vomitum. Nam aruginosum per os excernebatur. De eaque verum fuit quod dixit Hippocrates in Coacis. Quae ante partum in modum cholera morbi; idest humore sursum deorsumque lato, dolent, facile quidem pariunt; sed si febricitent, perniciose habent: tum alias: Si quid in faucibus adsit, aut si aliquod pravum signum adsit. Quae omnes aphorismi circumstantia in mulierem istam incidunt: Et interiit. Sub finem s. Epid. narrat de quadam muliere gravida quae dysenteria laboraret. Sed edito fetu statim quievit malum. Nam pondus pueri potest facere ad irritationem, & inane desidendi desiderium.*

## CONSILIUM XVI.

*De duplici Tertiana.*

**A**dolefcens annos circiter undecim natus toto mense Augusto febre laboravit duplici tertiana, quae exasperationes tamen certas & statutas non habebat. Corpus macrum erat, cacchymum, visceribus affectis male. Et qui color in cute efflorescebat, is alimenti pravitatem detegebat. Progresso morbo fluxio in pulmones eum adoritur: paullo post dolor permolestus ad hypochondrium dextrum: alius ad sinistrum. Quum morbus quiescere videretur, postliminio redit, non idem, eandemque rationem habens; sed diversus. Lenta obscuraque febris eum noctu diuque sine fere ullo sensu occupabat. Dolor hypochondrii dextri repetit. Initur consilium. Capita hæc sunt: Unde hypochondrii dolor: Quae febris. Complicatane. Quae medendi ratio. Dolorem hypochondrii eminenti potest stomachi inflatio & dolor. Unde sæpe conqueruntur de alterutro latere ægrotante, quum aut nulla, aut exigui doloris causa sit in alterutro viscere: sed affectus ventriculus, tumefactusque affecti hypochondrii opinionem facit. Atque ita diligenter videndum ne similitudo affectuum nobis imponat. Tamen non multum nostra nos fefellit opinio: sed revera dolor in ea hypochondrii parte erat qua latet hepar. Nullus qui apparet tumor: nulla inflammatio, siquidem amplior febris esset. Sed id quicquid erat meo iudicio depositio erat materiae in partem illam ut infirmiorum & exercitiorum toto morbi tempore. Febris lenta est, complicata cum catharro & fomitem habet maxime hypochondriorum obstructionem, idest, partium in hypochondriis contentarum. Nam annotatum supra est a latente obstructione mesenterii nasci febres non hecticas quidem per empyreuma

pyreuma & phlogosin, sed putres hefticas, ut putredo continuitatem, perseverantiamque (ut sic dicam) afferret. Evincenda itaque putredo omnino. Alvus pigra est admodum: an ideo vehementioribus pugnandum remediis? Nequaquam. Sic fœde ac turpiter a Medicis arbitratur, qui quum alvum pigram admodum vident, nilque etiam valido medicamento deficientem, temere corpuscula sicca & emaciata graviter medicamentis fatigant. Nesciunt enim, nesciunt, siccitatem corporis retentricem confirmare admodum, & dejectiones non posse fieri faciles & liberas, nisi humiditas quædam radicalis sit, quæ actionem adjuvet. Sic enim magna illa siccitas omnem actionem impedit, ac intervertit. Interea affatim sæpeque medicamenta valida dāmus, & dum majorem siccitatem afferimus, nihilominus nostro voto satisfacit. Ergo catharrus febris junctus illam provexit. Uterque consulendus, sed maxime *ἀναρπεία* per *ἐπιρρασίαν* sensim ac sensim refici renutritique debet. Expeditis obstructis, lac asinum dabitur, quod omnium tardissime accescit. Et non est quod dehortari videatur febris nisi ea admodum magna sit. Quod Gal: consilium est libris *περὶ τριπλῆς*

## CONSILIUM XVII.

### *De duplici Tertiana.*

**M**ercatoris uxor quum instaret parienti tempore febre prehēditur, quæ duplicem tertianam imitaretur. Ac quæ in tempore autumnale febres incidebant, ad tertianarum naturam accedebant, ac iis de nocte præsertim ægri torquebantur. Humor biliosus suppressus inducibat naturam pituitæ ejusmodi febres ingenerans. Quæ vomebantur biliosa erant, subviridantia. Et quod mirum fuit, illo temporis non videbantur immunes a febre ægri, incertisque horis modo cum sensu frigoris, modo sine eo adoriebantur. Exactis duodecim fere diebus enixa est, viribus satis robustis, facile. Quæ excerni debuerunt, excreta sunt. Sed repente, aut uno prope dicam interjecto die dolor oboritur acutus, difficultatem respirationis inferens. Nulla tussis erat: nec febris aliquanto acutior. Quum aut tussire, aut expectorare vellet, præ dolore illud non poterat. Simile apparuerat nobis in alia quæ peperisset. Ab imo ischio ad mediam lateris dexteri partem dolor erat toleratu difficillimus. Hic remediis non cedebat. Tandem exeunte pure per sinum pudoris allevatio. 2. Sic in multis gravidis orgasmo materiæ quam natura utpote imbecillior facta enixa non potest regere ac domare ut ante partum, multa contingunt quæ pleuritidem mentiuntur, sive quod motu naturæ humor sursum deorsum moveatur: sive quod externa aliqua fluxio fiat, sive quod circa hypochondriorum tunicas & venas humor multus est, unde per continuitatem membranarum & vasorum communionem elevatur hypochondrium alterutrum, & hic meteorismus difficultatem respirandi affert,

fert, quæ similitudine imponit sæpe Medicis, supponitque alium affectum pro alio. Ita nimirum in Coacis, summus Hippocrates animadvertit quendam lateris dolorem cum hypochondrii meteorismo & difficultate spirandi. Sed vocat eum dolorem, lateris dolorem sine signis; quasi dicat pleuritidem non esse, ne ea similitudo nobis falso imponat. Quum urgeret hic dolor, metusque esset suffocationis, quæsitum num tuto & jure tundenda esset vena, cuius maxima est opportunitas ad antevertendos morbos per congestionem nascituros. Dehortabantur vires imbecillæ: partus qui paulo ante præcesserat: item quod pleuritis non esset, aliisque fortassis remediis cederetur. Denique metus suppressionis lochiorum a partu: quæ si supprimerentur, omnia pejora multo contingerent. At quum dolor ad peccus urget, cum difficultate spirandi, non statim tundenda vena: immo nisi signa adsint, talem sectionem improbat Hippocrates in Coacis Animadversionibus. Tamen ne quæ materia locum certum nondum teneret, tandem parti impacta opinione nostra majorem morbum afferret, in eam ventum est sententiam, ut sectio venæ tuto celebraretur. Sanguis qui fluxit lacteus erat, planeque putris. Dolores conquieverunt: Lochia non sunt suppressa, immo aliquando ut & in menstruum tardo pigroque motu, sectione venæ liberalior, multa fluxio fit. Sed antequam tundere- tur vena, præscriptum est hoc poculum.

*℞. rad. bistort. myrrh. diclamni, & rad. rub. majoris, an. ℥. β. mi-  
thrid. scr. ij. Syrup. rosar. pallid. ℥j. vini albi ℥vj. cum aqu. hyssopi & ar-  
the. fiat potus, capiat mane. Una post hora aperiatur vena.*

Quum perseveraret febris, auferenturque symptomata, subesset magna cacochymia, quod ex olidis excrementis apparebat, quæsitum rursus quid hic consilii caperetur. Intumebant pedes & brachia: item facies, ac si leucophlegmatia tentaretur. Ac mirum fuit (dicebat senior medicus) quomodo non discuteretur morbus hic a febre, quum Hippocrates febrem aquas ac crudos humores concoquere ac digerere affirmaret. Sed illud verum est præsertim de febre superveniente, aut de ea quæ esset copia humoris analogæ. Quod in hac muliere non constabat: nec jure ea sententia Hippocratis citabatur. Etenim hic febris corrumpebat sanguinem: sanguinem corruptum aversantur partes, & facultas alteratrix quodammodo vitata, non ratione sui, sed alimenti in probum sanguinem affluxos humores non convertibat. Accedit quod inflatio ista morbos istos sequi solet, minusque propterea terrificæ esse solet, præsertim quum in neutro hypochondrio tumor aut inæqualitas appareret. Tandem de purgatione una atque altera, tertiaque cogitatum est, quod hypofarcidio habitum liberari alvi profusio, restatum Hippocrates reliquisset. Tamen non erat *ὑπερπιδιος* nec tam frequentibus locus, fuit purgationibus. Immo decipiuntur sæpe Medici rerum similitudine. Et ita tempestate multis pedes, manus, & brachia intumescere, & qui venæ sectione educebatur sanguis, plane putris erat.

## A N N O T A T I O.

2. *Quaestio magna esse potest, An quum lateris dolores oriuntur in muliere a partu cui lochia eunt, secunda sit vena. In hac enim muliere cui dolor lateris, ut hic dicitur, abortus est, secta vena lochia suppressa sunt. Vereor ne illa suppressio tanti mali causa sit, idest, cur in hydropem inciderit. Vide nostras historias de uxore Comitis de Mauleurier.*

## CONSILIUM XVIII.

*De Febre Erratica.*

**P**ROcurator post curas aliquot & molestias, praecunte aliqua corporis gravitate in febrem incidit. Haec de genere earum quae vagabantur eo tempore autumnali. Incertae: sine typo: modo cum sensu aliquo rigoris: modo sine eo. Exiguo medicamento provocatus leipothymia:prehendit, paullo post visa est alvus liberior: sed mox restitit. Inde omnia symptomata increverunt. Illud autem praeter ceteris terrori fuit. In accessionibus pulsus parvus, febrim non analogos, coma, aponia. Nulla re excitatur. Mirum hoc fuit in homine satis macro. Erat & quidam *peyces*, & suffocationis metus ingruerat. Secta vena perseverarunt illa. Cessante accessione & tentatis multis ad se tandem redibat, semisopitus tamen. Repurgatus saepe. Haec ab oppressione cerebri nata erant. Cocuntibus quoque malignis vaporibus a partibus inferis, ut febris pestilentis suspicio aliqua esset. Verum quidem illud coma, catalepsi, cataphoran denique ipsam aliquando sub finem longorum morborum contingere, quod nos ipsi animadvertimus: & plerique interierunt; tum quod corpus aliquot dies sideratum manens non nutrire: tum quod summa erat oppressio cerebri, & febris augebatur, in modum continua perseverans. Credibileque fuit horum alterum, aut illam catalepsi ab exhausto manare, quod periculosissimum: aut propter paupertatem caloris & spirituum, & longitudinem morbi multa succrevisse pituitosa excrementa, eaque maligna, quae quum a febre dissipata non fuissent, restitancia in corpore tam funesta symptomata intulerunt. Nec huic solum viro ea symptomata tam formidabilia contigerunt, sed & omnibus fere qui toto illo tempore in febres inciderunt. Vidi quibus suffocationis periculum ingruat accessione adventante quasi pondus in pectore sentirent, & sibi praeccludi fauces viderentur. Aliis accessionis initio praefrigidi sudores, quod raro contingit. Aliis (quibus ex longis intervallis tantum tussicula erat infesta) quum accessio prehendere, tussis adeo vehemens accidebat, ut eam quam molestissime ferrent. Mulieri sexagenariae toto tempore accessionis leipothymia: comatosum quidem dolores permolesti. Querimonia. Sed ut ad agrum nostrum rever-



revertamur, variis remediis a primariis Medicis occursum est. hic potus injectus est.

℞. scobis unicornis gran. 4. ambra grisea gran. 3. cum aqu. card. fiet potus. cap. Injeti frequenter clysteres: injectus & hic.

℞. centaur. minoris, betonica, meliss. salvia, calament. an. m. j. flor. genist. p. ij. sem. lini ℥ ij. agar. in nodulo positi ℥ iij. fiat decoct. ad ℞ j. In col. dissolve Cath. & hiera diacolocyntidos ann. ℥. ℞. olei aneth. ℥. iij. fiat clyster.

℞. Conseru. anth. flor. salvia & beton. an. ℥. ij. mitho. ℥. j. ℞. semin. pæon. ℥. s. cum syrup. conseru. citrij. fiat opiata.

℞. folior. salvia. beton. major. yua. arthr. prim. veris an. m. j. florum stachados, salvia, & anthos, an. p. ij. fiat decoct. in vino pro foru capitis.

℞. olei chamam. liliorum, & nardini an. ℥. ij. castorei ℥. ij. aceti scillitici ℥. j. pro embroche totius capitis.

℞. thymi sature. beton. & salvia an. m. s. piperis ℥. j. s. coquantur in ℞. j. Colatura dissolve oxymel. scillitici ℥. iij. fiat gargarisma: Usus est hydromelite: foribus ex lixivio sarmenti, cum agarico, sena, & rasura ligni sancti. Item usus decoct. sarseparilla & guaiaci. Quis enim dubitat quominus decoctum ligni sancti conferat ubi oppressum videtur caput a pituita. Siccando enim confirmat, & liberat a dominatu ipsius pituita.

℞. Theriaces, mihradat. an. ℥. s. olei de castor. ℥. ij. aceti parum pro nuca & posteriore capitis parte.

Item ℞. pyretri, nucis moscata, caryophyll. an. ℥. s. castorei ℞. j. fiat pulvis pro naribus. Tamen mihi valde suspectus est castorei usus, propterea quod Epilepsiam inducit.

Item ℞. emplastr. de betonica ℥. ij. ladani, styracis, calamite an. ℥. j. olei ros. chamam. an. qu. suff. fiat magdaleon pro capite.

℞. oxymel. simpl. & syrup. de bysop. an. ℥. s. cap. ex cochleari.

Item ℞. theriaces, mihradat. an. ℥. ij. conseru. acori, campa. anthos. an. ℥. j. pulv. diamarg. diarrhod. abbat. an. ℥. j. decoctionis beton. buglos. bipinel. mors. scabio. cum ℥. j. semin. pæon. 6. ℞. distillentur in alam bico.

℞. prædicta decoct. ℥. iij. coentur per manicam Hippocratis cum sacchar. Utatur saepe. Subiectus & hic clyster est.

℞. salvia, majorana, betonica an. ℞. j. mercurialis ℞. j. sem. anisi & pæonia an. ℥. j. fiat decoct. ad ℞. j. in qua dissolve hiera diacolocyntid. ℥. ℞. mellis mercurial. ℥. ℞. salis comm. ℥. iij. castorei pulveris. ℞. j. fiat clyster.

Sed perendie quam iniiceretur hic clyster, dati sunt ℞. ij. pitularum sine quibus sero. Tertio post die potio hæc propinata quum accessio præcessisset superioribus similis: initio autem illius dormiendi adest inexpugnabilis necessitas.

℞. beton. bipin. scabios. folior. buglos. an. p. i. folior. sena ℥. s. semin. card. citrij & pæon. an. ℥. s. fiat decoct. in qua infunde agaric. trochisc. ℞. iij. rhei ℥. ij. cinnam. ℥. s. In express. dissolve hiera diacolocyntid. ℞. j. fiat potus.

Item ℞. florum anthos, stachados, betonica, calament. an. m. s. radie angelic

*angelica ℥. ij. florum cordial. p. i. 4. semin. frigid. majorum, cuscut. citrij an. ℥. j. ℞. Fiat dec. ad quart. tria. In coll. dissol. confect. Alkermes ℥. iiij. theriac. & mithridat. an. ℥. ij. fiat potio colata per manicam, pro tribus dosibus.*

*Item ℥. farin. fabar. & orobi an. ℥. iiij. pulv. chamam. beton. ireos, an. ℥. ij. coquantur in oxymel. satis diu ad spissitudinem pulticula & tenacitatem. fiat cataplasma pro capite demto superiore emplastro post operationem medicamenti.*

Vires interea concidebant. Interiit decimo septimo die. Fortasse superior curatio paullo durior fuit. Etenim convenit in evincenda multa materia pituitosa: sed in siccitate conjuncta cum humoribus aliquot juncta virium infirmitate non ita convenire videtur.

## CONSILIUM XIX.

### *De Febre pestilenti.*

**N**obilis mulier post liberalem usum fugacium fructuum, & molestias aliquot, quum tamen ea satis hilariter viveret, coepit aliquando conqueri de dolore & gravitate capitis. Aliquot post diebus quum omnia vita munia probe fungeretur, a prandio coepit caput dolere: deinde omnium artuum dolor. Febris acutissima. 1. Vomitiones frequentes, varia exercebantur. Alvus fluxit. Secundo die mitiora aliquanto omnia. Febris perseverabat. Ex intervallis modo temperatae partes percipiebantur, modo acerrimo calore calfactae: Jactationes plurimae: resistit alvus: vomitus cessant. Tercio intumuit facies: paululum taciturna: raptus humorum sursum. Omnes partes dolent. Urinae confusae, nigrificantes. Quarto eadem perseverant. Nox difficillima: clamores: taciturnitas: difficilis anhelus: surrectiones quadraginta: jactationes. Quinto oculi feroces: mox depressae palpebrae: sero omnia exacerbantur: oculi ferociore: constantes quasi defixis palpebris: acies oculorum obtusa: aponia: potum assumebat submurmurando: non deglutiebat: delirabat: Nox implacidissima. Sexto interiit corpore purpureo. Acutissimus hic morbus: nec ante quartum diem quicquam tentatum est. Pestilens fuit febris, declararunt jactationes quamplurimae, omnium pene facultatum casus, summus stomachi dolor. Inanis vomendi appetitus. Partes modo tepidae, elato teterrimo vapore a centro ad superficiem, modo calidissimae. Lingua non erat febrile analogos, nec enim praesicca. Et jam observavi in febris malignis nec magnam sitim esse, nec linguae ariditatem, nec calorem magnum. Unde saepe morbus multo major est opinione. Et quum specie parvus appareat, tamen ex eo ejus malignitas patet, quod non cedat remediis. Suspecti mihi fuerunt parvi tremores. Et in hoc morbo quum alias observavi illud quod scripsit Hippocrates verissimum: *In malis febris parvi tremores: & in potionibus.*

*hus. In siccis quasi subsilientes & submurmurantes pessimum. Injunctus clyster. Quarto die blando medicamento repurgata: tum alvus supra modum reddidit. Quinto secta vena. Plane putris sanguis. Et quum fluebant menses, metusque esset suppressionis: item & ratione malignae qualitatis, data potio hæc.*

*℞. rad. tormentill. diclamn. bistorta, & rub. an. ʒ. ij. conserva flor. cichorii ʒ. i. s. scabiosa p. j. flor. p. j. fiat. decoct. In coll. dissol. pulv. cinnam. ʒ. s. pulver. rasur. eboris scr. j. mithriat. scr. iij. syr. limon. ʒ. vj. fiat. potus.*

Cautos admodum esse medicos oportet in ejusmodi morbis, in quibus tantæ jactationes, nec febris tam effera & magna specie quam suis se prodit signis: quum functionum animalium casus adest. Et quotquot ejusmodi febribus prehenso vidi, in iis observavi facultates animales primo quoque tempore occupari: quod mirum est.

## A N N O T A T I O.

*Febris hac pestilens fuit, quum tamen constitutio alia esset temporis. Et primis diebus morbi sevirissima erant omnia, & projectio virium. An hæc febris tam effera, tam maligna, & qua mulierem validissimam tam cito e medio sustulit, vitio humorum contingere potuit? & potuit bercele. Et in hanc rem meminisse oportet historia Hippocratis, qua quarta est ordine sectionis 3. lib. 3. Epid. Narrat quemdam statim phreneticum decubuisse, qui tertio die interiit, Galenus in Commentar. In illius agri corpore humor generatus fuerat letali veneno similis, in corporibus vicinis aliquid paulatim agens, qua quando vitio jam aliqua parte opportuna erant, humorque ipse evaserat malignissimus, letale repente apparuit symptoma. Et quomodo generetur venenum in nobis ob pravitatem humorum, ut tamen minime opinantibus nobis eripiantur agri, Galen. ample docet in part. 17. lib. 2. Prorrhetic.*

## CONSILIUM XX.

*De Febre Tertiana.*

**C**onsul regius tribus ante mensibus connubio junctus, & ut verisimile est, exhausta multa anima, imbecillior redditus, in febrem tertianam incidit. Hæc postea in duplicem tertianam versa est, nec tamen reliquo tempore febris vacuitas: medicamentulo agitur: alvus liberior reddita est: biliosa materia & effera in intestina derivata fluorem invexit. Metuitur a dysenteria aut longo fluore. Dubitatum de sectione venæ. Præcipiebat occasionem impetus alvi: item & virium imbecillitas, superiore trimestri ob causas dictas inducta, quod recens conjugibus parce detrahendus sit sanguis. Secta tum est parce. Incubuerunt omnino ad id Medici ut alvum qua id ratione fieri posset, sisterent: dolores si quos ferret, sedarent; vires confirmarent. Subinde injecti clysteres mane bis, ter, quater: item sero, & aliis temporibus.

℞. capsæ

℞. tapsi barbati, centinodia, plantag. rosar. rubr. an. m. ij. semin. cydoniorum & psyllii an. ℥. ℞. malicorii ℥. ℞. fiat decoct. ad ℥. j. in qua dissolve sacchar. rosar. ℥. j. s. Syrup. de siccis ℥. ij. vitellos odorum duorum.

Item ℞. decoct. ordin. quartar. ij. in collat. dissolve mucor. seminis psyllii, & cydonior. extract. in aq. hordei an. ℥. ℞. sacchar. ros. ℥. ij. vitellum ovi unius. fiat clyster.

℞. Radic. gram. acetosa, passul. integr. an. ℥. j. cichor. plantag. agrim. beton. an. m. j. granor. berber. recent. ℥. j. semin. acetos. plantag. card. citrii. an. ℥. ℞. conserv. rosar. nenuph. an. ℥. ij. fiat decoct. ad quart. tria. In col. dissolve Syrupi cap. vener. & de cichor. an. ℥. j. ℞. fiat apozema.

℞. Syrup. de siccis ℥. j. cum gran. 4. mastich. fiat potus. cap. dormiturus. Interea purgabatur ex rhabarb. per intervalla.

℞. rasur. ebor. cornu cervi usi & loti in aq. ros. an. scr. j. margar. elect. scr. ℞. rasur. unicorn. gr. vj. dissol. In decoct. 2. dactyl. passul. integ. cap. unius papav. & lact. cum ℥. i. Syrup. de nenuph. & de siccis. Capiat hora somni. Media nocte cap. hordeatum paratum cum decocto semin. papav. albi & lactuca, cum saccharo ros.

℞. flor. nenuph. viol. rosar. rubr. an. p. i. semin. lactuca, papav. albi, an. ℥. ij. Ex his contusis fiat frontale inter duas syndones: vaporetur aqu. rosar. prius illinantur tempora oxyrhobino.

℞. caponem juven. carnosum, peracices duas, decoction. juvenis caponis alterati cum lactuc. cichor. domestic. plantag. semin. majorib. frigid. libras 4. conserva rosar. veter. ℥. ij. conserv. baglos. nenuphar. an. ℥. j. myrobal. Embl. ℥. j. ℞. Omnia reponantur in alambico, in balneo Maria. Fiat destillatio.

℞. predicti destillati quart. tria, sacchar. rosar. ℥. i. ℞. Fiat julep. utatur cum condito.

℞. mirobal. unam Emblicam. coral. rub. pulver. ℥. ℞. rasura cornu cervi loti usi, margar. elect. an. scr. j. rasura unicornis gr. vi. ossis de corde cervi scr. ℞. cum sacchar. rosar. dissolve in aqua ros. fiat conditum.

Sæpe ac sæpe datus Syrupus somniferus, qualis antè descriptus est.

℞. furfur. rosar. rubr. balaust. tapsi, plantag. an. p. j. semin. psyllii, cydonior. althea, an. ℥. ℞. fiant duo parvi sacculi qui bulliant in lacte pro fotu ani. Renoventur quotidie.

℞. cerati ros. Mesue. loti in aqua rosar. ℥. ij. ℞. excipiatur linteolo pro sede.

℞. plantag. centinodia, tapsi an. m. i. balaust. rosar. rubr. flor. chamamel. nenuphar. an. ℥. i. fiat decoct. in lacte chalyb. dissolve sacchar. ros. an. ℥. i. ℞. boli armen. ℥. iij. Syrupi rosar. siccar. ℥. i. vitellum ovi. fiat clyster.

℞. succi cydonior. ℥. ij. succi plantag. portulac. an. ℥. i. cum sacchar. rosa. fiat julep. in modum Syrupi perfecte cocti. utatur cum decocto graminis. 2. Fiat emplastrum ex cerato Santalino pro hepate.

℞. aqu. plantag. rosar. an. ℥. iij. aqu. decoct. hordei ℥. ℞. in quibus dissol. Syrup. rosar. sicc. & mell. rosar. an. ℥. i. ℞. Fiat gargarismus. colluet os sæpe; sentiebat enim ardorem in faucibus, & difficultatem deglutienti. Teneat in ore sacchar. rosar. interdum tabell. diatragacant. frig.

℞. ma-

℞. *malum cydonium unum* : pistetur & contundatur in mortario paucō aceto rosato affuso: passetur per setaceum: passatura adde *conser. rosa. ℥. ii. ℞. pulver. rosar. ℥. iiij. mastich. pulver. absynth. rom. an. ℥. ij. malaxentur cum oleo rosato* : Fiat cataplasma pro hepate & ventric. Extendatur super stupas molles & bene carpinatas, prius in aqua rosar. & aceto paucō maceratas.

Item ℞. *carabes ℥. ij. mastich. ℥. i. ℞. pulver. elect. diamargar. frig. triasantal. rasura eboris, cornu cervi, cum ℥. i. coral. utriusque ℥. i. semin. agni casti ℥. ℞. semin. melonum ℥. ii. tunica interioris gallina preparata ℥. ii. ℞. saccha. ros. qu. suff. Fiat pulvis.*

Et quoniam diuturnitate morbi & fortasse refrigeratione ventriculi, ad ejus regionem dolor obortus est, sequenti fotu ei provisum est.

℞. *absynth. roma. majo. ros. rubr. an. m. j. menth. m. ℞. ligni Rhodij, cyp. an. ℥. ℞. omnium santalor. ligni aloes, an. ℥. ij. florum chamem. p. j. Fiat decoct. in aqua & quarta parte vini pro fotu ventriculi ante cœnam. Illinatur oleo cydoniorum & mastichino.*

℞. *conser. rosar. symphyt. buglos. borag. an. ℥. iii. myrobal. emb. ℥. ℞. rasura eb. coral. cornu cervi. an. scr. j. ossis mespilo. scr. j. terra sigill. sc. ii. cum saccharo ros. fiat conditum.*

℞. *Trochiscor. de camphor. ℥. i. margarit. elect. scr. i. rasur. unicolor. g. 4. Fiat pulvis cap. hora som. cum julepo rosato.*

℥. *cerati santal. ℥. ij. mastich. ℥. ℞. pulvis ligni rhod. ℥. iiij. malaxentur cum oleo rosato. Fiat emplastrum pro jecore.*

℥. *coral. rubr. cornu cervi usti an. ℥. j. rhei torrefacti & irrorati succo granator. ℥. j. incorporentur cum ℥. j. conserva rosarum cum paucō syrupo myrtill. fiat parva mas. capiat mediam partem duabus horis ante jusculum.*

℥. *balauftiorum, nucis gallarum ℥. ℞. absynthij rom. & vulgaris an. m. j. cyp. cal. aromat. ligni rhod. an. ℥. ℞. seminis plantag. ℥. ij. santal. omn. ℥. ij. Fiat decoct. in aqua fabr. & quarta parte vini pro fotu ventris. Post fotum*

℥. *mucagin. gummi arab. extract. in aqua rosar. ℥. vj. olei myrtill. cyd. an. ℥. j. fiat litus post fotum.*

3. ℥. *pulv. de cynoglos. ℥. s. mastich. gr. 6. excipiantur syrupo de cicho. fiant due pilula, cap. dormiturus.*

Quum dolor imūm ventrem vexaret.

℥. *malv. bismalv. parietaria an. m. j. semin. lini, fenugr. an. ℥. i. florum antbemit. meliloti an. m. j. absynth. rom. j. fiat decoct. in oxymel. diu. fotus fiat: & post materialia applicentur. Item data sepe potio ex julepo rosato & ℥. j. thuris.*

## A N N O T A T I O.

2. *Melius est incoquere eos succos cum aliquo decocto convenienti, gratior & melior erit.*

3. GA-

3. Galenus cap. 1. lib. 12. method. magnam cautionem vult adhiberi in usu soporosorum & anodynorum medicamentorum. Et Trallianus, non vulgarem noxam sequi ait ex talium rerum potione, praesertim quum imbecilla sunt vires. Questio tamen esse potest num imbecillis viribus turne soporosorum usus, quum haec viribus studere videantur.

## CONSILIUM XXI.

### De imbecillitate visus.

**D**omina de Palluaquea quum exertos habeat oculos, eosque satis latos ut radii rerum objectarum non facile in conum coniciantur: nec suo satis gyro qui per opticum canalem feruntur spiritus retineantur: conqueritur saepe de imminuto visu. Ac quum probe intelligerent Medici id vitii a natura pendere ut arte sublevari tantum possit, non corrigi, tamen ne aliquid non agerent, & efflagitanti urgentique mulieri nihil denegarent, variis atque variis remediis, illam bona spe erexerunt. Saepe enim postica capitis parte dolorem gravem persentit: saepe ad radices oculorum ab intimis partibus dolores protenduntur, ut male affecti cerebri nonnulla suspicio adsit. Itaque eo medicorum processit industria, ut capiti consuleretur, vel per sese affecto ac laboranti, vel sublatis aliunde vaporibus plethoricis symptomatis aucto. Ac si, ut eos qui medicinam caste & integre factitant, decet, lubenter aegrae quarenti denegassent, quum saepe frustra contra eiusmodi inveterata mala, a naturaque contracta pugnetur; ut certe fecissent, non tot remediis eam vexavissent ac oneravissent. At misellorum aegrotantium morbi etiam desperati aliqua remediorum formula sunt eludendi.

℞. fœnicu. recent. euph. symphy. petre. chelid. an. ℥. j. sem. ormini, fœnic. an. ℥. ℥. agrimo. buglos. ℥. ℥. turbith in nodulo positi myrob. citrin. an. ℥. s. folior. sene ℥. j. ℥. fiat decoctio ad quart. 3. dissol. sacch. quart. 3. addendo express. ℥. j. ℥. agar. recent. troc. & ℥. ℥. rhei infusi in aqua fœnic. cum ℥. ij. santal. cap. ℥. ij. cum decoc. fœnicu.

℞. Decoct. unius capi alterati cum acetosa, buglos. borrag. lib. iij. carnem unius cap. & duarum perdic: conserva rosar. buglos. nenuphar. viola. an. ℥. ij. putv. triasantal. simpl. diamarg. frigid. an. ℥. ij. pulver. elect. de gemmis ℥. ij. micam unius panis albi maceratam in aqu. cordial & vino albo fiat destillatio.

℞. bipinel. ℥. ℥. betonica sicca, summit. fœniculi viridis an. ℥. j. summit. lupuli p. ij. florum cordial. p. j. agrimonia, scariola, an. p. j. fiat decoct. ad lib. ℥. In colat. dissolve sacchari quart. j. express. ℥. viij. rhei infusi in aqua fœnicu. cum cinna. ℥. s. nucis mos. ℥. ℥. agari. ℥. j. fiat syrupus in tres doses.

℞. beton. origa. sampsuc. thymi, puleg. siccat. an. p. j. caryophyl. nucis mos. macis, cubeb. piper. lon. an. ℥. j. malti. ℥. ij. nucis cupres. cortic. thur. an. ℥. i. s. st. rac. calam. benioin. an. ℥. iij. fiat pul. pro cucufa.

Ballonii Oper. Tom. II.

C

℞. elect.

℞. elect. diarrhoea. ℥ s. coriandri prepar. cinnam. sem. anisi, macis an. ℥ j. in euphr. sic. ℥ ij. pulveriscentur, subtilis. cum lib. s. sacch. fiat pulvis.

℞. masti. ℥ ij. cubeb. nucis mos. macis, galan. cala. arom. an. ℥ s. pulveriscentur omnia & excipiantur gummi trachag. in aqua rorismar. dissoluta fiant trochisci, quorum unus cum tenui linceo versetur in ore mane ex-  
puendo.

℞. Decoct. sampsu. & succi bete an. ℥ i. s. vini albi odorif. ℥ j. mel. ros. ℥ s. pul. nigel. rom. ℥ j. nucis mosc. ℥ s. bulliant omnia fervore uno, colentur & serventur in vase pro caput purg.

℞. agar. in succo fœnic. loco vini al. trochif. massa pillul. lucis & sine quibus. an. ℥ j. cum succo fœnic. fiant pillula.

℞. Euphr. fœnic. an. p. ij. semin. fenugr. loti in aqua fœnic. ℥ j. majora. p. s. sem. anis. fœnic. & gallitrich. an. ℥ i. s. fiant duo sacculi quadrati qui bulliant in aqua euphr. pro foru oculi dolentis.

℞. Aloes in aqu. end. & succo fœnic. depurato lota ℥ iij. pul. hier. simpl. ℥ i s. rhei ℥ iij. agar. troch. ℥ ij. pulv. euphr. ℥ j. cum syrup. rosar. pallid. fiat mass. pill. cap. bis mense pillul. 3. pond. ℥ ij.

℞. aqu. still. rorismar. ℥ ij. in hac calidiusc. dissol. salis gemma ℥ ij. & in hoc liquore infunde nodulum ex aloë linceo levi invol. ex quo linceo expresso instillabitur guttula liquoris prescripti: id fiet mane & vespere.

℞. symph. petr. & fœnic. an. m. iij. ruta, cheid. an. m. ij. irrorentur vino albo per triduum: fiat destillatio in alambico cum magno igne ad usum.

℞. mili comm. libr. j. salis fursur. macr. salo. sicc. an. lib. s. semin. fœnic. ℥ iv. fiant duo sacculi pro capite.

℞. emplastr. de betonica ℥ ij. opop. ℥ j. castor. ℥ ij. picis navalis ℥ s. pul. chamom. major. ireos, an. ℥ i. s. cera ℥ j. cum oleo nard. fiat emplastr. sinapizetur ℥ j. salis nitri pro capite.

Ovum recens ad duritiem coquetur detracto vitello, pulvere & vitriolo albo, & saccharo cand. implebitur: ambabus partibus ovi ad vise colligatis macerabitur in aqua rosar. & euphrasia per quatuor dies: expressione facta fiet collyrium.

Huic Domina in metu cœcitatibus hic multa remedia prescribantur. Item & alia quæ sequuntur optima cognitu.

℞. semin. fenugr. loti in aqua tepida ℥ j. semin. fœnic. ℥ s. euphr. p. s. fiat decoctio in aqua ubi ferbuerint leviter: primam aquam abicies: novam addes: in secunda aqua dissolve sacchar. rosati cand. ℥ iv. mellis rosati ℥ ij. fiat collyrium, de quo guttas in oculum jaciatur agra.

℞. farin. fenugr. & tuthia prepar. an. ℥ iv. aloes lota ℥ ij. fellis perdicis ℥ s. amyli ℥ s. cum melle ros. colato. Formentur trochisci, siccantur in umbra, siccatis utatur cum succo fœniculi depur. addita pauca aqua rosacea majore vel minore pro ardore.

Eidem pariter Domina ad dentium fetorem corrigendum hæc prescripta fuerunt.

℞. rad. mal. dr. s. myrrha dr. s. mastich. cornu cervi ust. an. ℥ j. oss. spong. & sapia

Et *sapia* an. dr. s. *sang. drac.*  $\mathfrak{D}$  *ireos flor.*  $\mathfrak{Z}$  ij. *corall. utriusq.* an. dr. s. *cinnamomi* & *santal. citrin. an.*  $\mathfrak{D}$  ij. *cum sacchar. ros. fiat pulvis pro dentibus.*  $\mathfrak{M}$  *pulver. pradi.*  $\mathfrak{Z}$  i. s. *excip. gumm. trag. extra.* in aqua odorif. *fiant parvi troch. versentur ore saepe mane praesertim.*

Item ad dentes  $\mathfrak{M}$  *rad. albea*  $\mathfrak{Z}$  j. *ciner. rorismar.*  $\mathfrak{Z}$  j. s. *florum rosar. rubr.*  $\mathfrak{Z}$  iij. *agrim. m. s. alum.*  $\mathfrak{Z}$  s. *tartari*  $\mathfrak{Z}$  ii. *fiat decoct. ad lib. s. pro ablutione dentium.*

$\mathfrak{M}$  *corall. utriusque, rosar. rubr. an.*  $\mathfrak{Z}$  ij. *cinnam. xyl. an. dr. i. s. mastich.*  $\mathfrak{Z}$  ij. *cum melle rosato: fiat opiata pro dentibus.* Item:

$\mathfrak{M}$  *coral. utriusque*  $\mathfrak{D}$  j. *ossis sapię*  $\mathfrak{D}$  i. *sang. dracon. mastich. an.*  $\mathfrak{Z}$  s. *pulv. rad. bistorte* & *ireos floren. an. dr. s. cinnam. gr. 8. ambr. gris. & caryophyll. an. gr. ij. ligni aloes*  $\mathfrak{D}$  i. *rasur. ebor. cornu cervi usi, rosar. rubr. an. dr. s. cum melle. fiat opiata.* Item:

$\mathfrak{M}$  *corall. utriusque, pumicis, santal. rubr. cryst. an.*  $\mathfrak{Z}$  iij. *cinnamo. caryophyll. an.*  $\mathfrak{Z}$  j. *cum melle rosato, & granis 6. mosch. fiat opiata.* Aut

$\mathfrak{M}$  *marmor. alb. crystall. an.*  $\mathfrak{Z}$  iij. *pumicis, santal. rub. an.*  $\mathfrak{Z}$  s. *caryoph. ireos flor. an.*  $\mathfrak{Z}$  ij. *cum melle. Fiat opiata.*

## CONSILIUM XVII.

### De Asthmate.

**C**AROLUS d'Heruille ex asthmate, difficilique anhelitu laborabat. Juncta erat & destillatio in pulmones, quæ suffocationis periculum afferebat. Summam pulmonum infirmitatem Medici accusabant, qui sese facile explicare non possent, nec alas suas expandere ad exigendam materiam quæ orthopnoeam concitaret. At inuito prudenter consilio cum catarrho pugnatum est, incisa materia quam conceperant pulmones: & quoniam in tabem inclinatio fiebat, analepticis quoque cautum provisumque est, ne marcor adaugeretur, tandemque in discrimen conjiceretur. Huc autem referentur multa remedia, tum quæ sistendo catarrho dicant operam, pulmonum alas explicant, tabem retardant, & hæmoptoica quoque ipsa. Ut quum eorum sylva in promptu erit, facile si quid sese offerat ejusmodi, occurratur. Magna enim copia est hominum e pulmonibus Lutetiæ laborantium: sive quod, ut olim Romæ ejusmodi affectus percubuerint, ob aeris humidam temperiem, idem Lutetianis contingat. Magnam enim partem perstantur austrinis Parisienses. 2. Sive quod Lutetiani partes thoracicas imbecillas habeant, catarrhisque obnoxii sint. Delicata sunt vitæ, imbecilla habent viscera. Sive quod quum post ætatem annos multi tabidi decubuerint, quumque nullus quantam hoc perniciem afferat, caute animadverteret, hereditario jure ad posteros malum serpsit. Nam quicumque stirpe tabida sati sunt, eos fere omnes tabes attingit. Sive quod quum nullus Medicorum hætenus monuerit nos quanta sit læbes & contagio pulmonum affectorum, e quibus aurâ venenata effertur facile eos quibuscum versantur inficiens ac contaminans, nemo sibi providerit, & ita incautus venenata qualitate infectus fuerit. Ac futu-



rum tandem est ut nisi vel in eam rem interdicens consuetudinis lex fanciatur, vel cane pejus & angue tabe affectorum communis societas fugiatur, malum hoc ita Lutetiae accrescat, ut oppido pauci malignam ejus vim effugiant. Cur enim elephantiorum, cur febricitantium consuetudo eos quibuscum vitæ communio est, contaminat, tabidorum virulentia impune in populo jactabitur? Halitus foetor, spurcicies, squalorque corporis, character & viriditas decussa, marcor, consumptio corporis luculento etiam injecto alimento, quid aliud præter tabificam qualitatem malignamque designat? Ophthalmia, qui affectus est externus, aeri expositus, ut vapor facile evanescat, intuentium oculos inficit, vapor e pulmone ulcerato, tabidoque pulmones alios non inficit? Unde tanta corporis consumptio & macies, nisi quod tabifica qualitas ad cor delata, & a corde continuato cursu per arterias ad omnes corporis partes derivata, omnes in extimis facultates, debilitet, conspurcet, & contamine? In phthoe enim ut & elephantiasi spectatur quaedam totius substantiæ diaphthora, quæ nulla arte corrigi & emendari potest. At plerique visi sunt & a neotericis & a veteribus qui parentum alterutro tabido sati eodem anno nati interierint quo & parentes. Nec est quod Hippocrates in *Aphorismis*, juvenibus hunc morbum accidere dicat, quod a vehementi exercitio sæpe hæmatoptysis præcesserit, ut Galenus interpretatur: Etsi enim causa hæc procatartica aliquid efficiat, tamen naturalis proclivitas majoris multo momenti est. Sed jam ad remedia descendamus. Ad marcorem in phthisi.

℞ amygdal. dulc. ℥ ij. pinear. passul. mund. in aqua rosar. mund. & contu. an. ℥ j. pulp. carnis capi vel coxar. ranarum vel cancrorum fluvialitium vel testudinum ℥ j s. medull. 4. sem. frig. major. alb. & bombac. an. ℥ ij. anisi & cinnam. an. ℥ β. amyli parum, sacchar. qu. suff. fiat massa panis cum jusculo pulli: fiant placenta, coquan. in clibano.

℞ pulver. pulm. vulpi præpar. ℥ j. pulv. diaireos & diatrag. frig. sacchari cand. an. ℥ j. coral. rub. rasur. unicorn. an. gr. 4. ambr. gris. gr. ij. marg. elect. ℥ j. fiat pulvis.

℞ har. vitellinum unum, pullos tres, testudinem nemoralem unam: coqu. in aqua cum lactuc. portul. agrimon. pincis, jujub. sebest. semin. bombac. ungu. caball. passul. ℥ ij. ℞ prad. decoct. ℞ 6. lymaces vineal. 60. reponantur in alambico cum carne capi juvenis: Fiat destillatio in Balneo Maria: utatur in pastu, & extra pastum cum sacchar. ros.

Et quum urget tussis a catarrho destillante in pulmones, hæc conferunt.

℞ glycyrr. ℥ s. passul. ℥ j. jujub. sebest. an. num. 6. bulliant in jusculo pulli. In colat. dissol. mann. granat. ℥ ij. sacchar. candi. ℥ iij. fiat dosis.

Fiat litus ad totum thoracem ex oleis quæ ad eam rem institui ordinarique solent.

℞ conserv. ros. violar. & bugloss. an. ℥ s. conser. scabios. & ungu. caball. an. ℥ iij. pulp. sebest. & jujub. an. ℥ ij. boli arm. præp. ℥ iij. pulv. elect. diatrag. frig. ℥ ij. syrup. ros. sic. & myri. qu. suff. Fiat Opiata.

℞ rosar. rubr. mastich. santal. citrin. an. ℥ iij. myrtill. ℥ ij. sampsuc. ros.

flor. stæchad. an. p. s. beton. sicc. ℥ s. Fiat pulvis tenuiss. quo aspergatur pars anterior capitis.

℥ diatrag. frigid. ℥ j. penid. ℥ ij. looth sani ℥ s. julep. ros. qu. suff. fiat in modum Opiate.

℥ nigell. rom. ℥ s. vernicis, ros. an. ℥ iij. ligni aloes ℥ ij. mastich. ℥ j. fiat suffus pro capite.

℥ decoct. hordei mund. ad crepat. costi ℥ ij. in quibus bull. jujub. sebesth. dactyl. passul. an. ℥ j. glycyrr. ℥ s. bulliant omnia ad consumt. tertia partis. adde folior. ungu. caball. & bipinell. an. p. j. In decocto dissol. sacchari albi ℥ vj. fiat syrupus eximius.

In catarrho vehementissimo cum magna humorum copia frigidorum præfertim, valet quod sequitur.

℥ chamam. melil. scabios. buglos. hys. satur. an. m. j. ungu. caball. m. ij. rad. enul. campan. eryngii an. ℥ iij. semin. anisi ℥ ij. rad. ireos ℥ s. fiat decoct. & excipiatur ejus fumus.

℥ rasur. ligni sancti. ℥ iij. sarcap. ℥ i. s. stæchad. Arab. omnium capill scabios. bipinell. borrag. hys. agrim. an. m. s. semin. anisi, fenic. an. ℥ ij. glycyrr. ℥ j. jujub. sebesth. polyp. an. ℥ ij. epith. unc. i. s. Fiat decoct. ad ℥ dimid. In colatura dissolv. theriac. veter. unc. s. syrup. cap. ven. unc. iij. syrup. de stæchad. unc. j. s. colent. per manicam hippocr. cum cinnam. Capiat uncias tres singul. matut.

Quum præ copia materia asthmatici ægri quodammodo videntur, valet hoc quod sequitur.

℥ rad. serpent. unc. ij. passul. & glycyrr. an. unc. j. fiat decoct. ad lib. j. In colat. dissolv. sacchar. unc. iij. fiat in modum Julepi. Item.

℥ cypp. calami arom. an. ℥ ii. cort. citrii, assa odor. an. ℥ i. mili sicc. furfur. mac. loti in vino & sicc. an. ℥ iij. salis ℥ iij. ros. rubr. santal. citr. an. ℥ s. Fiat pulvis, cujus pars inspergatur capiti hora somni.

℥ succi liquir. in aqua scabios. infusi ℥ v. pulver. elect. diatr. frig. ℥ ii. pulv. diatr. ℥ iij. sacchari candi & penid. an. ℥ i. s. sacchari albiss. ℥ iij. cum infus. gummi. tragac. in aqua rosar. fiat pasta: form. pil. sub lingua.

℥ boli arm. ℥ s. elect. diatrag. pulver. glycyrr. cinnam. an. ℥ i. pul. elect. aromat. rosar. ℥ s. sacchari albiss. ℥ iv. cum infus. gummi tragac. in aqua rosar. & ungu. cabal. fiat pasta.

℥ pulver. ireos floren. gummi tragac. an. ℥ i. amyli, boli arm. an. ℥ j. rhei pulv. ℥ ii. rasura ebor. cornu cervi an. ℥ s. liquirit. rase ℥ i. s. saccha. in aqua ungula cabal. soluti quant. suff. Fiant tabell. ℥ j. teneat in ore saepe.

℥ mell. despum. sacchari & butyri recent. an. ℥ vj. utatur ex cochleari.

℥ medul. caulium rubror. coctior. inter cineres unc. duas, 4. semin. frigidor. major. incisor. unc. j. sacchari albiss. unc. iij. fiat conserva.

℥ diatrag. frigid. unc. s. diaireos unc. s. semin. bombac. melon. an. dr. ij. pulpa passul. mundat. ℥ ij. s. cum partibus aquis syrupi violar. & capill. fiat looth.



- ℞ syrup. myrtil. & papav. & rosar. siccar. an. ℥ j. capiat dormiturus.  
 ℞ mumia pulver. ℥ ij. terra sigill. ser. ℞. aqua plantag. rosar. centinod.  
 an. unc. j. detur.  
 ℞ succi unguil. cabal. plantag. an. unc. iij. succiberber. & macerat. rosar.  
 siccar. an. unc. ij. cum saccharo ros. fiat Julep.  
 ℞ mumia ℥ j. terra sigill. & boli armen. an. ℥. s. aqua myrtil. & ros. an.  
 ℥ iij. decoct. rosar. & cortic. citrii lib. s. fiat Julep. in 4. doses.  
 ℞ boli armen. terra sigill. mumie an. ℥ iij. semin. papav. albi & melon.  
 an. ℥ s. glycyrr. ℥ ij. sacch. candi ℥ s. Excipiantur omnia in gummi tragac.  
 extracto in aqua rosar. fiant formulae quas in ore teneat.  
 ℞ majoran. flor. chamem. meliloti an. p. ℞. fiat decoct. pro vapore nasi.  
 ℞ meliss. buglos. scolop. plantag. beton. unguil. cabal. folior. cardui. portul.  
 an. p. j. passul. ℥ ij. folior. sena. ℥ s. F. decoct. infunde rhei ℥ ij. dissolve sy-  
 rupi violar. ℥ j.  
 ℞ semin. papav. albi ℥ j. pulver. diatrage. frigid. ℥ ij. amyli ℥ j. semin.  
 melon. lactuc. an. ℥ s. glycyrr. ℥ s. sacch. ros. ℥ s. cum mucagin. semin. psyll.  
 in aqua lactu. extract. Fiant formulae quae ore versentur.  
 Quum a capite catarrhi origo est labentis in pulmones, ut & capiti &  
 thoraci consulatur, valet hic Syrupus.  
 ℞ radice. lapathi acuti, serpent. bismalva, ireos florent. an. ℥ s. cichor. tot.  
 agrimon. adiant. unguila caball. hyssopi an. m. i. semin. bombac. mal. melon.  
 cucumer. fenic. an. ℥ ij. passul. glycyrr. an. ℥ i. ℞. ficus. jujub. an. numero  
 x. violar. p. ij. Fiat decoct. in qua infund. agarici trochisc. ℥ ij. cinnamom.  
 & santal. citrin. ℥ iij. bulliant mane in colat. dissol. cass. ℥ viij. sacch. quod  
 suff. Fiat opiata, capiat unc. unam cum sacch.  
 ℞ pulv. rosar. cornu cervi, santal. alb. & rub. an. ℥ ij. spod. gummi Arab.  
 mastich. an. ℥ s. coral. ℥ j. succi glycyrr. ℥ s. semin. papav. & melon. an. ℥ s.  
 cum saccharo in aqua ros. solv. fiant tabell. pondere ℥ ij.  
 ℞ diarrhod. abba. diatrag. frig. an. ℥ j. coral. ℥ j. cum sacch. dissol. in aqua  
 rosar. fiant tabelle pondere ℥ j. ℞.  
 ℞ rhei ℥ s. mastich. gr. 2. cum aqua agrimonie, fiant pilulae tres, ca-  
 piat mane.  
 ℞ succor. plantag. portul. centaur. an. ℥ iij. succi granat. ℥ iij. aqua rosar.  
 macerata cum lapide hemat. super marmore ℥ iij. sacchari ros. qu. satis. fiat  
 Syrupus posito modulo boli armen. inter coquendum. Capiat cochlearia duo  
 cum express. ℥ unius rhei bis in mense.  
 ℞ aquar. plantag. & rosar. an. ℥ ij. aqua macerat. rosar. siccar. ℥ ij. cum  
 sacch. ros. fiat Julep.  
 ℞ rasura ebor. cornu cervi, margar. elect. an. scrup. j. coral. rubr. lapid.  
 hemat. boli armen. terra sigil. an. ℥. s. glycyrr. ℥ ij. cum sacchar. ros. in  
 aqua arnoglos. soluto. fiant tabella pondere ℥ ij.  
 Optimum est remedium opiata facta ex pulpa passular. damasc. ex pulpa  
 jujubar. & febest. cum sacch. qu. suff.  
 ℞ succi depur. per residentiam. plantag. portul. granat. cydonior. beton.  
 agni cast. an. ℥ ij. sacch. ros. qu. s. fiat Syrup.

℞ spodii, rosar. rubr. boli armen. terra sigil. hamat. an. ℥ β. corah rubr. carab. margar. an. ℥ i. β. gummi tragac. dr. ij. semin. papav. albi, portulaca, mal. rosar. rub. arnoglos. cornu cervi usi an. dr. ij. acacia, succi barba hirci, succi glycyrr. an. dr. ij. amyli torref. drag. ij. terantur, misceantur cum saccharo, fiat pulvis.

Tabidos alvi fluorprehendit saepe, unde mors consequitur. Eo hæc conferunt.

℞ cerati santal. ℥ ii. cerati stomach. cydonior. an. ℥ β. mastich. ℥ j. olei myrtil. qu. suff. fiat emplast. pro stomacho.

℞ olei de absynth. & cydonior. an. ℥ ij. spice nar. ℥ ij. santal. citrin. coral. rubr. spod. rosar. an. drag. j. cera q. s. Fiat liniment. pro hepatic.

℞ cons. rosar. nenuph. an. ℥ i. coral. rub. cornu cervi, boli armen. terra sigil. an. drag. s. sacch. ros. ℥ iij. Fiat conditum.

℞ succi pomor. de curtip. plantag. endiv. an. unc. iij. succi granat. & cydon. an. unc. i. β. sacchari & syrupi rosar. an. qu. suff. fiat syrupus.

℞ pulv. elect. diarrhod. abbat. & triasant. an. dr. β. diamarg. frigid. ℥ ij. cornu cervi usi, & ebor. an. ℥ j. sacchar. dissol. in aqua rosar. Fiant tabella.

℞ conserv. rosar. symphy. an. ℥ j. cortic. citrii cond. myrobal. citrin. cond. an. ℥ β. trochiscor. de terra sigill. & de spod. an. dr. β. trochisc. de coral. scr. j. pulv. elect. latitia grana xv. cum syrup. myrtino. Fiat syrup.

Ad superiora quoque pertinent hæc quæ in destillatione præscribi possunt.

℞ conserv. violar. anthos, carnis myrobal. embl. cond. an. dr. ij. pulp. passul. & sebest. an. ℥ s. olibani pulv. mastich. an. scr. j. cum syrupo de stæcha. Excipiantur omnia: capiat drach. j. hora somni.

℞ conserv. symphy. rosar. an. ℥ j. carnis myrobal. embl. unc. β. cum syrupo myrti. Fiat opiata, capiat mane cum syrupo sequ.

℞ sigill. Salom. herbe judaica an. p. ij. plantag. cum rad. m. j. consolida utriusque an. m. β. bipin. m. j. β. semin. plantag. ℥ ij. Fiat decoct. ad lib. j. In colatura dissol. sacch. ros. ℥ vi. capiat ℥ i. s. pro dosi.

℞ rad. ireos florent. enula campana, glycyrr. ras. an. ℥ β. passul. mund. drag. 6. ficus pingues num. tres, jujub. sebest. alkeken. an. num. 6. bulliant in æquis partibus vini albi & aquæ. Fiat decoct. ad usum sequentem.

℞ gummi tragac. ℥ ij. s. pul. glycyrr. ℥ iij. pul. elect. diaireos simpl. & diarrag. frig. an. ℥ j. sacch. candi & penid. an. ℥ i. β. amyli. ℥ ij. cum sacc. al. ℥ vj. dissol. in decocto superiore fiant cylindri.

℞ rad. ungula caval. ℥ ij. glycyrr. ℥ j. carn. dactylo. viij. jujub. sebes. an. ℥ j. adian. folior. ungu. caval. an. m. j. passul. damas. nucleor. pini. an. ℥ i. s. semin. mal. bomba. an. ℥ iij. fiat decoct. addendo sub finem pulver. pulmon. vulp. ℥ iij. in colat. ad quart. iij. dissol. oxymel. simpl. syrup. violar. an. ℥ ij. sacch. can. ℥ vj. fiat syrup. utatur mane longe a pasto.

℞ carnem duarum testud. prepar. rad. serpent. maior. glycyrr. ungula caval. an. ℥ ij. scabio. adiantis. capil. vener. scario. hyssop. an. m. j. jujub. sebes. numero 12. passul. ℥ ij. semin. melo. cucurb. dactyl. enucleat. nucleor. pini,

pinii, & pistaciæ. an. ℥ j. fiat decoctio in aqua scabio. unguis cabal. scabio. & endiv. in colat. ad lib. j. dissol. mel. sal. & sacch. an. quart. iii. clarificatio. fiat pulvere sequenti. ℥ i. pulv. pulmo. vulp. præp. ℥ iij. pul. ireos flor. ℥ s. cinnamomi, ℥ j. ponantur omnia in nodulo.

**ANNONOTATA.**

1\* Maxime vero contingit magnam partem pulmonum in his regionibus vitiatam apparere, quod etiam a pueritia magna in thorace acervetur phlegmatis copia. Videmus enim omnes fere nostros pueros tussiculosos esse, rancos, & pueritiam quum tamen nil extussiant. Sic colligitur pituita, qua non recta amplius a natura pulmones corrumpit.

2\* Tussis oritur vel stimulata natura a materia influente e capite: vel eadem stimulata a materia contenta in pulmone. Quum tussis continenter affligit, argumentum est descensus humoris e capite, licet intervallis longis, credibilis a materia in pulmone contenta oriri. Si a capite manat, roborandum caput, & impediendus catarrhus: si in pulmone contenta, bechicis utendum. In catarrhis, sed ferinis, præsertim illud fieri potest: non est alienum sæpe ac sæpe cibum ingerere; hinc enim catarrhi impetus debilitatur: nisi forte ex esculentis aut potulentis aliquid aliena qualitate tussim provodet.

3\* Salix maximas vires habet. Desiccatur impense, & sine morsu. Mirum est, quum hæc arbor adeo sit familiaris nobis, ejus vires tamen negligi, quas Dioscorides tanti facit lib. i. suorum Simplicium.

4\* Quarto locor. affellor. Galenus abunde explicat quomodo distinguere possimus an sanguis a ventriculo, an a pulmone, an ab ore rejiciatur. Inter cetera commemoratione digna, scribit quosdam hamorrhagia tentatos, & excrevisse sanguinem per vomitum ob dultam per os & per nares forte fortuna, hirudinem exiguam admodum qua tempore accreverit. Quod notandum est.

## CONSILIUM XXIII.

### De Febre Tertiana.

**D**omus Lotharingæ custos circa mensem Augustum in febrem incidit. Ut corpus biliosum erat; constitutio temporis calida sicca; ita adorta febris est tertiana; sed ea non multo post tempore mutationem recepit, & quæ prius stata rataque esset, ea erratica effecta est in quartanam proxime degeneratura. Reddito aere caliginoso, inæquali, frigidoque corpus melancholicum effectum est per aduotionem humoris biliosi: dominatum humoris indicarunt & actiones animales expeditæ, citæ, celeres, motus animi, excrementa quoque ipsa, & caloris species. Tandem quartanarius decubuit, ingens admodum sitis, proclivitas ad iram, vigiliæ perpetuæ. Nec dum

dum tamen perseverant circuitiones periodique quartana. Exactis enim sex aut septem circuitionibus satis constantibus, interjecta sunt alia accessiones modo cum sensu frigoris, modo sine sensu, ita tamen ut die quoque quarta primæ febris ratio aliqua retineretur. Dubitabatur num triplex, an duplex quartana: an hemitritæus. Non hemitritæus erat quod continuus non esset, nec affecti ventriculi argumenta sese proderent. Non duplex tertiana, quod majus multo esset intervallum inter repetitiones quam in Aduplicate tertiana esse soleret. Ergo eæ accessiones ita incertæ aut significabant causam nondum satis firmam in lactibus & viscere utroque, aut translata materia a suis sedibus brevi finitum iri morbum. Scribit Galenus usu intempestivo theriacis & rerum similium, præsertim nondum coacta materia effici ut ex simplice quartana duplex triplexque fiat. Incidit enim materiam nondum præparatam, & in diversas partes pellit. Ita nimirum humor in illo corpore redundans tenuis, acër, a bilioso adusto procreatus, seipse potuit movere, ciet, & impellere. Ut quod theriaca tamquam externum efficere posset, idem humor tamquam a sese habens motus principium præstaret. Sed hæc fortasse argutiora. Non adhibuimus majorem operam ut morbus destrueretur, quia corpus ut nimis siccum ferendo non esset. Immo nostra remedia irrita videntur fuisse, nisi ex eo irrita non fuisse videri debent, quod nobis auctoribus, quum alioqui morbus esset periculosus, & homini necando satis vim mortis tamen evaserit, morbo nimirum deluso & temperato. Contra in hac quartana gerere se oportuit quam in aliis. In his enim usui sunt aperientia, vehementer & impense calfacientia, piperata, salsaque. Sed hic ad humectantia plane descendendum fuit, tum ut ingenti siti quæ præcipui symptomatis rationem habebat, consuleretur, tum ut humorem biliosum adustum temperaremus, & quodammodo occasionem contrahendæ putredinis præriperemus. Quærebatur num iterato mittendus sanguis, an medicamentis pugnandum. Neutrum accomodatum visum est. In morbis acutis, & principiis morborum longorum valida quidem remedia usuveniunt, quod & natura adhuc viget, & quia humor cedit trahenti medicamento. Hic morbus progressus est, & nescitur quorsum evadat. Ergo naturæ medicatrici committendus est. Natura enim maxime medica in longis apparet coquendo, secernendo, abscessum moliendo, virtus non stat: ergo & venæ sectionem & purgationem dehortatur. Mineræ virtutum in partibus solidis hæc sicca sunt diurnitate morbi, vasorum ora connivent, concidunt, & collabuntur. Siccitas illa & collapsus impedit actionem medicamenti: & potius colliquatio afferretur partibus solidis. Præterea si paullo validius medicamentum daretur, metus esset ne in dolores colicis similes æger incideret quod in plerisque observatum est quibus humor exagitatus est. Item & observatum, mulierem quartana laborantem, quum jam 16. dies quiesisset assumpto etiam medicamentulo, in morbum elapsam esse: Omnis enim materia agitata emotaque seipsa quiescente deterior esse solet, quod diligenter animadvertendum fuit. Urinæ flammæ sunt admodum, sitis magna: non propterea tamen hæc sectionem venæ arguunt. Nam oportet in iis febribus fuliginosum excrementum efferri a præcordiis ad cor, quod fit ut facillime

ventri-

ventri-

ventriculum attingat, & a ventriculo tunicam linguæ alvoque ipsi communem. Et quum sedabitur illa, incipietque corpus bene nutrirî humidis alimentis naturæ resurgentis, & recreantis sese erit argumentum. De prognost. Metus esset ne in marasimum conjiceretur, nisi proba victus ratione provideatur: id quod febres erraticæ efficiunt sæpe, tum quod focus multiplex, & natura sæpe ac sæpe affligatur. Spes enim convaliturum, quod hypochondria non meteora, nec pro ratione febris inæqualia. At in omnibus morbis hypochondria recte valere optimum. Alvi fluor conferet si non cum excrementis rapiatur chylosa substantia e ventriculo. Nec hodie verum constat esse quod scribit Hippocrates, quartanas securissimas: quum his temporibus aut illis succedat hydrops, aut scirrhus-lienis. Tamen quum affecta non sint viscera insigniter satis tuta potest esse quartana. Nunc autem observatur in ejusmodi febribus quartanis cancrasam in corpore lienis concipi dispositionem, quæ quo magis medicamentis irriteretur, magis ægrescat medendo, quod & in externis affectibus cernere est. Tota ratio curationis ad duo revocabitur, ad curam ventriculi vicinarumque partium: item ad dietam. Dieta hæc erit: Utatur jusculis sæpe, immo etiam sub finem accessionis, minutalibus vitulinis, panata, hordeatis, vino diluto tamen. Est enim sitis ingens, & urinarum venosique generis ardor dissuadet usum vini, tum morbi longitudo sua let; aqua enim non transiret vasa longo morbi tractu collapsa & conniventia, nisi veheretur. Ventriculo studendum quod fatiscat morbi longitudo, & quod eadem de causa congerat multa excrementa, unde morborum aliud semen. Liniatur ventriculus oleis quæ vim habebunt ejus corroborandi, & adstringendi. Foveatur iis quæ eundem excitabunt & confirmabunt. Dantur tabellæ ex aromatico rosato descriptione Gabrielis, & Triasantalo. Atque ea ratione futurum est, ut vincente, triumphanteque natura, quæ nunc inferior veluti latet, morbus debilitetur, & tempore destruat. Quartana in febribus quartanis cancrasam in corpore lienis concipi dispositionem, quæ quo magis medicamentis irriteretur, magis ægrescat medendo, quod & in externis affectibus cernere est.

## A N N O T A T I O.

\* Hic ager gravissime habebat, & dolores gravissimos persevebat. Sudabat sæpe, & tamen nihil sudores proficiebant. Ac revera nos observavimus in Quartanis sudores non proficere solere. Nam quum materia sit crassa, frigida, lenta, non est credibile eam ita attenuari posse, ut in sudores resolvatur. Sed quum calor naturalis & calor febrilis nihil non agere possit, adhibetur aliam tenuem materiam alendo corpori satis accommodatam: ut mirum non sit si non proficiant tales sudores, quum maxima ex parte non sine ipsius materia morbifica. Profunt quidem sudores apparentibus coctionis signis, quod materia natura cedat, sed donec aliquid tale apparuerit, non est quicquam opis expectandum. Unde non est cur solliciti simus de citandis sudoribus in Quartanis. Nam si sudores nondum apparentibus signis coctionis, procurari non possint sine obstructionis majoris metu, quod ars non audeat facere id si natura parum provideat, præstiterit, minus saluti corporis consulnerit. Quod hic diximus de crebris sudori-



toribus qui in Quartanam incidunt, questione dignum unde orientur. Nam non credibile est materiam tam crassam ita in balneis abire, id quod praesertim in corpore squalido & sicco, in quo tamen tot sudores apparent. Et hic annotari oportet anno Domini 1573. plurimis Quartanariis corpus totum sudoribus diffuxisse corpore plane emaciato, squalido & arido. Et si suaves nil proficiebant. Horum duplex causa esse videbatur, infirmitas naturae priore morbo ita fatigata: item ariditas hepatis & viscerum. Nam quum calor febrilis diu durans partes resiccat, fit ut quod alimentum allicit, ad partes facile non possit agglutinari, praesertim quum liquidus est. Tales autem febricitantes solis iusculis liquidis utebantur, nec mirum sinequeunte hepate ob siccitatem multum consumere, reliquum per sudores exeat. Hanc questionem alio loco fusius forte explicabimus.

2\* Tamen si in morbis, & praesertim in febribus, in hypochondriis, nec inguinalitas, nec tumor appareat, propterea securus esse non oportet de morbo, ut in hoc agro apparuit: Etenim vitium saepe in ipsis visceribus haeret quod tactu nec visu percipitur. Itaque falli non oportet: Et id primus observavit Gal. cap. 7. lib. 5. Locorum affectorum; ubi declarat saepe colorem eruginosum, aut auriginosum potius in superficie corporis apparere nulla existente obstructione, aut inflammatione, aut scirrho in hepate: ut & alteratio sit temperamenti non alienatio, nec sit morbus ullus in conformatione: ideo quum tales colores adsunt, non statim ad admostra foris deveniendum, ut male quidam fallunt.

Ille vir, de cuius morbo hic differitur, circa mensis Novembris decimum sextum diem luna inclinante interiit. Et antequam interiisset intumebant pedes, omniumque partium corporis dolor obortus fuerat. Quarto antequam interiisset die, de repente suppressa est urina, & venter intumuit, ac si natura aliquid vellet moliri ad solutionem morbi: prescripto diuretico excrevit urinae plus minus pintas tres. Visus est allevari. Repetente accessione nova cum horrore interiit.

## CONSILIUM XXIV.

### De Hydrope.

Vide ante consilium 17.

**M**ercatoris uxor, de qua ante, nec purgationibus, nec venae sectione febris & tumoris quo detinebatur, curationem recipiebat. Immo morbus tanto contumacior resistebat, quanto maiore opera ac cura Medici conarentur ut morbum profligarent. Sed a Medicis aberrari videbatur. Nam illi rerum humidarum usum suadebant, usum quoque vini: hi neglecta febre ab humidis rebus aegram avocabant, ut & cruditatem humoris in praecordiis contentam corrigerent, & tumorem omnium partium extimarum & abdominis minuerent. Item vino interdicebant illi: hi eam ad ejus usum hortabantur. Nec abs re dubitatum est utri potius esset consulendum. Nam & a febre metuendum est, quae dum humores corrumpit, majorem semper

semper tumoris occasionem affert, & tumor iste curationem postulabat, ne si incremento non prohiberetur, tandem hypofarcidion immedicabilem adduceret. Ac revera tumor ille morbi rationem habebat, a febre quidem primo originem ducens, sed qui prius symptomatis nomine donari deberet, morbi rationem habere debebat, quod & cruditatem ejus causam corpus contineret, & actionem laederet. Dum contrariis sententiis pugnaretur, de agra salute ambiguum admodum ibat, necdum constabat quo loco standum, quidve consilii ea in re caperetur. Coacto Medicorum concilio res diligentius pensitata est, quod agra mulieris sanitas admodum lubrica foret. Visum est omnibus febre & tumori consulendum; ita tamen ut potius febris, quam tumor, ejusque causa negligenteretur. Humororum congeries & cruditas visa est totius morbi causa, & febris ipsius, & tumoris. In iis humoribus sepultus calor visus est sese recreare nequiens; ut nisi provideretur brevi, leucophlegmatias verus sequeretur, a quo vix evaderet. Urinae ardebant: sed id nihilominus febris habendam rationem indicabat; quod & leucophlegmaticis esset familiare, in quibus sectio venae metuenda, licet febris eam exposcere videretur. Quin & eam venae sectione curationem aggredi, agram jugulare asserbant: & erratum ab iis qui jam quarto venam secuisent, falso inducti sanguinis detracti pravitate. At talis in leucophlegmaticis sanguis redundare consuevit. At tantum abest ut quarto iterata venae sectio juverit, ut iacturam caloris naturalis attulerit, quum incumbendum esset in coctionem tam contumacis materiae morbum longum efficientis. In tanta enim cacochymia incidebat occasio nulla secundae venae. Quod attinet ad veram curandi methodum, haec in medium adducta sunt quae in nullis morbis usavenire debent, & quae Galenus 12. Method. proposita febre cum syncope & cruditate conjuncta pertractavit. Nam eo loci nec purgationi; nec venae sectioni quicquam concedi debere explicavit, quod & vires in ea humorum corruptela, & veluti hypofarcidion habitusque tumore elanguescant, & cruditatis ipsa ratio omnem occasionem purgandi praeripiat. Immo in ejusmodi affectu sola frictio corpus exercet paululum admodum majoribus artis medicae remediis attribuens. Ad summum revocari debet ejus morbi curatio ad duos canones quos Hippocratis Interpres pro hypothese proposuit. Nam in prima Aphor. sectione, febrem hydropi humido junctam constituit, ut utri tribuendum sit in iis & similiter complicatis affectibus, doceatur: aequae studendum utrique tandem concludit, ita tamen ut ejus quod magis urget potior ratio habeatur. 2\* Posterior hypothesis est de febre quotidiana: in ea habenda est ratio febris, & materiae: haec siccantia & calfacientia postulat: illa contraria. Galenus ita in eo se gerit negotio, ut neglecta ad tempus febre materiae preparationi incumbat. Quod diligenter annotari debet. Contra nitebantur, qui dicebant; ideo sectionem venae commodam videri, quod ex lochiis & mensibus non nihil superesset. 3\* Tandem dictum est mensium recentem suppressionem sectionem quidem venae hortari: sed quum morbus etiam ab ea suppressione natus jam affectus est. Imbecilla ea est quae a suppressione ista sumitur indicatio: nam contaminata est sanguinis molisque corporis oeconomia, suc-

crevitque cacochymia quæ ex se catharsin indicabit. 4\* Nec febris ipsa per se sectione venæ tollitur, præsertim quæ a cruditate orta est, & cum caloris inopia conjuncta est. Placuit eis ut vino etiam generoso uteretur ad excitandum calorem naturalem, vires recreandas, cruditatem coquendam, ut idonea reddatur ad excretionem, & tumorem minuendum. Vinum absinthites probatum. Sequens apozema institutum.

℞. rad. enul. camp. sicca ℥ i. s. rad. apij, petrosel. aspar. fenic. an. ℥ j. omnium capill. agrimon. an. m. j. beton. scolop. chamæd. chamæpyt. an. m. j. florum cordial. absyn. rom. an. p. j. glycyr. polypod. passul. an. ℥ j. stæch. florum anthos an. p. j. folior. senæ unc. iiij. agar. sub finem decoct. positi unc. ij. fiat decoct. ad lib. j. addendo turbitib. unc. s. In colat. dissol. saccha. q. s. fiat syrup. quo semel in hebdom. utatur.

℞. melilo. salvia, hyssop. agrimo. an. m. j. cyperi, cala. arom. schoen. an. unc. s. flor. cordial. p. j. fiat sacculus, balliat in vino pro fotu.

## A N N O T A T I O.

Mulier hac circa solstitium autumnale interiit quum præcessisset alvi fluor symptomaticus a quo nil est allevata. Nec ulla fuit salutis spes quod omnium pene male affectarum partium internarum magna argumenta apparent. Ita enim Hippocrat. sub finem 4. de morbis, ubi in hydropse alvus valde fluit, citissime moritur audiens & loquens.

Hyposarcidios, quia aliis affectionibus successit, funestus fuit, non per se sed ex eventu. Verum enim id est quod scriptum ab Hippocrate libro πειραδων morbum omnem alteri succedentem, funestum esse fere. Huc pertinet quod scriptum ab Hippocrate sub finem lib. 3. de morbis: Omnis hydrops difficilis curatur, præsertim si corpore attenuato veniat, & ubi alvus fluit, moritur cito.

Mirum est quod quum totum corpus œdematosum esset, & vixades mucosum dicere possis, tamen intus ardor erat, & non nisi admodum sollicitata alvus reddebat. De hoc morbo videtur ad unguem pronuntiasse Hippocrates in Coacis. Nam vere exprimitur morbus & symptomata: Quibus ex ægritudine aliqua res ad æquam intercutem devenit, his alvi sicca, spirasodea reddunt cum eliquatione mucosa: urina non bona: distentiones præcordiorum, dolores, tumores in ventre & in aqualiculo: & juxta spinales musculos: febres, suis, tussis sicca, spirandi difficultas, crurum gravitas, abstinentia & horror cibi, paucis injectis replentur.

Libro πειραδων, notandum quod scribit Hippocrates, hydropem succedere morbis longis, quum ægri purgati non sunt. Ratio hac est, quia carnes corrumpuntur & liquantur, hoc, quod dicitur, communi sensu & experientia perspicitur.

\* 2 Hæc ratio videtur probabilis ad dissuadendam venæ sectionem, quum suppressio inveterata est, ab ea non desumitur secunda venæ indicatio: sed quum recens. Tamen Galenus comment. in artic. 28. sect. 3. lib. 6. Epidemior. narrat se optimo consilio liberalissima manu sanguinem detra-

destraxisse in muliere extenuatissima, cui jam octo menses menstrua purgatio subfiterat.

3. *Mirum est quod hic propter cruditatem Medici vino interdici nolunt: tamen vinum febris plane dehortatur. Incredibile enim dictu quantopere vinum febrem auget. Nam dum valemus, ac calor naturalis intra suos limites consistit, magna etiam generosi vini copia, nihilo pene auctiorem calorem reddit. Sed dum e gradu discessit, & jam febricula corpus occupavit, etiam tenue vinum propinatum statim symptomata excitat, quod qualitas caloris præter naturam facile adjecto stimulo appareat.*

### CONSILIUM XXV.

*De febre cum gravibus symptomatis singultu & tussi, pro Domino de Bures.*

**D**UO sunt quæ inter accidentia symptomataque in febres quæ hac tempestate grassantur incidentia numerantur, quibus plurimum ægri torquebantur, singultus ac tussis. Nec ita quidem molesta esse cœperunt, vel quod totum febris tempus occuparent, vel quod brevissimo tempore divexarent. Vidimus enim ineunte statim accessione ita suffocationis periculum oboriri, & tussis molestias, ac si nulla vitæ spes relinqueretur; desinente accessione placide ac sedate habebant. Singultus autem in nonnullis ita molestus fuit, qui febre nocturna, mox diurna, quum destillatione in pulmones laborarent, ut omnia præter singultum moderate ferrent. Sed æquid causæ fuit tum singultus illius, tum tussis in accessionis tempora incidentis? Ac tussim quidem eo tum sævire tempore, quo paroxysmus repeteret ex eo conjicimus, quod febris a catarrho maxime esset. Et quæ materia subtilis, acrisque, quæ rigorem sensationemque frigoris afferre solet, quiescebat aliquo loci conclusa, dum ruptis, veluti repagulis desævire decurritque in extima corporis, feriendo superiores membranas pulmones vel vestientes, vel illis proximas, tristis ille sensus tussim afferebat. Præterea in catarrhosis febribus quid impedit moveri quoque materiam in pulmonibus & capite ipso, quæ dum cietur, suscitatur, impelliturque, hoc molestiarum afferre solet? Accedebat & nocturni temporis occasio qua pituitæ falsæ serosæque impulsiones & molestiæ sese produnt. Quemadmodum enim universalium temporum aliqua est observatio in motu humorum, ita & particularium. Sic ascarides moveri Autumnò scripsit Hippocrates; sic in vespertinum tempus earum ascaridon motus incidit. Quod & de fluxionum incursionibus verum esse mulierculis compertum est. Sed is singultus difficultatem majorem afferebat. Nam duodecim aut sexdecim fere noctes affligebat. At leviusculis remediis superatus, relabatur, recurritque cum molestissimo ulcerationis sensu circa orificium ventriculi. Quod ut clarius cognoscatur, licebit huc Hippocratem adducere, qui quum in omni parte Medicæ contemplationis accuratus esset, ita nil reliquit quod animadversione dignum foret. r. Multos legimus, qui de singultu, ejusque causis

dis.

disputarent, nullos præter Hippocratem, qui de singultiente febre conscriberent. Ergo omnis rebus variis, quæ ad singultus causas explicandas facere possent, quæque alio loci quam hic venari liceret, ne opera omnis frustra ludatur, quod ad hoc institutum pertinebit, de singultiente febre disputabimus. Quæstio quæri potest: An hic æger, de quo paulo ante mentio injicitur, singultiente febre laboraret? an quicumque febre detinetur, cui tamquam ἐπιγερόμενον σύμπτωμα adjungatur singultus, febre singultuosa laborabit? Nequaquam vero. Nam & qui sub finem febrium, aut principio illarum male judicati sanguinem multum profundunt, unde ratione inanitionis, & exhausti singultus oboriatur, propterea singultiente febre teneri dicentur? Nequaquam. 2. Et qui aliquot ex intervallis dum febricit, singultiat, nec tota febre, aut toto accessionis tempore, molestus singultus urgeat, an singultiente febre vexari dicitur? Nequaquam. Ergo in omni Hippocratis doctrina una singultiens febris dicitur, ut inquit Galen. Comment. in particulam quamdam sect. 4. lib. de Diata acutorum, quum vel toto febris tempore singultus molestus est, vel maxima saltem febris parte illum generet, viscidus lentusque humor impactus orificio ventriculi. Unde Hippocrates ejusmodi febres negat solutum iri, nisi aut diebus judicibus, aut urinæ profusio acris, aut abscessu, quod memoria dignissimum est. Sed in nostro ægro proposito antequam cessaret singultus, totum corpus intumuit: Detumescente corpore repetiit singultus afferens ei aliquid permolestius quam ante. Nam & ulcusculum excitavit, aut deflorationem aliquam, ut sic loquar, in partibus ad orificium ventriculi attinentibus. Nam quum quid deglutiebatur aut calidiusculum, aut manifesta qualitate præditum, percipiebatur in imo œsophagi dolor, suspicabamur aliquid esse ἀφθώδες, quod non vacabat periculo: Ad genus febrium singultientium fortasse referri dicit quis febres acutas ab inflammatione aut hepatis aut ventriculi natas, aut partium vicinarum. Quæ inflammatio, ut narrat Aetius cap. de singultu, singultientium molestias affert. Quod & Hippocrates primus annotavit. Item referri videbitur, sed minus apte febris singultiens senum hernia laborantium, & supinatione ventriculi, ut volunt veteres. Nam dum intestinum prolapsum est, præsertim jejunum, ut volunt, singultientium finem non faciunt, & hoc in mortem præcipitare solet. Ac de singultu multa quæ in veterum libris intractata sunt: 3. Cui autem is singultus contigerat, quum abdomen inflatum fuisset, alvus biliosa reddidit: post excretionem biliosorum secuta sunt purulenta, quod mirum est. Nec credibile hæc a pulmonibus emanasse, quamvis hos laborare suspicemur: quum enim a partibus superis tale quid contigit, id simul & semel fieri solet. Unde Galenus annotat Hippocratem data opera usurpasse verba de præsentibus, aut de præteritis, *mejat* aut *minxerit*. Nam quum a superis partibus excretio fit, Hippocr. utitur verbo *minxerit* quasi dicat, ut mejendi finem fecerit: sed quum a partibus proximis excretio fit, utitur verbo præsentibus *mejit*; quoniam propinqua est affectio quæ excretionem purulentam fovet. At hic æger sæpe eam excrevit materiam. Nos autem suspicabamur idem hic posse contingere quod & in urinis. In his enim sedimentum puri proportionem respondet, immo & excerni potest.

est aliquid simile puri, quum tamen non sit pus, sed mucago quadam quæ una cum urinis a corpore deturbatur. Id autem in excrementis per alvum secedentibus apparere potest, præsertim in iis quibus longæ & maximæ fuerunt obstructions mesenterii, & longus morbus. Nam humores qui pepasium admittere non potuerunt, tandem in mucorem versi sunt, qui pus referat. Quod & observavimus in nutrice quadam quæ ex longo morbo incidit in fluxum alvi perennem, cruentum, mistum: Tandem secedebat alvus reddens aliquid pulci simile, quum præcederent dolores alvini colicis similes crudelissimi, quum inappetentia esset, summa extenuatio corporis, & marcor: præterea acerbissimus dolor ad regionem ventriculi, & totius abdominis, & qui minimo blandissimoque digitorum pressu exasperarentur. Sed id primus Hippocrates annotavit in Coacis duobus in locis: *Hepar dolentes, os ventriculi dolentes, soporosi, rigorem habentes, alvum turbatam, tennes, cibum averfantes, purulenta per alvum excernunt.* Et alio loco: *Duritias circa ventriculum cum dolore in febricitibus, cum horrore cibum averfantibus, si alvo insuper parum humectata purgationem non faciant, ad suppurationem perveniunt.*

Quod quum alias tum in ægra illa apparuit, cui totius corporis marcor aderat. At certo scire an id quod exercebatur verum pus esset, an quiddam puri simile, non erat facile.

### ANNOTATIO.

1. Non solum lib. 4. de Diata acutorum (ut hac pagina annoto) Hippocrates meminit febris singultientis: sed & lib. 2. de morbis, ubi caput conscribit de febre singultiente.

2. Præsertim vero & tussis & singultus premebant quum appeteret accessio febrilis: quod annotavit diligenter Savonarola cap. de singultu. Singultus sæpe a pressu costæ, aut depresso, aut tracta contingit, quod diligenter annotavit Fernellius: item vomitus ab eadem causa fit, quod nos quoque in ancilla pictoris observavimus.

3. Ille ager singultiens, tussiens, febrilis, ad tabem vergens, decimo nono mensis Novembris interiit. Aperto cadavere inventus est hydrops, ascites in abdomine, qui longitudine morbi, & depravatione alimenti e potu liquidorum genitus fuerat. Nam tanta diurnitate facultates fatiscunt, concidunt ora vasorum, nil fere transumitur. Inveni sunt pulmones purulenti, corrupti: intestina livescebant quasi siderata superna parte: unde credibile fuit tum singultus magnam occasionem illinc natam, tum syncopes qua prehensus est. Lien plane putris. Denique nulla in toto corpore pars inventa est integritatem suam servans. Dejectiones purulenta, qua nobis admirationi fuerunt, a putri mesaræo manabant. Dejectiones (antequam diem suum obiret) præcesserunt nigra, pici liquida similes.

## CONSILIUM XXVI.

*De doloribus ventriculi. Pro domina de S. Jean.*

1. **P**lerosque dolores ad stomachum varie fatigant, quos nescias an at-  
tineant ad ventriculum ipsum, an vero ad partes vicinas. Ratione  
enim membranarum tum quæ investunt thoracem, tum quæ diaphragma-  
ti vicinæ sunt, oriuntur sæpe dolores continuitate quadam affligentes, & ea  
ratione alios aliterque quam sint morbos mentientes. Ut sæpe male ab æ-  
gris species doloris ignorantibus intelligentes Medici decipiantur plerumque,  
nec dolori ullum solatium afferant. Quod quum alias tum in nobili mu-  
liere Equitis Torquati conjuge manifestum fuit. Illa quum dolores tum  
noctu a primo præsertim somno, tum interdiu tribus aut quatuor horis a  
pactu pateretur, imbecillitate stomachi laborare se existimabat. Dolores illi  
repetebant per intervalla, maxime si quid in victu peccaretur, aut constitu-  
tio temporis a naturali moderatione discederet. Sæpe intolerabiles sunt, &  
quasi suffocationis periculum ingruat, statim discingi cogitur. Illi modo in  
ventriculi capacitate contineri videbantur, & delapso per pyloron cibo quum  
a duodeno jejunoque tractu transvectioque alimenti fieri deberet distribu-  
tio, repullulabant. Actum ac si creparet media & intumesceret ventriculus,  
ut revera contingit, cohibet spiritum ut flatus aliquis aut sursum aut de-  
orsum erumpat, quod dum fit, allevatur maximam partem dolore. Nulla  
illam vertigo exercet, nec syncope, sed præ dolore qui inum ventriculum  
affligens, licet exiguus, ratione partis magnus est, & magni momenti,  
multa contingunt iis affectibus quam simillima. Itaque dum diligenter inqu-  
ratur hujus mali sedes, & animo lustratur, multa ultro citroque disputan-  
tur, quorum accurata & limata ratio plurimum valet, tum ad hujusma-  
li investigationem, & ad similiam affectuum notitiam venandam. Nos di-  
ligenter rem excussimus, relicta diligentiori quaestione honorario arbitro &  
æstimatori, ne quid præjudicata sententia afferat detrimenti. Dua sunt  
partes in nobis, quarum veteres infirmitates apparent & deteguntur, sive  
ea per se ac solæ laborent, sive ambae per communionem & materiæ mor-  
bificæ & affectuum, ut in hac muliere contingit, ventriculus & caput.  
Hoc quidem quod & superum locum tenens externis injuriis pateat maxi-  
me, & internis attractione & summissione vaporum. Non quod in ea opi-  
nionem Principis hærendum existimem, qui omnem a capite destillationem  
jecoris calidæ intemperiei adscribit; nam cerebrum ipsum tum ratione im-  
becillitatis suæ, tum intemperiei illarum parens est & auctor. Immo fri-  
gida intemperies jecoris eas potest promovere. Addit Fernelius, si a jecore  
præcalido illarum destillationum proventus foret, excrementi minimum ea  
ratione in cerebro congereretur. Quod quam probabile, alii viderint. Ven-  
triculi autem infirmitas patebit facile, quod & ciborum promptuarium, et si  
quid peccetur aut domi, aut foris, idest vel mala alimenta, vel præpos-  
tero ordine injiciantur; domi dum aut nativa, aut ascititia imbecillitas, aut  
dum propinquæ partes vitium attingunt. Quæ enim sunt propinqua &  
communia, ea maxime ac primum affici solent. Receptum illud: *Ubi su-*

11. 1097. 1098. 1099. 1100. 1101. 1102. 1103. 1104. 1105. 1106. 1107. 1108. 1109. 1110. 1111. 1112. 1113. 1114. 1115. 1116. 1117. 1118. 1119. 1120. 1121. 1122. 1123. 1124. 1125. 1126. 1127. 1128. 1129. 1130. 1131. 1132. 1133. 1134. 1135. 1136. 1137. 1138. 1139. 1140. 1141. 1142. 1143. 1144. 1145. 1146. 1147. 1148. 1149. 1150. 1151. 1152. 1153. 1154. 1155. 1156. 1157. 1158. 1159. 1160. 1161. 1162. 1163. 1164. 1165. 1166. 1167. 1168. 1169. 1170. 1171. 1172. 1173. 1174. 1175. 1176. 1177. 1178. 1179. 1180. 1181. 1182. 1183. 1184. 1185. 1186. 1187. 1188. 1189. 1190. 1191. 1192. 1193. 1194. 1195. 1196. 1197. 1198. 1199. 1200. 1201. 1202. 1203. 1204. 1205. 1206. 1207. 1208. 1209. 1210. 1211. 1212. 1213. 1214. 1215. 1216. 1217. 1218. 1219. 1220. 1221. 1222. 1223. 1224. 1225. 1226. 1227. 1228. 1229. 1230. 1231. 1232. 1233. 1234. 1235. 1236. 1237. 1238. 1239. 1240. 1241. 1242. 1243. 1244. 1245. 1246. 1247. 1248. 1249. 1250. 1251. 1252. 1253. 1254. 1255. 1256. 1257. 1258. 1259. 1260. 1261. 1262. 1263. 1264. 1265. 1266. 1267. 1268. 1269. 1270. 1271. 1272. 1273. 1274. 1275. 1276. 1277. 1278. 1279. 1280. 1281. 1282. 1283. 1284. 1285. 1286. 1287. 1288. 1289. 1290. 1291. 1292. 1293. 1294. 1295. 1296. 1297. 1298. 1299. 1300. 1301. 1302. 1303. 1304. 1305. 1306. 1307. 1308. 1309. 1310. 1311. 1312. 1313. 1314. 1315. 1316. 1317. 1318. 1319. 1320. 1321. 1322. 1323. 1324. 1325. 1326. 1327. 1328. 1329. 1330. 1331. 1332. 1333. 1334. 1335. 1336. 1337. 1338. 1339. 1340. 1341. 1342. 1343. 1344. 1345. 1346. 1347. 1348. 1349. 1350. 1351. 1352. 1353. 1354. 1355. 1356. 1357. 1358. 1359. 1360. 1361. 1362. 1363. 1364. 1365. 1366. 1367. 1368. 1369. 1370. 1371. 1372. 1373. 1374. 1375. 1376. 1377. 1378. 1379. 1380. 1381. 1382. 1383. 1384. 1385. 1386. 1387. 1388. 1389. 1390. 1391. 1392. 1393. 1394. 1395. 1396. 1397. 1398. 1399. 1400. 1401. 1402. 1403. 1404. 1405. 1406. 1407. 1408. 1409. 1410. 1411. 1412. 1413. 1414. 1415. 1416. 1417. 1418. 1419. 1420. 1421. 1422. 1423. 1424. 1425. 1426. 1427. 1428. 1429. 1430. 1431. 1432. 1433. 1434. 1435. 1436. 1437. 1438. 1439. 1440. 1441. 1442. 1443. 1444. 1445. 1446. 1447. 1448. 1449. 1450. 1451. 1452. 1453. 1454. 1455. 1456. 1457. 1458. 1459. 1460. 1461. 1462. 1463. 1464. 1465. 1466. 1467. 1468. 1469. 1470. 1471. 1472. 1473. 1474. 1475. 1476. 1477. 1478. 1479. 1480. 1481. 1482. 1483. 1484. 1485. 1486. 1487. 1488. 1489. 1490. 1491. 1492. 1493. 1494. 1495. 1496. 1497. 1498. 1499. 1500. 1501. 1502. 1503. 1504. 1505. 1506. 1507. 1508. 1509. 1510. 1511. 1512. 1513. 1514. 1515. 1516. 1517. 1518. 1519. 1520. 1521. 1522. 1523. 1524. 1525. 1526. 1527. 1528. 1529. 1530. 1531. 1532. 1533. 1534. 1535. 1536. 1537. 1538. 1539. 1540. 1541. 1542. 1543. 1544. 1545. 1546. 1547. 1548. 1549. 1550. 1551. 1552. 1553. 1554. 1555. 1556. 1557. 1558. 1559. 1560. 1561. 1562. 1563. 1564. 1565. 1566. 1567. 1568. 1569. 1570. 1571. 1572. 1573. 1574. 1575. 1576. 1577. 1578. 1579. 1580. 1581. 1582. 1583. 1584. 1585. 1586. 1587. 1588. 1589. 1590. 1591. 1592. 1593. 1594. 1595. 1596. 1597. 1598. 1599. 1600. 1601. 1602. 1603. 1604. 1605. 1606. 1607. 1608. 1609. 1610. 1611. 1612. 1613. 1614. 1615. 1616. 1617. 1618. 1619. 1620. 1621. 1622. 1623. 1624. 1625. 1626. 1627. 1628. 1629. 1630. 1631. 1632. 1633. 1634. 1635. 1636. 1637. 1638. 1639. 1640. 1641. 1642. 1643. 1644. 1645. 1646. 1647. 1648. 1649. 1650. 1651. 1652. 1653. 1654. 1655. 1656. 1657. 1658. 1659. 1660. 1661. 1662. 1663. 1664. 1665. 1666. 1667. 1668. 1669. 1670. 1671. 1672. 1673. 1674. 1675. 1676. 1677. 1678. 1679. 1680. 1681. 1682. 1683. 1684. 1685. 1686. 1687. 1688. 1689. 1690. 1691. 1692. 1693. 1694. 1695. 1696. 1697. 1698. 1699. 1700. 1701. 1702. 1703. 1704. 1705. 1706. 1707. 1708. 1709. 1710. 1711. 1712. 1713. 1714. 1715. 1716. 1717. 1718. 1719. 1720. 1721. 1722. 1723. 1724. 1725. 1726. 1727. 1728. 1729. 1730. 1731. 1732. 1733. 1734. 1735. 1736. 1737. 1738. 1739. 1740. 1741. 1742. 1743. 1744. 1745. 1746. 1747. 1748. 1749. 1750. 1751. 1752. 1753. 1754. 1755. 1756. 1757. 1758. 1759. 1760. 1761. 1762. 1763. 1764. 1765. 1766. 1767. 1768. 1769. 1770. 1771. 1772. 1773. 1774. 1775. 1776. 1777. 1778. 1779. 1780. 1781. 1782. 1783. 1784. 1785. 1786. 1787. 1788. 1789. 1790. 1791. 1792. 1793. 1794. 1795. 1796. 1797. 1798. 1799. 1800. 1801. 1802. 1803. 1804. 1805. 1806. 1807. 1808. 1809. 1810. 1811. 1812. 1813. 1814. 1815. 1816. 1817. 1818. 1819. 1820. 1821. 1822. 1823. 1824. 1825. 1826. 1827. 1828. 1829. 1830. 1831. 1832. 1833. 1834. 1835. 1836. 1837. 1838. 1839. 1840. 1841. 1842. 1843. 1844. 1845. 1846. 1847. 1848. 1849. 1850. 1851. 1852. 1853. 1854. 1855. 1856. 1857. 1858. 1859. 1860. 1861. 1862. 1863. 1864. 1865. 1866. 1867. 1868. 1869. 1870. 1871. 1872. 1873. 1874. 1875. 1876. 1877. 1878. 1879. 1880. 1881. 1882. 1883. 1884. 1885. 1886. 1887. 1888. 1889. 1890. 1891. 1892. 1893. 1894. 1895. 1896. 1897. 1898. 1899. 1900. 1901. 1902. 1903. 1904. 1905. 1906. 1907. 1908. 1909. 1910. 1911. 1912. 1913. 1914. 1915. 1916. 1917. 1918. 1919. 1920. 1921. 1922. 1923. 1924. 1925. 1926. 1927. 1928. 1929. 1930. 1931. 1932. 1933. 1934. 1935. 1936. 1937. 1938. 1939. 1940. 1941. 1942. 1943. 1944. 1945. 1946. 1947. 1948. 1949. 1950. 1951. 1952. 1953. 1954. 1955. 1956. 1957. 1958. 1959. 1960. 1961. 1962. 1963. 1964. 1965. 1966. 1967. 1968. 1969. 1970. 1971. 1972. 1973. 1974. 1975. 1976. 1977. 1978. 1979. 1980. 1981. 1982. 1983. 1984. 1985. 1986. 1987. 1988. 1989. 1990. 1991. 1992. 1993. 1994. 1995. 1996. 1997. 1998. 1999. 2000. 2001. 2002. 2003. 2004. 2005. 2006. 2007. 2008. 2009. 2010. 2011. 2012. 2013. 2014. 2015. 2016. 2017. 2018. 2019. 2020. 2021. 2022. 2023. 2024. 2025. 2026. 2027. 2028. 2029. 2030. 2031. 2032. 2033. 2034. 2035. 2036. 2037. 2038. 2039. 2040. 2041. 2042. 2043. 2044. 2045. 2046. 2047. 2048. 2049. 2050. 2051. 2052. 2053. 2054. 2055. 2056. 2057. 2058. 2059. 2060. 2061. 2062. 2063. 2064. 2065. 2066. 2067. 2068. 2069. 2070. 2071. 2072. 2073. 2074. 2075. 2076. 2077. 2078. 2079. 2080. 2081. 2082. 2083. 2084. 2085. 2086. 2087. 2088. 2089. 2090. 2091. 2092. 2093. 2094. 2095. 2096. 2097. 2098. 2099. 2100. 2101. 2102. 2103. 2104. 2105. 2106. 2107. 2108. 2109. 2110. 2111. 2112. 2113. 2114. 2115. 2116. 2117. 2118. 2119. 2120. 2121. 2122. 2123. 2124. 2125. 2126. 2127. 2128. 2129. 2130. 2131. 2132. 2133. 2134. 2135. 2136. 2137. 2138. 2139. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2145. 2146. 2147. 2148. 2149. 2150. 2151. 2152. 2153. 2154. 2155. 2156. 2157. 2158. 2159. 2160. 2161. 2162. 2163. 2164. 2165. 2166. 2167. 2168. 2169. 2170. 2171. 2172. 2173. 2174. 2175. 2176. 2177. 2178. 2179. 2180. 2181. 2182. 2183. 2184. 2185. 2186. 2187. 2188. 2189. 2190. 2191. 2192. 2193. 2194. 2195. 2196. 2197. 2198. 2199. 2200. 2201. 2202. 2203. 2204. 2205. 2206. 2207. 2208. 2209. 2210. 2211. 2212. 2213. 2214. 2215. 2216. 2217. 2218. 2219. 2220. 2221. 2222. 2223. 2224. 2225. 2226. 2227. 2228. 2229. 2230. 2231. 2232. 2233. 2234. 2235. 2236. 2237. 2238. 2239. 2240. 2241. 2242. 2243. 2244. 2245. 2246. 2247. 2248. 2249. 2250. 2251. 2252. 2253. 2254. 2255. 2256. 2257. 2258. 2259. 2260. 2261. 2262. 2263. 2264. 2265. 2266. 2267. 2268. 2269. 2270. 2271. 2272. 2273. 2274. 2275. 2276. 2277. 2278. 2279. 2280. 2281. 2282. 2283. 2284. 2285. 2286. 2287. 2288. 2289. 2290. 2291. 2292. 2293. 2294. 2295. 2296. 2297. 2298. 2299. 2300. 2301. 2302. 2303. 2304. 2305. 2306. 2307. 2308. 2309. 2310. 2311. 2312. 2313. 2314. 2315. 2316. 2317. 2318. 2319. 2320. 2321. 2322. 2323. 2324. 2325. 2326. 2327. 2328. 2329. 2330. 2331. 2332. 2333. 2334. 2335. 2336. 2337. 2338. 2339. 2340. 2341. 2342. 2343. 2344. 2345. 2346. 2347. 2348. 2349. 2350. 2351. 2352. 2353. 2354. 2355. 2356. 2357. 2358. 2359. 2360. 2361. 2362. 2363. 2364. 2365. 2366. 2367. 2368. 2369. 2370. 2371. 2372. 2373. 2374. 2375. 2376. 2377. 2378. 2379. 2380. 2381. 2382. 2383. 2384. 2385. 2386. 2387. 2388. 2389. 2390. 2391. 2392. 2393. 2394. 2395. 2396. 2397. 2398. 2399. 2400. 2401. 2402. 2403. 2404. 2405. 2406. 2407. 2408. 2409. 2410. 2411. 2412. 2413. 2414. 2415. 2416. 2417. 2418. 2419. 2420. 2421. 2422. 2423. 2424. 2425. 2426. 2427. 2428. 2429. 2430. 2431. 2432. 2433. 2434. 2435. 2436. 2437. 2438. 2439. 2440. 2441. 2442. 2443. 2444. 2445. 2446. 2447. 2448. 2449. 2450. 2451. 2452. 2453. 2454. 2455. 2456. 2457. 2458. 2459. 2460. 2461. 2462. 2463. 2464. 2465. 2466. 2467. 2468. 2469. 2470. 2471. 2472. 2473. 2474. 2475. 2476. 2477. 2478. 2479. 2480. 2481. 2482. 2483. 2484. 2485. 2486. 2487. 2488. 2489. 2490. 2491. 2492. 2493. 2494. 2495. 2496. 2497. 2498. 2499. 2500. 2501. 2502. 2503. 2504. 2505. 2506. 2507. 2508. 2509. 2510. 2511. 2512. 2513. 2514. 2515. 2516. 2517. 2518. 2519. 2520. 2521. 2522. 2523. 2524. 2525. 2526. 2527. 2528. 2529. 2530. 2531. 2532. 2533. 2534. 2535. 2536. 2537. 2538. 2539. 2540. 2541. 2542. 2543. 2544. 2545. 2546. 2547. 2548. 2549. 2550. 2551. 2552. 2553. 2554. 2555. 2556. 2557. 2558. 2559. 2560. 2561. 2562. 2563. 2564. 2565. 2566. 2567. 2568. 2569. 2570. 2571. 2572. 2573. 2574. 2575. 2576. 2577. 2578. 2579. 2580. 2581. 2582. 2583. 2584. 2585. 2586. 2587. 2588. 2589. 2590. 2591. 2592. 2593. 2594. 2595. 2596. 2597. 2598. 2599. 2600. 2601. 2602. 2603. 2604. 2605. 2606. 2607. 2608. 2609. 2610. 2611. 2612. 2613. 2614. 2615. 2616. 2617. 2618. 2619. 2620. 2621. 2622. 2623. 2624. 2625. 2626. 2627. 2628. 2629. 2630. 2631. 2632. 2633. 2634. 2635. 2636. 2637. 2638. 2639. 2640. 2641. 2642. 2643. 2644. 2645. 2646. 2647. 2648. 2649. 2650. 2651. 2652. 2653. 2654. 2655. 2656. 2657. 2658. 2659. 2660. 2661. 2662. 2663. 2664. 2665. 2666. 2667. 2668. 2669. 2670. 2671. 2672. 2673. 2674. 2675. 2676. 2677. 2678. 2679. 2680. 2681. 2682. 2683. 2684. 2685. 2686. 2687. 2688. 2689. 2690. 2691. 2692. 2693. 2694. 2695. 2696. 2697. 2698. 2699. 2700. 2701. 2702. 2703. 2704. 2705. 2706. 2707. 2708. 2709. 2710. 2711. 2712. 2713. 2714. 2715. 2716. 2717. 2718. 2719. 2720. 2721. 2722. 2723. 2724. 2725. 2726. 2727. 2728. 2729. 2730. 2731. 2732. 2733. 2734. 2735. 2736. 2737. 2738. 2739. 2740. 2741. 2742. 2743. 2744. 2745. 2746. 2747. 2748. 2749. 2750. 2751. 2752. 2753. 2754. 2755. 2756. 2757. 2758. 2759. 2760. 2761. 2762. 2763. 2764. 2765. 2766. 2767. 2768. 2769. 2770. 2771. 2772. 2773. 2774. 2775. 2776. 2777. 2778. 2779. 2780. 2781. 2782. 2783. 2784. 2785. 2786. 2787. 2788. 2789. 2790. 2791. 2792. 2793. 2794. 2795. 2796. 2797. 2798. 2799. 2800. 2801. 2802. 2803. 2804. 2805. 2806. 2807. 2808. 2809. 2810. 2811. 2812. 2813. 2814. 2815. 2816. 2817. 2818. 2819. 2820. 2821. 2822. 2823. 2824. 2825. 2826. 2827. 2828. 2829. 2830. 2831. 2832. 2833. 2834. 2835. 2836. 2837. 2838. 2839. 2840. 2841. 2842. 2843. 2844. 2845. 2846. 2847. 2848. 2849. 2850. 2851. 2852. 2853. 2854. 2855. 2856. 2857. 2858. 2859. 2860. 2861. 2862. 2863. 2864. 2865. 2866. 2867. 2868. 2869. 2870. 2871. 2872. 2873. 2874. 2875. 2876. 2877. 2878. 2879. 2880. 2881. 2882. 2883. 2884. 2885. 2886. 2887. 2888. 2889. 2890. 2891. 2892. 2893. 2894. 2895. 2896. 2897. 2898. 2899. 2900. 2901. 2902. 2903. 2904. 2905. 2906. 2907. 2908. 2909. 2910. 2911. 2912. 2913. 2914. 2915. 2916. 2917. 2918. 2919. 2920. 2921. 2922. 2923. 2924. 2925. 2926. 2927. 2928. 2929. 2930. 2931. 2932. 2933. 2934. 2935. 2936. 2937. 2938. 2939. 2940. 29

dor, ibi morbus: ubi dolor, ibi morbus: & ut doloris vacuitas actionumque bonitas cujusque legitimam symmetriam declarat; ita doloris præsentia, & earundem actionum læsio contrarium significant. In ægra nostra ventriculus, ventriculique partes vicinas dolor exercet, ergo ibi morbus, hic intemperies, hic actionum perversio. Et si enim habet *ὀρθότητος*, tamen isti dolores aut intemperiem aliquam declarant, aut malam conformationem. Ventriculum enim exercent; vel *ἀσπεία*, vel *βραδύσπεία*, vel *δυσσπεία*, rugitus, inflatio, singultus, nausea. Maxime vero queritur de oppressione ventriculi, ac veluti inflatione. Hæc autem cruditatis improprie dictæ, non autem quam *ἀσπεία* vocant, symptoma est: & sequitur vel caloris defectum, vel ejus inopiam & paupertatem, vel externum vitium. Caloris inopiam dicimus, quod flatus qui excitantur necessario imbecillitatem caloris designant: quum enim vel validus calor est, vel impendio imbecillus, flatus non excitantur; Galen. 3. de Symptom. causis. Et suspicio est inflationis stomachi quam vulgus colicam stomachicam appellat. Quod si non solum intra ventriculum dolores consistant, sed infra, suprave, id per consensum fit. Unde Archigenes apud Aetium dicebat Medicos decipi sæpe ratos doloris causam aut in præcordiis esse, aut in pectore, quum eorum causa a ventriculo repetenda sit.

Alter Medicus rem paullo altius repetivit. Affectio hæc ait videri possit stomachi, quod hæc pars maxime affici cernitur: sed an tantum ejus sit: & si sit, an per se, an per consensum afficiatur; hoc demum queri potest: Omnis affectio quæ ventriculum exercet, ea aut intemperies est, aut morbus instrumenti. Si intemperies, aut in ore ejus est, aut in ipsius capacitate afficitur ventriculus, aut in fundo in quo chylofos officinam vera. Si os esset, ejus affecti aliquot essent argumenta, leipothymia, aut dejecta appetentia a calore, aut intensa, a frigore, aut nausea aliqua: Nil horum ægra refert. Si medium corpus esset, aut depravate coqueret, & ructus essent acidi, aut nidorulenti, sed acidi præsertim si imminute: si non coqueret, aut diminute, fluctuationes essent, quas *κλυσθήνας* vocant, nausea impacta materia, vomitio, vagante fluctuanteque eadem. 2. Si fluctuatio esset, & ab ea inflatio dum ventriculus non retineret, nec probe conficeret, oporteret necessario cæliacas esse dejectiones, corruptas, liquidas, chylosas, quod tamen non apparet, & nil eorum quæ supra dicta sunt. Ergo credibile in fundo mali causam esse, in quo coctio maxime fit. Et quum superiores partes bene habeant (nam si male habuissent, majora sese promississent affecti ventriculi argumenta, multoque latius malum emanasset) credibile quoque fundum e natura habere, sed impediri ejus actiones a remissa aliqua re præter naturam, unde dolor excitatur, & præsertim quum a pyloro distribuitur ad inferiores partes alimentum. Conjecturam facit catarrhus quo jam pridem affecta est, & rejectio pituitæ liquidæ & 3. limpidissimæ per os a ventriculo, ut hinc colligamus perpendiculariter a capite ad fundum ventriculi delabi illud phlegma, quod ægre quidem corrumpitur, crudumque manet, aut paululum immutatum cum excrementis remixtum rejicitur. Item dolor qui sub quartam pomeridianam repetit,



petit, indicat mēsarzi venas obstructas, & speciem quamdam melancholice hypochondriacæ constituit. Hinc annotavit Fernelius cap. de ventriculi symptomatis, saepe jecoris, lienis & mesenterii vitia sympathia integre sani ventriculi concoctionem perturbare: sic melancholicis, hepaticisque & lienosis ventriculus, male concoquit, si vitiosa qualitate laceffitur, &c. Ergo dum chylus aliqua ratione mitificatus rapitur a venis mesenterii, pars tenuior a calido jecore refugitur: cum crassiori parte phlegma illud mixtum subiens angusta viarum & elaborationem vix recipiens dolores excitat: 4. & nisi aliqua ratione domaretur, iliacas passiones excitaret. Itaque bene affectus est ventriculus, quod excrementa quæ ipsam ideam partis aqua manant referunt, laudabilia satis sint. Nam quum ventriculus probe officium non præstat, liquida, aut chylosa, aut cœliaca excrementa sunt: 5. quum tantum pituita liquida vitium facit, illa remissa apparet excrementis, quæ spiratodea vocantur. Unde vero hæc pituita a cerebro. *Hoc enim veluti medulla est.* Hippocrat. libro de glandulis: *Ab hoc fluxiones fiunt foras, intro: foras per oculos, nares, aures; intro per palatum: aut in pulmones, aut in ventrem. Si in ventrem, vel fluores fiunt, vel non. Si non fiunt, volubrosa sunt affectiones, &c.* Locus ille præclarus admodum.

6. Et lib. 4. de morbis idem fere explicat dum docet, *caput fontem pituita, & eam a ventriculo calfacto accipere. Lienem aqua fontem, folliculum fellis, bilis fontem, & cor sanguinis.* Quod diligenter notandum. Itaque non mirum si descensu pituitæ frigidæ putredinem vix recipientis illa mulier dolorem sentiat, & si postea vulvulis sit obnoxia, & melancholice hypochondriacæ. Quæ duplex est, una vera per adustionem humoris melancholici, aut congestionem; altera improprie dicta, ob pituitam illam quæ obstruit venas mēsaricas. Nec hic necesse est timere hypochondria. Nam saepe vitium est in visceribus, melancholiaque hypochondriaca sævit, sed in corporibus ipsorum viscerum, & vasis eorum obstructio delitescit sine ullo perspicuo hypochondriorum tumore. Et dum crudum aliquid continetur, facile in flatus digeritur. Quo teter vapor fertur, tibi vitium communicatur: si in cerebrum, mania, aut melancholia: si in ventriculum, coctionis error; si in cor, palpitationes. Maxime autem ejusmodi affectionibus corpus patitur, quum hepar præcalidum. Porro calidum bifariam, vel ut ferrum & plumbum, idest divisum calorem retinens: vel ut palea. Unde in plerisque serofus sanguis quaquaversum irrumpens, & rubores facieque maculas inferens; est enim veluti calor *ἰρυθροπλαστικός*. Nam rapit tenuiorem chyli sanguinisque partem, & in halitum vertit. Sic plerisque ventriculus frigidus & hepar calidum calore halituoso. Hic omnia exurit, & in ichores vertit. Et talis calor non potest temperare frigiditatem ventriculi, nam fixum stabilemque esse calorem oporteret. Curatio illius affectus in diæta & pharmacia continetur. Diæta quæ ad siccitatem vergat potius, ut pituita illa consumatur quæ dolores citat. Pharmacia ut blande deturbetur pituita, quæ in angustas vias rapitur saepe, & a capite descendit. Item habenda ratio capitis mittentis. In corrigendo ventriculo non ita occupatos esse oportet, quod in vitio per se non sit. Abstineat a jusculis multis, a genere

neroso

neroso & crasso vino. Sape cibum capiat, ne ventriculus vacuus aliunde humores evocet. Ab iis quæ cacochymiam promoverent abstineto. In ore semper contineat coriandrum conditum, passulas, cinnamomum, mastichem & alia id genus. Carminativis sæpè clysteribus utatur, ut & a lienis corpore humores crassi evocentur. Syrupus hic singularis.

℞. succorum mentha, absynth, pont. scariola depur. an. ℥ iiij. express. ℥ ij. rhenb. macerati ad partem sacch. albi quart. ij. Fiat Syrup. capiat semel in hebdom. aut hu.

Item in hoc affectu commendatur plurimum ad liberandos infarctus usus dejectionis sequentis.

℞. rad. cichorii sylvest. acetos. & gram. an. ℥. j. Incoque in lib. j. aqua ad tertias, in quibus infundantur ℥ ij. rōcib. taleolatum secti. De hac infusione capiat ℥ iiij. singulis matutinis tepide.

℞. pulv. hiera picra (qua in ejusmodi affectibus ab Archigene plurimum commendatur) ℥ ij. pilul. sine quibus ℥. j. rhei ℥ ij. Syrup. de ment. quod suff. fiat massa, capiat ℥ ij. sæpe una hora ante cibum.

℞. aromatic. ros. desc. Gabr. major. ℥ j. pulv. elect. triasan. ℥ ij. rasur. ebor. ℥ s. cum sacchar. dissol. fiant tabella.

Fotus fiant ad regionem ventriculi, ex iis quæ usurpari solent ad confirmationem ejus: & a fotu liniatur oleo de mentha, absynth. & mastich.

℞. Syrup. de siccis ℥ iiij. utatur sero cum granis mastiches aut olibani. Pavetur opiata ex conservis rosar. buglos. anthos, conserv. violar. cortice citrii & theriaca pauca. Utatur sero dum componit se ad somnam.

Observata legitima victus ratione, & usurpatis leviusculis illis remediis prima sanitas poterit recuperari.

#### A N N O T A T I O.

1 Aetius cap. 68. serm. 4. Tetrabibl. 2. docet quomodo, & qui cruditati bus abundant, fiant pleuritici, non quod sit pleuritis, sed imaginaria est.

2 Hippocrates lib. 2. de morbis, de morbo quem ructuosum vocant, huic affectui quem hoc loco describimus finitimo disputat. Sed illum ab humore praesertim bilioso nasci demonstrat. Caput illud commemoratione dignum est. Sæpe similes affectus disputandi proponuntur.

3 Tamen sputatio ista fallax esse potest signum. Nam & denotare potest prolapsam pituitosæ materia a cavite, item & melancholiam hypochondriacam; qua mulier hac nostra divexatur. De melancholia dum disputat Galenus ex sententia Dioclis, proponit sputum humidum nullum consequi, praesertim injecto cibo in iis qui laborant melancholia hypochondriaca. Quod diligenter notandum est, ne rei ambiguitate decipiamur.

Cap. 14. sermonis 1. tetrabibl. 3. Aetius notat affectus esse quosdam malos quum a capite in ventrem humores feruntur. Nam aut frigidi humores in ventrem calidum feruntur, aut contra: ait difficilius curationem institui quum frigidi humores in calidum ventrem deferuntur: Item gravia inde symptomata edi. Tale quid mulier ea de qua hoc in loco pertulisse mihi visa est.

Ballonii Oper. Tom. II.

D 3

5. Et

5. Et nos in ea muliere observavimus excrementa spyratodea muccosa pituita veluti oblita. Vocat autem Hippocrates in Coacis τὰ σπυρατώδεια μύκητος μύκωδεις, eliquationem mucosam.

6. Ad hunc locum pertinet & alius lib. 1. de morbis. In morbis catarrhosis fluxum maxime caput exhibet, utpote quod cavum est & superne situm. Quum ab alvo fuerit calfactum, pituitam tenuissimam de corpore in seipsum trahit: ubi vero in eo collecta fuerit, rursus reddit acervatam & crassam, &c. Et tunc remittit vel in superum ventrem, idest thoracem, vel inferum. Et cons. 11. hujus lib. de industria probatum est longorum alvi profluviorum, dysenteriarum causam cerebro acceptam ferendam esse, ex libro Hippocr. περὶ πρῶτον.

## CONSILIUM XXVII.

*De Febre continua cum distillatione in pulmones.*

**M**ELCHIOR de Fresnoy annos quatuor natus febre corripitur continua, sed quæ exasperationes haberet vesperi. Catarrhus erat. Tussis sicca. Nec præ tenella ætate quicquam excernere poterat. Tamen inanis semper erat tussis, & tenuis humor eludebat spiritum. Vomitiones frequentes. Alvus albicantia dejecit, deinde substitit. Urinæ tenues, crudæ, decolores pro febris vehementia: medicamentulo alvus sollicitata reddidit multa biliosa. Tussis perseverabat. Dolores ad sinistrum hypochondrium, sed vagi, nec eodem modo perseverantes. Deinde sinistram lateris partem occupabant. Alvus soluta est. Viridia excreta, chylosa: sitis quæ expleri non poterat. Magnum in pulmonibus conceptum incendium conjectum est. Hinc dolores ad sternum & latus sinistrum: sed qui ad latus sinistrum non perseverabant, ut ante dictum est. Medici putabant vomitiones ab imbecillitate ventriculi oriri. Quod in eam suspicionem eos adduxit, est frequens dejectio, multaquæ rerum variarum, putrium, viridantium: Aliquando animus paullum deficiebat: & nos animi defectiones, & frequentes vomitiones in alio observavimus, cui inflammatio pulmonis a pleuritide, aut fugaci dolore lateris oborta fuerat. Quæstio hoc loco moveri potest, 2. an inflammatio pulmonis, sive ea sit phlegmonodis, sive erysipelatodis habeat hæc sibi conjuncta; defectus animi, vomitiones, tussim siccam, alvi fluores, ac si per se primoque alvus inferior laboraret, fugacem genarum ruborem, tussim inextinguibilem, febrem non ita magnam omni tempore, sed ex intervallis ferocientem & prodentem sese? Hoc fortasse pauci ante nos animadverterunt, & sic alium morbum pro alio curamus: aut falso vomitiones, & alia accidentia quæ narravimus ad alias partes referimus: rati hoc non ad pulmones, quæ tamen præcipue affecta pars est, pertinere. Et ut quod sentio obiter dicam; quum ad puellum adsciti essent tres celebres Medici, unus solum affectum pulmonem intellexit, & quamdam speciem peripneumoniae suspicatus est, unde sectionem venæ suavit. Sed falso subesse ulcus cogitavit, nesciens

nesciens inanem hanc tussim erysipelatis pulmonis pathognomonicum esse. Omnes ignorarunt vomitiones illas frequentes, dejectiones frequentes, ingentem admodum sitim, & opinione majorem, in inflammatione pulmonis solere apparere: Quorum ignorantiam ut detegam, ne forte sese excusent quod nullo loco legissent, aut animadvertissent talia symptomata contingere solere inflammato pulmone, citabo Hippocratem, qui illum pueli morbum mihi vere expressisse videtur. Ita autem scripsit Hippocrates lib. 1. de morbis, in omnibus suis observationibus ex monumentis admirandus: *Erysipelas in pulmone fit quum pulmo fuerit nimium resiccatus. Quod contingit ab ardore, febribus, labore, intemperie. Et quum superresiccatus fuerit, plurimum sanguinis ad se trahit, maxime ex magnis venis tenuissimum ac debilissimum trahit. Postquam traxit, febris ex ipso fit acuta, tussis sicca, repletio in pectore, dolor acutus in anterioribus ac posterioribus partibus, maxime circa spinam, magnis venis calfactis. Vomunt subcruentum aliquando lividum, vomunt pituitam & bilem, animo inquuntur ob sanguinis transmutationem derepente contingentem. Atque hoc maximum signum est in pulmone generati erysipelatis, & si assidua febris in vasto perseveraverit.*

Aliquot alia scripta sunt quæ huc non pertinent. Itaque ex contextu Hippocratis apparet hæc maxime symptomata erysipelate tentato pulmone contingere solere: 3. dolorem sterni, vomitiones, tussim siccam, deliquium animi, quid mirum esse potest. Sed hæc contingunt vel majora, vel minora, vel plura, vel pauciora pro humorum varietate. Nos autem observatione trium eo affectu laborantium, certo scimus febrem (licet sit occupatus pulmo) non eodem perpetuo tenore affligere ac sævire: nam quia Erysipelatosa affectioni comes est, & præsertim a tenui sero, fit ut flammæ sit calor, cujusmodi in palea accendi solet & evolare statim: si autem putris, solida, firmaque esset materia: & pars quæ inflammatur solida (ut hepar) perseveraret febris, & calor eodem modo quo in candente ferro. 4. Deliquia animi quæ hic contingunt nos admodum perturbarunt, ignorantes tale aliquid contingere posse inflammato pulmone, & triviales medicos secuti ad malignam qualitatem jactationes istas, deliquia animi, & virium jacturam referebamus, non autem ad propriam affectionem pulmonis, ut Hippocrates fecit loco prius citato. Movit quoque alvi fluor: sed duabus de causis contingere potest: tum quia ventriculus ipse afficitur: & quemadmodum leipthymia eumprehendit per consensum pulmonis ratione ichoris a pulmone resudantis, & ratione attractionis ab ingente calore pulmonis, ut eruditissimus Hippocrates annotavit: Ita quoque debilitas aliqua in ventriculum cadere potest, a qua leienteriæ aliquid simile contingit. Ac revera in puello nostro chylosa nulla prodire. Secunda causa hæc esse potest, quod ichor a pulmone resuens ferire possit ventriculum & intestina, hinc alvi inferioris fibræ laxantur: hinc fluores. Fernelius ut in multis accuratus fuit, ita in pulmonum affectuum observatione annotavit quamdam notham peripneumoniam, cujus idea apparet in ægro a nobis proposito. *Tenuis, acris, multaque desillatio* (in-

Cap. d.  
pulmon.  
morb.

quit) e cerebro confertim illapsa in pulmones interdum ardore præter naturam incenditur, æstum ac febrem inferens, plerique eam affectionem peripneumonia nomine designant, in qua & tussi & spirandi difficultate & lenta febre sensim conficitur æger sine ulcere, sine spuitione cruenta. In puellulo nostro vere exprimitur morbus: nam febris non erat admodum vehemens: destillatio erat magna: eludebat spiritum: & sensim conficiebatur; & incautis nobis quum cibum appeteret, biberet avidissime, vicesimo die, item quum de purgando eo cogitarent Medici, sublatus est, magno assidentium mærore. Debuerat mitti sanguis. Aperto cadavere nil præter naturam in pulmone contentum inventum est. Una pars pulmonis veluti stipula ardente deflagraverat: lobus unius pulmonis livebat. 6 Hepar quoque veluti deflagraverat. Et quum destillatio est, tussis sicca, febris non ita ad manum mordax, rubor genarum, dolor sterni (quod notandum) virium dejectio: sitis ingens: perceptio summa caloris in pectore: non est dubium quin inflammatus pulmo sit. Ac notari debet ex locis citatis prius tum ex recentioribus, tum veteribus, aliquid erysipelatodes in pulmonibus concipi bifariam, aut cum tussi, aut sine tussi saltem quæ magnam afferat molestiam (nam subest tantula) si cum tussi destillatio est ferina, diluens calorem unde febris non ita ferox apparet: illi incauti moriuntur, nil extundunt commemorabile: a capite præsertim manat causa fove-morbium. Si sine tussi a venis parvis & magnis refugitur sanguis, qui in pulmonem illabens, & incurrens potius attractis foveat incendium. Et illud est quod volunt Medici memorandum, veram peripneumoniam oriri excusso tenui & bilioso sanguine e dextro cordis sinu in venam arterialem; hinc totum pulmonis corpus occupatur, hinc inflammatio. Quod si verum est in inflammatione pulmonis, sectio venæ videtur potius celebranda ex interiore dextera. Tamen Fernelius ex sententia quorundam, in inflammatione pulmonis secari vult internam cubiti sinistri. Ratio ejus hæc est: Quoniam pulmonum venæ ex dextro cordis sinu prodeunt: hic autem in sinistrum parietem venæ cavæ inseritur, qui per alam sinistram in cubitum excurrit. Inter morbos qui occurrunt, pulmonum affectus cogniti sunt difficiles: nec enim signa univoca sunt, sed maxima ex parte æquivoca.

## A N N O T A T I O.

I In illo rubor erat genarum magnus. Unus ex Medicis ex eo collegit argumentum peripneumonia aliis cum signis, alius repugnabat. Ille citavit Prognostic. Hippocr. & quamvis verum dicebat, male citavit. Nam in 2. Prognosticon meminit quidem ruboris genarum Hippocrat. in morbis thoracis, sed loquitur de purulentis, quibus & ob calorem pulmonum, & ob assiduam tussiculam rubent gena, ait Galen. in Comment. part. 60. lib. 2. Prognost. Sed in Coacis peripneumonia signum ἐὶ χροίας dixit, politico modo loquendi, idest, ruborem genarum. Et ille Aphorismus huic ægro quadrat. Nam etiam fluente alvo erat inappetentia, sudores, vomendi desiderium,

rium, rubor faciei, cum febre & tussi. Qua omnia declarant raptum humoris biliosi ad partes thoracicas, & concipi in illis partibus incendium. Sic Hippocrates in Coacis ait eos quibus hac accidunt, interire modo peripneumonico.

2 Quum Mesueus de peripneumonia loquitur, illud notat maxime quamdam peripneumoniam biliosam esse, aliam pituitosam. Credibilius esse ait pituitosam esse. Porro pars qualibet laborat ab humore vel tamquam nutrimento, vel tamquam excremento. Si pulmo laboret ab humore tamquam excremento, a pituitoso humore laborat, si tamquam a nutrimento, a bilioso; nutritur enim humore bilioso. Vult autem omne excrementum ex sententia Aristotelis, parti contrarium esse, prater illud excrementum quod deferre solet facultatem, ideamque partis, ut est semen; siquidem ab omnibus benignum dicitur. Si prius verum est, peripneumonia a pituitoso humore tamquam ab excremento secundum Mesueum, & tamquam a contrario secundum Aristotelem deterior erit ea peripneumonia qua est a bilioso humore, qui est veluti nutrimentum. Tamen dubitari potest an verum sit quod scribit Aristoteles, excrementum omne parti contrarium. Et an ea peripneumonia qua fit a bilioso humore, ab eo fiat tamquam a nutrimento; siquidem superabundans humor biliosus, ut qui a partibus inferis per violentam exercitationem rapitur, excrementum vere dici potest.

3 Quoniam hic de peripneumonia agitur, qua non saepe occurrit, sciendum an pars dextra pulmonis, an sinistra, an superior, an inferior, an lobus unus tantum occupetur ut inde venemur occasionem usurpandi remedii. Argumenta omnium horum apprimè ad artem facientia enarrat doctissime Hippocrates in Coacis.

4 Quæri possit an deliquia animi in peripneumonia laborantem incidant. Nos id observavimus, & præcipitem virium lapsum & sudores subfrigidos. Quod primus Hippocrates observavit in Coacis, loquens de quibusdam quibus totus pulmo cum corde inflammatur, & de aliis, in quibus non inflammatur. Nam resolvuntur illi quibus cum corde pulmo inflammatur. Sic Regina Navarra peripneumonica 5. die interiit; & tertio vires collapsæ sunt plane.

5 Qui sunt peripneumonici, præsertim quum valde sunt imbecilli, ii diaphoreticis sudoribus dissolvuntur, & symptomaticis. De iis Hippocrat. 4. Acutorum. (Idem porro iudicium esto de reliquis morbis acutis.) Mali sunt sudores circa caput & claviculam apparentes; sunt enim vincente ægritudine ob æsum, impetum, & violentiam.

6 Paulo ante docuimus & auctore Hippocrate, & historia Regina Navarra peripneumonia laborantis post levem pleuritidem, cui addi potest historia Domina Dupuy, qua post pleuritidem peripneumonica facta quinto die interiit. Nunc autem monendum est de Aphorif. Hippocratis in Coacis, Peripneumonia ex pleuritide transmutata securiores sunt iis qua ab initio fiunt. Quod minus verum videtur, quum translatio a pleuritide in peripneumoniam letalis sit. Nos quosdam brevi interiisse vidimus, quibus peripneumonia pleuritidi successisset, præsertim in quibus constaret pulmones imbe-

*imbecilles fuisse. At absolute peripneumonia pleuritim secuta, non videtur secura, immo funesta, tum quod in partem principem raptus sit, tum quod successio ista morborum pessima videatur. Hippocrates enim lib. 3. περὶ πνεύμων scriptis, in morbis quum alter alteri succedit, plerumque interficat. Quum enim corpore a morbo priore debilitato alius morbus successerit, debilitate perit prius quam alius morbus desinat. Quod notandum. Deinde locus est Galeni comment. in part. ultimam lib. 6. Epid. ἀπὸ τῶν αἰ νῆσοι, quo scribit pleuritim curationem afferre peripneumonia. At enim περὶ πνευμονίας ἢ πλευρίτις ἰατρικῶν. Contra vero eodem loco ait male succedere si pleuritis in peripneumoniam convertatur, immo funestum esse videtur. Sed hac omnia per comparationem intelligi debent.*

## CONSILIUM XXVIII.

*De doloribus ad sternum & spinalem medullam.*

**C**AUPONÆ Gabrieli dolores atroces ad sternum, spinalem medullam decurrentes ad scoptula aperta, ad mammas, ut nec in hanc, nec in illam partem corpus flecteretur. Quum in latus dextrum decumbebat, omnia exasperabantur. Aliquoties eos dolores perceperat, non tamen æque crudeles ac eos quos circa mensis Novembris finem ferebat. Nulla tussis erat, aut perexigua. Interdiu allevatus videbatur. Aliquando nec rectus, nec decumbens præ dolore absque querela erat. Noctu exacerbabantur omnia. Infomnes noctes ducebat: e lecto surgebat impatiens caloris: nulla febris: cibum capiebat. Negotium nobis exhibuit. Nec sectione venæ, nec fotu, nec litibus dolores quiescebant. Pus congestum suspicabamur, admoniti oraculo Hippocratis, *Qui dolores pectoris, nec purgatione, nec sectione venæ sedantur, eos necesse est in suppuratum verti.* Tamen hæc ratio in contrarium adducebat, quod nulla tussis vexaretur quæ alioqui molestâ esset si quid puris in capacitate aut membranis contineretur. Necesse enim esset resudare aliquid tenue, & horrores adesse si aliquid tale contigisset. Si vitium in pulmone esset, aut tuberculum aliquod contineretur, aut pus, aut aliquid aliud simile. Nulla inflammatio est, quum nulla febris. Tuberculum si esset, inspirandi & expirandi difficultate teneretur: nulla est. Ut summa fiat, nullus adest tumor qui se aliquo signo proferat: nec si adesset, ii propterea dolores oborirentur, quum pulmones sint ἀναιδῆτοι. Ergo in membranis & circum membranas vitium existit: aut in periostio. Quod consequi oportuit nos & ratione & experientia. Itaque quum quid hic sequeremur, non esset in numerato, sciscitati sumus numquidnam litus admisisset aliquando iis fieri solitos qui in magnis ponunt, & nobilitatis insigne existimant semel lue gallica aut hispanica potius laborare: si modo laborem id existimare oportet quod summa voluptati comes esse solet. Respondit subverecunde obortis aliquando phymatis ἀναιδῆτος oblitum fuisse hydrargyro. Et ad rem, quoniam redivi sæpe dolores solent renasci, aut saltem aliis affectionibus occasionem dare: Præscriptimus abstinentiam vini, Litus ex anodynis & discutientibus, decoctum  
sarsapa-

farfaparilla, tum ut in lecto sudaret, tum loco vini in pastu uteretur, sed dilutiore. Exactis decem aut duodecim diebus cum accurata satis victus ratione, dolores ejusmodi maximam partem sunt leniti: sed circum sternum vestigium semper aliquod remansit. Quod autem superius hæc exposita voluimus, eo præsertim consilio factum est, ut quum querelas agrotantium audimus de morbis intercutaneis nobis exprobrantium, quod nihil aut parum levati videntur quantumvis arte & consilio comparatis remediis, recurramus ad *θεραπειαν*, idest ad occultum aliquod: non quod a celo repetamus, ut plerique solent, sed ad internas occultasque causas revocamus. Nam quotiescumque de fugacibus morbis aut doloribus potius conqueruntur ægri, aut de fixis circum *περιθωριον*, suspicari oportet aut latens venenum, aut reliquias alicujus luis venereæ: sive id ab hydrargyri, sive a morbi ipsius maligna vi ortum dicatur. Ne temere similitudinibus decepti male exerceamus ægros, sumtibus minime necessariis oneremus. Id non in hoc solum ægro contigit videre, sed & in aliis quos sævi admodum dolores sursum deorsum, in omnemque partem errantes exercebant.

### CONSILIUM XXIX.

*De Febre quartana cum acerbissimo capitis dolore & lienis affectu.*

**Q**UARTANARIUS habitu satis laudabili quum ad regionem lienis murmur quoddam sentiret, & tempore accessionis acerbissimo capitis dolore cruciaretur: leniendo suo atroci dolori a Medicis consultum voluit. Signis syllogisticis conclusum est a flatu eum dolorem principia maxime causasque ducere. Quo fit ut fugax esset, crudelissimus tum ob membranarum divulsionem. Atque ut una eademque opera, & causa, & symptomati, sed huic maxime occurreretur, his quæ sequuntur remediis tentatum est, ut aliqua ex parte dolor pelleretur. Horum ista est forma.

℞ bdellij in aqua vite soluti ℥ j. pulver. ceterach. & coral. an. ℥ j. aloes ℥ iij. cum syrupo de pomis. Formentur pilula: capiat ℥ ij. ante pastum die intermissionis.

℞ rad. bryonia ℥ iij. macerentur in aceto, passentur: passatura adde pulver. ceterach & ruta an. ℥ vj. oxymel. simpl. ℥ s. cum ol. de capparib. Fiat Emplastr. pro hene.

℞ diamargar. frigid. ℥ j. pulver. ceterach scrup. ij. coral. ℥ j. cum sacchar. in aq. buglos. soluto. fiant tabella.

℞ far. orobi, hordei & fabar. an. ℥ iij. cum oxymelite: fiet pulvis pro capite. Sæpe oxyrrhodinum fronti & temporibus illitum est.

In acerbissimo capitis dolore, qui de nocte præsertim repeteret cum febricula, & frigidis quibusdam sudoribus, decoctum est hoc præscriptum.

℞ medulla guajaci ℥ iij. aqua lib. viij. semin. pœonia, cardui an. ℥ s. beton.



beton. scariola, an. m. j. fiat decoct. ad ℥ ij. In colat. dissol. mellis ros. ℥ ij. bulliant ad despumationem pro tribus dosibus ad lib. j. s. capiat hora somni triduo singulas doses.

Et revera usu talis remedii lenius habuit. Rursus ad hoc idem institutum.

℞ ros. rubr. salvia, yva arthrit, primula veris, pulegi an. p. ij. flor. chamam. summit. anethi, melilot. rorismar. an. p. j. cyperi, ireos florent. an. ℥ ij. sem. lini ℥ x. cumini, dauci an. ℥ j. fiant sacculi pro frictione capitis.

### CONSILIUM XXX.

Ad vermes, & alvi fluorem celiacum & dysentericum.

**J**UDITH de Mefmes puella annos 4 nata, toto autumnali tempore & hiemali ex intervallis sentiebat tormina, & dolorem ad anam qua parte definit rectum intestinum. Dejectiones aliquando liquidæ erant, aliquando chylosæ, aliquando compactæ, sed quæ nonnihil crudi in se haberent. Qui dolores oboriebantur, fugaces erant, nec magnam molestiam afferebant. Ter aut quater terruit de repente nata leipothymia. Initum consilium est, cujus hæc summa est; Dejectiones referunt ideam partium a quibus manant, & per quas feruntur, ac generali modo omnia excrementa. Quum alvus e natura habet, figuratæ sunt, constantes, eadem hora excernuntur qua prius excerni debent: item nec in quantitate, nec in qualitate, nec in excretionis modo peccatur. Si quid in aliquo horum peccatur, hoc arguit omnia secundum naturam non habere. Unde mutatio excrementorum olim inter symptomata haberi solita est. Ac necesse est vel morbum esse, vel affectionem quæ proxime in morbum sit degeneratura. Affectio illa œconomiam naturalem non bene affectam significat; quod vel in partium ipsarum nutritioni ac coctioni dicatarum vitio positum est, vel in extrinsecus adveniente aliquo quod ejusmodi officium immutet & inturbet. Puella hæc cœliaca excrevit, cruda, liquida, fetida admodum; dysenterica quoque ipsa, cum tenesmo, torminibus fugacibus: raptus est aliquando chylus, aut simile quippiam cum excrementis. Omnis morbus aut corporis conditionem, aut temporis constitutionem, aut utrumque potius sequitur: sic enim constituunt τὸ ποιητικὸν καὶ τὸ ἐπιδεικτικόν. Quod quum alias tum in hac puella observari potest. Sensit illud verum quod scriptum ab Hippocrate 2. Epid. *Autumno ascarides*: Et illud, *Autumno ferinum*. 2. Nam ineunte Autumno ascaridibus divexata est. Non superiora vermes affectarunt quod observari potuit: non χλωρόμα λαμπαρόν Hippoc. 6. ἐπιδημιῶν decussum est, non oculorum flos: non pruritus narium: non leipothymia: quæ symptomata contingere tunc solent: sed in imis maxime partibus exercuerunt symptomata. Præterea vivi & mortui excreti sunt. Corpus humidius, mollitie diffuens, uliginosum, tum a natura, tum a vitæ instituto: Nam pueri etſi natura humidi,

di, & ab ea humiditate aliquot incommoda & commoda nascuntur, tamen ab excrementitia humiditate humidiores redduntur, tum quia ingluvici se dedunt, tum quia non bene exercentur; habent enim animales facultates infirmas, naturales validas Galeno: unde calor non habet suam *ἐλάττω*. 6 Epidem. hinc proventus excrementorum, hinc in cavis hepatis obstructio, ab hac putredo, ab hac vermes, & alia. Et notandum non semper vermes generari. Nam si sepultus sit admodum calor, nec emicet, & ingens humorum copia sit, non generantur vermes. 2. Siquidem validus calor requiritur, & maxime putris, ut multiplici sobole materia illa in vermes ahimetur. Queritur an a ventriculi vicio, an a capite? Coquit bene, nec affecti ventriculi per se magna eduntur signa. Et si uligo sola esset, quæ ex sententia Oribasij replens laviganque spiras & rugas ventriculi ut inde non adhærens alimentum præterfluat, non ita fieret de nocte, nec frequenter, nec tam putria graveolentiaque subducerentur: Ergo credibile a cerebro fluxum quemdam fieri qui misso ichore quodam officium ventriculi inturbet, & alvum citet. Non bene mungit, caput habet latum, & latius quam pro ratione corporis. De nocte maxime alvus fluit, quod a cerebro esse arguit. Pueri maximam partem caput oppletum habent: unde veteres eam ob causam illis vinum interdicebant, hieme incœnatos cubitum mittebant, & eos per suturas, per palatum, per cutim, per nares passim expurgari videmus: immo per aures; quamquam neget in Aphorif. Galenus eas comparatas ad expurgationem cerebri, exceptis (ait) pueris. 3. Præter fluxum illum cerebralem copia quoque humorum lentorum & tempore corruptorum hoc efficit: nam humidus calor illis tamquam lignorum strue obruitur & strangulatur, Nisi dicas quo humidius corpus, eo melius. Galen. 3. de symptom. causis, & pueros facultates naturales habere robustissimas. Quo humidius naturali humore, eo melius: & facultates naturales ad agendum habent robustas, sed non ad patiendum & resistendum. Sic minima occasioneprehenduntur fluxu cœliaco, diarrhœico, non ita dysenterico, quia mucore madent intestina. Quicquid sit, ea evitari possunt diæta siccante. Quamquam i. saniti. tuenda Galenus vetet ne exsiccentur pueri, quia incremento prohibentur; (intelligens maxime de humore primigenio.) Videndum ne dum prodesse volumus, non obsumus. Si sola uligo esset, & cruditas, corrigeretur coctione, & alimenti detractio; sed præterea est corruptela, ergo corrigenda & humor tollendus. Eadem opera detergendum, vacuandum, oppugnandi vermes.

℞ semin. contra ʒ i. passul. glycyrr. conser. viol. an. ʒ ij. absynthij roman. p. s. fiat decoct. in qua infund. rhei ʒ j. coral. gr. v. In express. dissol. ejusdem rhei. ʒ s. fiat potus.

Item ℞ Karabes ʒ j. rasur. ebor. cornu cervi, margar. elect. an. ʒ s. cinnam. gr. 4. cum saccharo in aq. portul. dissoluto, & ʒ s. pulv. contra fiant tabell.

Item ℞ ligni aloes ʒ ij. nigell. rom. ʒ s. pro suffiendis operimentis capitis.

MOO

Vehe-

De vermibus  
lib. 4. de morbis,  
locus præclarus,  
qui prima fronte  
falsus videtur, sed  
notandum est:

Vehementiora paullo sunt hæc quæ sequuntur remedia.

℞. semin. contra ver. ℥ ij. pulv. ras. ebor. cornu cervi an. ℥ j. semin. portulac. scr. iij. fiat pulvis & misce cum eo quod sequitur.

℞. iheriac. ℥ ij. conserv. rosar. ℥ j. omnibus mixtis fiat in modum opiate: utatur quolibet mane.

℞. lupinorum ℥ ij. medulla colocynthidos ℥ j. absynth. vulg. ℥ j. s. aloes ℥ j. iheriacos ℥ ij. cum pauca cerebint. fiat in modum ceroti, & imo ventri applicetur.

℞. syrup. de absynth. ol. amygdal. dulc. an. ℥ j. absynth. menth. puleg. succorum: an. ℥ j. s. radic. dictamni, tormentill. zedoar. an. ℥ j. cum pauca cera. fiat linimentum pro ventre.

℞. pulv. barbotina ℥ j. detur cum lacte.

℞. decoct. clyster. lib. s. in qua bulliant chamam. & sem. fœnic. an. ℥ iij. In colatura dissol. benedict. laxat. ℥ ij. confect. de baccis ℥ j. s. ol. aneth. & ruta an. ℥ j. In torminibus a vermibus.

℞. ossis de cord. cervi, margar. elect. an. scrup. j. rasur. ebor. karab. an. ℥ s. rheub. ℥ ij. cinnam. gr. ij. cum sacchar. in aq. absynth. dissol. fiant tabelle pond. ℥ j. s. capiat duabus horis ante pastum.

Item ℞. absynth. m. j. bull. in aqua & vino pro fotu sedis. Abstineat cœna ne tantopere cerebrum oppleatur vaporibus. Pane siligineo & autopyro titatur, non albo (ut vocant) quoniam obstruit nimium. Utatur sape rhabarb. condito. Providendum capiti, quoniam in illa augeri potest plethoricis symptomatis. Et in ejus fororis defunctæ annos iij. natæ, quum convulsionibus prehensa fuisset, in cerebri ventriculis magna aqua citrina copia inventa est. Sed his non sunt terrendi parentes 1572. Cal. Januar.

### A N N O T A T I O.

1. Notat Mesuaus vermes aliquando generari ab obstructione cysteos cholidochi, quia enim non interfluit humor biliosus purgandis intestinis accommodatus, ideo succrescit pituita multa qua in vermes animatur. vide cap. de cura vermium.

2. Quod tamen dubium esse possit: nam calor consumit materiam, ergo eorum vermium occasionem tollit. Item effundit humorem biliosum in intestina, hinc vermium internecio. Immo scribit Mesugus saepe contigisse in febribus tum ratione caloris, tum ratione bilis effuse vermes pabulum querendo, ita locum in quo nati erant & conservabantur, perfodisse, ut partem ipsam perforarint.

3. Lib. de affectionibus fluorum diurnorum alvi, causam a cerebro repetit.

CON-

## CONSILIUM XXXI.

*Ad Iliacam passionem.*

**J**ACOBUS Berthier post longas corporis agitationes, & conatus, & usum rerum flatulentarum, in colicum dolorem, ut putabant, incidit. Sed iliaca passio erat. Aut saltem a torminibus cruciatibusque conturbata, convolutaque sursum deorsum intestina, tandem id mali intulerunt. Circa inguen apparuit tumor: intestini prolapsus erat. Semel eum tantum prolapsum passus fuerat. Tamen principio non putabant intestinum esse provolutum, sed tumorem testiculi. Quod ne cui mirum videatur, sciendum in eo conformando naturam sui obliquam fuisse. Nam testiculus neuter in scroto erat: sed uterque intus conclusus erat: unus quidem apparere tactui soli, & circa pectinem locatus erat, alter delitescere plane. Sic tumorem tantum testiculi circum pectinem suspicabantur. At aliter res erat: & frequentes vomitiones, & suppressa omnino alvus prolapsionem iatestini indicabant. Dolor erat magnus circum umbilicum, qua situs est ileon. Pars fomentis & semicupiis non est remollita: sed eorum usu an contigerit nescio: intra triduum totus pecten inflammatus est, & aliquid acuminatum apparuit, ex quo pus saniosum & scdissimum excretum est. Dubitabant an id ab intestino rupto nasceretur. Et magna rupti intestini erat suspicio. Quicquid sit, devolutum erat intestinum e sua sede, quod tumor ad pectinem indicabat. Clysteribus tentata alvus, nil reddidit: longioribus balanis sollicitata, reddidit. Quæ materia rupto exiguo tumore excreta est, ea graveolebat admodum: hinc fæculentæ materiæ magna fuit suspicio. Tamen speculo res explorata est, nec incisum intestinum compertum est. Febris perseveravit: dolores frequentes, spuitiones, vomitus, sed non ita frequentes ut in aliis observavimus, sudores: defectiones animi. Sexto die totus pecten inflammatus magis, erysipelatodis, mors denique nono die. Aperto cadavere, imus venter quasi sideratus apparuit: prolapsum ileon. Insanabilis erat morbus. Iliaca passione laborantes, alii celerius, alii tardius moriuntur. Quibus ab inflammatione malum ortum, intra quatuor dies moriuntur; ut Dominæ illustri de Mandosse contigit, quæ intra quatuor dies periit. 1. Quidam sunt in ea opinione ut existiment nullum volvulum in quo frequentes sunt vomitiones, sanabilem esse: sed errant. Nam primo quoque tempore vitatur motus intestinorum peristalticus: quo vitato vomitus & subversiones stomachi contingunt. Item volunt in inflammatione statim gangrænam consequi, quod falsum est. Nam hinc persuadentur quod leipothymiam frequentem adesse videant: at non est necesse inde inferre a gangræna id consequi: siquidem facile communicatur id vitii ventriculo ob viciniam. Et teter vapor eorum quæ excernuntur facile leipothymiam adducere potest. Ceterum inflammatio, scirrhus, sive durus tumor, abscessus, volvuli causæ solæ videntur. Galeno *Commen. in Aphor. 44. lib. 6.* At obstructionem a sicco stercore vult ileon.

ileon inferre posse; at illi non videtur probabile ut crassi & lenti humores tantam obstructionem faciant, ut præpediatur exitus stercorebus; quod tamen omnes verum esse volunt. Nos prolapsum intestini id mali attulisse sæpe observavimus. Mesuæus *cap. de intestinorum morbis*, vult colicam ac iliacam passionem sæpe eodem modo fieri; dum scilicet materia collecta est in monoculo: ac dum agitur nec excernitur, augentur dolores, hinc colica aut iliaca passio. Immo, ait, clyster quia non pervenit secundum substantiam ad superiora intestina, sed secundum vim tantum, agit tantum materiam in superioribus intestinis contentam, sed non excernit, unde grandi conatu natura quia per inferiora materia secedere non potest, & stercus & clyster per os rejicitur. Sed numquid a crassis & frigidis humoribus iliaca passio nasci potest? Non videtur Galeno, ut dictum est, ideo non vult admittere illum Aphorismum Hippocratis germanum esse; *Quibus ex stillicidio urina ileos supervenerit, septem diebus pereunt, nisi febre superveniente multa urina profluxerit.* 2. Nam si quæ materia committit stranguriam, eadem ileon committat, cogetur fieri iliacam passionem a pituita salsa aut eruda nasci posse quæ eadem & ad renes translata committat stranguriam, & revocata in intestinum iliacam passionem. Fatetur ignorare se quid hic velit Aphorismus, ac narrat falsas veterum in illius Aphorismi interpretatione opiniones. Tamen quasi revocans calculum, dubitans tamen censet frigidam materiam ileon committere posse quæ discutiatur successu febris. Fuchsius illum Aphorismum interpretandum audentius quam Pergamenus aggreditur. Primum præpositionem *ex* accipit pro *meta*, quasi dicat Hippocrates ut ileus superveniat stranguriæ a crassis frigidisque humoribus nata. Quod autem intra septem dies moriantur, id ait fieri propter dolorem utriusque partis & renis & intestini, qui dolor vires admodum dejiciat. Et absurde admodum divellit verba Hippocratis, dum ait illud, *Febris si supervenerit*, ita debere intelligi, ut loco ilei qui prius supervenit stranguriæ, febris succedat, ac ileus abeat: quasi nolit Hippocrates una cum ileo febrem adesse. Nam Hippocrates vult ileon quidem stranguriæ successisse, sed vult simul esse & febrem & ileon. Quidam fortasse putarent fieri posse ac verisimile esse ut ei stranguria & ileos adsit, & febrem impedire quo minus intra septem dies illi affectus perimant. Nam febris alterutrum solvit malum: & sic solutus ager uno alacrior est aliquanto. Et illa febris non debet esse symptomatica ilei ab inflammatione nati, ut volebant veteres, sed succedere debet humorum aut spirituum potius inflammationi. Sed posterior hæc ratio de præsentia duorum malorum simul stranguriæ & ilei non videtur plausibilis. Sed sententia Hippocratis ut non est temere pronuntiata, ita veritati maxime consona videtur. Fieri enim maxime potest ut stillicidium urina contingat a rapu pituitæ salsæ, acidæ ad renes. Quæ si forte, ut fere fit, ut morborum successionibus in intestina regeratur, aut in iisdem resistat, paullo vegetiore calore in flatu conversa dolores vix tolerabiles excitabit. Hinc in gyrum intestinum convolvitur, dissolvitur, intumescit. Et ab acerbitate doloris ileos rejectio omnium humorum

Morum per os vitiatu motu peristaltico. At quoniam febris, si modo sit anaxi-  
logos, materiam mitificat, paralytes, tetanosque solvit, potest quoque ma-  
teriam in intestinis contentam coquere, mitificare; hinc ilei levatio. Ac ea  
interpretatio non videtur a veritate abhorrere. At ex iis colligere licet in ilia-  
cis passionibus aliquando frigida maxime ex usu esse & balnea: aliquando  
obesse plurimum, prodesse vero calida. Nam quum inflammatio est, non  
est dubium quin illa convenient: si humores frigidi, lenti, pituitosi, calida  
conveniunt: 3. & si febris imminet, non est prohibenda.

Porro in nephriticis doloribus aliquid fixum est ac immobile ad alterutrum  
renis situm. In colica dolor est vagus, subvertens ventriculum: in ileo fi-  
xus est circum umbilicum qua situm est intestinum ileon, gravans est exten-  
sus, pungens. Sed pungens maxime est a vermibus. Annotat enim Mesuæus  
iliacam passionem a vermibus excitari, dum illi scilicet loco fixi sunt, ac pun-  
gunt, cuniculos agunt, immo perforant intestinum. Ac duo notare oportet  
scitu ac observatione dignissima. Prius est: Qui fieri possit ut in iliaca pas-  
sione stercus meracum excernatur: quod Galenus tantum morituris contingere  
ait. Nam si volvulus passio est intestinorum superiorum, non situ, sed  
generatione & ortu, & in illis tantum chylus ac cremor sit, secretio autem  
4. in cæco de num. fiat; prapedita via in intestinis superioribus quomodo ab  
inferioribus crassioribus incitius stercus ascendat, ac præsertim morituris,  
quum jam vires fatiscunt. Quæstio hæc ardua est. Alterum est quod nos  
observavimus, & a Mesuæo diligenter observatum legimus, nempe iis qui a  
volvulo relevantur succedere incredibiles affectiones: Contingit, inquit, pa-  
ralysis, materia ad nervos translata. Nam in ista affectione intra septem dies  
ratione adstrictæ alvi, & motus excrementi sursum inficiuntur spiritus, &  
humores qualitate inexplicabili: aliis vitiatu simili modo hepate hydrops, Me-  
lancholia, tremor, fœtor, anhelitus, sudores frigidi syncope, sitis inexhau-  
sta. 5. Vidimus mulierem quæ quum volvulo laborasset, eo liberata in hy-  
dropem incidit: hinc tabida interiit. Aliam vidimus quæ quum sudores fri-  
gidos, extremitatum frigus per decem aut duodecim dies, etiam cessante ileo  
habuisset, fœtoremque oris ingentem, & pudendorum ex quibus sanies gra-  
veolens resudabat. Inde fluxit alvus, repurgata ter aut quater sine ullo  
graviori symptomate, aut morbo potius nunc bibens ludensque vivit.

### A N N O T A T I O.

Eorum opinio roborari potest sententia Galeni. Hic enim Comment. in  
Aphorism. 10. lib. 7. scribit vomitum non semper adesse in ileis, sed quando  
exitiales sunt. Ac si dicat vomitum supervenientem mortem significare.  
Ego tamen vidi quibus adesset vomitus, & liberati sunt: immo facillime  
omnium succedit vomitus; ut quum prolapsum est intestinum in scrotum,  
statim vomitus adest. Nisi quis dicat vomitus in prolapsu intestini faciente  
iliacam passionem non ita letales esse, ut sunt in aliis speciebus iliacæ pas-  
sionis. Quod credibile est: Aut per vomitus, eos præsertim intelligit qui  
cum faculenta materia, aut cum chylosa sunt. Nam simplices vomitus non

ita mali sunt, nisi frequentes admodum sint.

2. D. Maignam Medicus & Professor Regius in Mathematicis volvulo interiit, impetu magno pituita multa in intestina prolapsa ibique collecta & putrefacta: unde abscessus factus, hinc morbus.

3. Febris non est tollenda aliquando in volvulo: contra faciunt Medici.

4. Nam colon tenuibus intestinis est superius. Sic mirum cur volvulus sit tantum affectus tenuium intestinorum, ut placet Galeno comment. in Aphorismo lib. 6. quum observatum sit rectum intestinum volvuli aliquando causam esse, aut saltem malum in eo esse. Unde hist. 9. sect. 2. lib. 3. Epid. meminit crassorum intestinorum etiam volvulum esse affectum.

5. Libro de affectionib. Hippocratis locus est valde notandus de cura volvuli. Nam quum non admittuntur chysteres, vult fistulam ad utriculi extremitatem applicari, & ita intestina inflari, post dari chysteres. Quod forte non negligendum in tam periculoso morbo. Porro nota apud eundem Hippocratem, eodem libro, ni fallor, triplicem esse volvulum, unum hiemalem, alterum ictericum, sive aestivum, tertium hamatitem, sive autumnalem. Observat dominus Magnus in volvulosis affectionibus nil melius esse quam dare Confectionem Hiera; hac enim subversiones ventriculi sedat. Item induratas faeces aliquando emollit & e recto intestino extrahit. Item interjectionem per longissimam fistulam conferre ex oleo de semine lini.

### CONSILIUM XXXII.

#### Pro Calculosis.

**N**ullus hodie aëque genus humanum vexat morbus, ac calculus. Morbum appello, etsi nonnullis id nominis non placeat, quod actio, nempe mictio impediatur a re præter naturam in capacitate contenta, quam tamen alii rei natura destinavit quam calculo continendo. Quod qua ratione fiat, commentatione dignissimum est. Alii usum lacticiniorum & casei, & rerum viscidarum accusant: alii limosas aquas & paludosas. Sic ita hercle. Qui lacticiniis viscidis, crassisque alimentis utuntur, aut qui limosis aquis, ii maximam partem calculosi sunt; non tamen generales has solas causas statuere oportet.

1. Duæ mihi videntur rationes probabiliores, propter quas tam longe lateque pateat hic morbus, ut aut nulli, aut oppido pauci ab arenulis, aut calculo, aut concretionem aliqua immunes existant. Prima videtur ingluvies, & ea præsertim cum alimentorum varietate qua homines mirum in modum delectantur: secunda, jus hereditarium; nam ex calculosis fere calculosi generantur: Tertiam adjicio facilem generationem calculi, aut tophi, aut arenularum, & præsertim in corporibus mollioribus & delicatis, & imbecillis, cujusmodi sunt nostra corpora si ea cum præscis conferas. Quod enim tam facilis generatio sit, ex eo patet, quod nulla non in parte corporis calculus aut tophus generari possit: unde plerisque in folliculo felleo, aliis in pulmonibus, aliis in capite, aliis in utero, aliis in corde, aliis

in intestinis generatur, ut in nostris hypomnimeumatibus abunde recensuimus: Accedit quod ex variis humoribus generari possint, ut postea abunde ex veterum sententia apparebit. Unde jubeatur valere eorum opinio & dogma, qui ex sola pituita calculos concresecere voluerunt: unde pingues & obesos calculo obnoxios præ ceteris voluerunt. Quod falsissimum est. Ac ingluviem præsertim quæ varietate ciborum adjuvatur, calculorum parentem esse nemo non potest fateri, qui noverit ingluviem & gulam causam esse multiplicis cruditatis; unde natum illud, *Inemperantia Medicorum mater*. Varietas autem præpter diversas variasque facultates naturæ quæ omnia ad unum æquale & uniusmodi redigere conatur, plurimum in coquendo, alterando, segregandoque similia a dissimilibus negotii facessit. Quod primus annotavit Hippocrates, quin in lib. 1. de Diætâ morborum acutorum inter præcipuas dotes quas pituita attribuit, recenset eam, quod pituita nullum tumultum stomacho afferat. Verba græca sunt, *ὅν τε ἀπαθὸν κακὸν ποιεῖ*. Galenus non abs re Hippocratem addidisse ait κακὸν, nec simpliciter ἀπαθὸν dixit, quod nihil sit quod æque coctioni officiat ac varietas, quæ uni cibo inest, aut quæ in variis cibis. 2. Nonne ἀπαθὸν duobus tantum locis apud Hippocr. legitur? uno lib. 4. de Diætâ acutorum, quum de glande mentionem injicit: Glans (inquit) tumultum affert. In Commentario Galenus tumultum excitari ait, quum alimenta ingesta variis facultatibus prædita sunt, & dum unum facilius coquitur, alterum ægrius: immo dum in eodem alimento & substantia media, & externa, non sunt analoga: ut de glande & brassica Galenus docet comment. in particul. 18. lib. 1. de Diætâ acutor. Locus alter est is de quo superius dictum lib. 1. de Diætâ, quum de pituita loquitur. Atque ut res in angustum revocetur, legenda major pars commentarii in eum locum. Nam adducto exemplo athletarum, & eorum qui probe educantur & nutriuntur, docet quantopere noceat varietas ciborum, varietas facultatum, vel etiam in uno & eodem edulio. Nam quum una mordet, alia solvit, alia inflat, non dubium est quin chyloscos officina perturbetur, & naturæ plurimum negotii afferatur, quæ quum uniusmodi sit in officiali partè, ventriculo nempe existens, non facile subiget tam varia quæ ingeruntur. Hinc eo loci Galenus ait solitos athletas in arenam descendere volentes,

3 solo pane uti mane, solis carnibus vesperi. Ac eum tumultum a ciborum varietate afferri solere observavit Horatius in Satyris:

*Accipe nunc, victus tenuis qua, quantaque secum*  
*Afferat: in primis valeas bene. Nam varia res*  
*Ut noceant homini credas: memor illius esca,*  
*Quæ simplex olim tibi sederit, Ac simul assis*  
*Miscueris elixa, simul conchyliâ turdis,*  
*Dulcia se in bilem vertent: stomachoque tumultum*  
*Lenta feret pituita.*

Lib. 2.  
Sat. 2.

4 Itaque iis & escarum habendus delectus, & fugienda varietas quibus sanitas studio est. Ac hereditario jure calculum ut & alios morbos ad posteros pervenire posse vulgo constat. Nam semini impressa sæpe vis est, quæ ut valet ad speciem, genus, & ideam retinendam, & ad prolem devehendam; ita

E 2 la-



latente impetu morbosam *διδυμιον* transfundit, traducitque. Hinc ex macrocephalis macrocephalus Hip. ob deciduum ab omnibus partibus semen gigni asseverat.

Sed his positis, in rei propositæ arcem libentius invadamus. Dicendum quæ lapidis materia, quæ efficiens causa, qui ei obnoxii, quæ præcautio. Tandem nonnulla ex eis quæ vulgo usurpantur remedia afferentur. In assignanda materia multi varia, multaque censuerunt. Ac primum, nomine calculi peculiariter intelligimus eum, qui aut in vesica, aut in alterutro rene generatur. Qui enim in aliis partibus corporis humani tamquam fodinis conglomerantur, cogunturque, ad præsens institutum nil pertinent. Quidam lapidis nomine eum qui in vesica continetur intelligi volunt, quod sæpe grandiusculus sit: calculi autem, eum qui in renibus cogitur. Sed quoniam *λιθιται*, & calculosos vertit Celsus, & lapidosos, curiosa hæc de nominibus quæstio valere jubeatur.

Calculorum materiam quidam volunt esse aliquod purulentum, & pituitam quamdam putrem. Hollerius annōtat observasse se in quodam Præside Rhotomagæo pituitam putrem, & pus crassum falso calculum retulisse. Antequam aliorum opiniones recensamus, expendere licet an pus, aut materia purulenta in lapidem cogi possit. Nam quod pus in vesicam illapsum, aut in eadem coneretur non referat calculum, nemo dubitat: quicquid enim aliqua ratione angustos canales, per quos urina prætersiuit, obstruere, obturareque potest, id calculum mentiri potest. Sed quæstio est, num pus in vesica calculus efficiatur. Nonnullis non videtur: Galeno id fieri posse videtur. Illorum rationem huc referemus, ne indicta causa illos arguamus, quamquam a Galeni partibus stare consilium est. Primum ita ratiocinantur: Sanguis, saniesve dum putredinem concipit ut in pus vertatur, putredine fibras amittit: at fibrarum ope concretio fit: nam damarum sanguis non concrevit, quod fibrarum expers sit: Ergo pus in calculum cogi non poterit. Deinde illud observari solet in abscessibus renum: Purulenta materia quæ a renibus abscessu tentatis excernitur, toti permiscetur tota urinæ: & si in imo urinæ residis subsideat, parva agitatione rursus toti urinæ remiscetur. Quod arguit pus corpulentum solidumque nil esse, sed aliquid divulsam: Ergo in calculum non cogitur. Contra vero apparet in semine & pituita. Nam utrumque ut fibrarum particeps cohæret, partesque unitas habet. Unde aut tamquam separatim aliquid urinæ supereminet, aut in fundo residet: nec ratione sui lentoris & partium cohærentium ita miscetur urinæ toti, licet moveatur: sed suam cohærentiam conservant. Atque ita conficere se putant ex præsentibus rationibus, pus in calculum concrevire non posse. Adduuntur tamen victi ratione & auctoritate Galeni, ut credant calculi rudimentum pure induci, incrustarique posse. Sed id subterfugere est, non rationibus & auctoritati subscribere. Nam quantumvis obducatur calculi rudimentum pure, si quia fibrarum expers est non agitur, adangeturque, nihilo major calculus inde futurus est, quam si aqua allueretur. Pus enim iis auctoribus non concrevit. Sed antequam eorum rationes convellamus, Galenus audiatur: Verba ejus sunt: *In animalis corpore ex purulento humore, aut ex purulento pituitosoque composito topus nonnumquam creari potest: quemadmodum*

Com. in  
part. 6.  
sect. 1.  
lib. 6.  
Epid.

in articulorum morbis accidere consuevit. Eodem enim prorsus modo in his & renum affectibus lapides conerescunt. Ad primam autem rationem qua contendunt illi neoterici ideo pus in calculum cogi non posse, quod humores per putredinem fibras amittant: at fibrarum ratione concretio fit, ita respondere consilium est. Aliud est aliquid corrumpi, aliud in pus abire. Nam in corruptione partium fit alienatio, & materia tota præter naturam est, & causa efficiens tota quoque præter naturam. Partium quoque fit diremtus, & per eam partium diremptionem fibrarum dissolutio fit: hinc nulla cohesio, hinc dissolutio continuitatis. At quum ex materia laudabili, intraque naturæ limites contenta, pus fit, etsi pus illud naturæ non cedit in alimoniam: satis tamen est si aliquam ejus gratiam recipiat. Hoc autem fieri dicitur si aliquid sit uniusmodi, si albor adsit, si lævor, si nil grumosum, nil inæquale. Idem enim opifex versatur circa pus, & circa alimentum: hoc differunt, quod alimentum cedat in naturam, pus autem excretionem sui præmoneat, quod antecedenti, primariaque origine ejus materia laudabilis fuerit, sed ex eventu illaudabilis extiterit, quod forte extra locum sibi destinatum ab aliqua externa causa evocata fuerit. Quod in contusionibus apparet.

Satis autem est si in pure character naturæ imprimatur, ut eas dotes & facultates retineat, quas Hippocrates & Galenus puri laudabili tribuerunt. Cur enim toties Galenus in ulceribus commendat pus album, læve, æquale, ut æqualitas vim significet caloris naturalis sese in omnes materiae partes æqualiter inducentis? lævor materiæ *ἐπιδερμα*, ingenium interpretor? candor vim partium solidarum, quæ quam fieri potuit maxime, sibi assimilare annitantur pus? Et quum perfecte id assequi non possent, saltem quem a natura sortite sunt partes solide candorem, eum in pus contulerunt. Si per putredinem fibrarum fit deperditio, quomodo sanguis qui putrescit in vasis, aut extra vasa, vertitur in sedimentum (de febribus putridis intelligo) album, læve, æquale? Aut in laudabile pus iisdem dotibus illustre in abscessibus? Immo ex generibus puris aliud videtur contra naturam esse, ut quod in morituris apparet, lividum est, subviride, foetens, divulsum, inæquale, non læve: In iis qui e natura habent contrariis omnibus dotibus præditum est. Quinetiam licet materia divulsa fuerit, virtute partium solidarum unitur, laboratur, id quod *εἰσπορευέτις* & alienum secernitur. Et quum ex Hippocrate quædam urinæ sint grumosa in morbis, quæ postea tenues fiunt, quid aliud per tenues intelligit, quam pro grumosis confusisque urinis redditas a natura chymosi, consistentia, & contentis laudabiles: ut pauca sit hypostasis, sed ea alba, lævis, & æqualis? Ergo alienum est ab experientia, & ratione puri adimere cohesionem, & eam tribuere solis pituitæ & semini. Nam & sedimentum & pus laudabile coherent: Immo licet antecedens utriusque materia serosum tantum fuerit aliquid, & dissolutum, multiplici elaboratione & coctione (quæ omnis increasandis partibus fit) acquirat fibras, lentioresque, cujus ope concreseat. Et falsum est illud, quod pituitæ tam curiose tribuitur: nam sæpe videas phlegma & misceri toti urinæ, & postquam resederit remisceri, præsertim quum coctum non fuerit, & nondum gratiam naturæ receperit.

Ballonii Oper. Tom. II.

E 3

Pus

Pus autem si a renibus refundatur, non est mirum si misceatur, quia longo viarum anfractu liquore urinæ dissolvitur ac dirimitur; unde sæpe puris formam non referat. Falso itaque puri ea ratione unionem & coherentiam adimunt ut conficiant in calculum non cogi. Verum enim pus cogitur, quod sensui notissimum. Nam & empyicos sæpe grandinosa sputa extundere a concrecente in grandinem & tophulum pure observaverunt: In abscessibus tardius ruptis aut natura, aut arte, pus ita sæpe cogitur, ut jam lapidescere videatur. Noverint itaque aliud esse corrumpi, aliud putrescere. Per corruptionem unio, vinculum ac cohesio tollitur, direntis videlicet partibus: per putredinem aut retinetur cohesio: aut subactis elaboratisque partibus novarum fibrarum fit acquisitio, unde nexus & copula consequatur. Ergo ex pure lapides cogi posse intelligentius scripsit Galenus. Quod primus annotavit Hippocrates lib. 2. de natura humana. 6. *Quibus, inquit, in lotiis subsident arenosa, vel tophi, iis per initia circa venam crassam tubercula existere, versaque in pus fuerit: ac deinde ipsis tuberculis haud celeriter ruptis pus in tophos conversum est, qui foras per venam cum lotio exprimuntur.* Tamen quoniam & hujus orationis idioma Hippocratem non sapit, & libellus ille falso adscriptus illi est, fit ut nullam vim id loci afferre possit. Sed ea in re audiendus Galenus, enarrans illam particulam, scribit: *Excretionem ejusmodi urinarum arenosarum possunt fieri a causa quam statuit Hippocrates: item & rene obstructo citra venam magnam. Maxima autem parte sine tuberculis fiunt, quum succus crassus vel glutinosus exitum retardans concreverit a calore loci arefactus.* Ergo agnovit Galenus arenosas urinas nasci posse a pure concreto, quamquam non ita frequenter.

Ac materia lapidis & eo loci quem supra ex lib. de natur. humana secundo adduximus, Galenus crassum glutinosumque humorem vias obstructentem præpedientemque constituit. Et comment. in particul. 13. lib. ejusdem, apertius multo designat & causam efficientem, & materiam, de puerorum calore locutus: *Pueri multi, quia admodum sunt voraces, cumulant succum qui proprie crudus appellatur, a quo facile calculi generantur. Is autem humor ut materia rationem habet, ita & calor efficientis cause.* Ac mirum quomodo Hippocrates, aut quicumque eum librum scripserit, dicat: *Puerulis nascitur lapis ob vesicæ caliditatem & totius corporis. Viris ob corporis frigiditatem haudquaquam generatur.*

Multa in eum locum inquiri possunt, quorum explicatio ad seriem continuationemque disputationis apprime pertinebit. Constitutum enim erat de lapidis causa, tum quæ efficiendi, tum quæ materiæ rationem habeat, disputare: de loco, de ætatibus, & iis qui magis minusve obnoxii forent. Primum itaque dubitari potest, an caliditas & vesicæ, & corporis totius ad generationem calculi faciat. Et quoniam Hippocrates meminit caloris multo humore perfusi, cujusmodi est humidum primum, & calidum primum; an calor puerorum halituosus, *ατμώδης*, spirituosus, humidus, blandus, minimum mordax minime ad generationem lapidis pertinebit? Nec enim probabile videtur, ut paullo post abunde demonstrabimus. Secundo quæri potest, an caliditas vesicæ tamquam unius partis eodem pertineat, calculumque creet

creet. Nam Galenus alio loco frigiditatem vesicæ constituere videtur causam generationis lapidis. Tertio, an viri, quod frigidi sint, calculum non generent. Quarum quæstionum examen & evolutio non minimum habebit & voluptatis & utilitatis. Voluptatis quidem, quod animus noster iis explicatis aliqua ex ratione satiabitur ac explebitur: Utilitatis vero, & ad præcavendum, & ad curandum, & ad opem miseris mortalibus afferendum. Nam si ut quidam volunt, immo major Medicorum pars, calor qui ad generationem lapidis tamquam causa efficax & efficiens concurrat tenuitate partium, & acrimonia præditus esse debet, immo veluti febrilis, quod Hippocr. 6. Epidem. θερμὸν absolute aliquando vocat; ut dum ait, *Qui ventre calido, carnes habent frigidæ*: aliquando πυρ, ob igneam vim, seu potius (ut cum Arculano loquar) igneitate; cur toties in calculosis affectibus ad oxypora, ad ἐκβρασινὰ, & calidissima remedia concurrimus? nam causâ efficienti nervos & robur addimus. Atque ita, ut plerumque fit, aberramus. Si calor lapidis auctor & parens temperatus est, halituosus, blandus, naturalis, qualem Hippocrates aut scriptor libelli illius, & cum eo Galenus constituit, cur ἐρπητικὰ præscribuntur temperata, dulcia, mucosa, blanda? nam & ea foyent calorem naturalem lapidis auctorem, & materiam reddunt viscidiorum, mucaginosam, lentiorum. In quo plurimum aberraretur. Ac credibilius ab aliquo acri calore, aut saltem non a nostro blando & naturali concretionem fieri. Nam calorem potentem debere esse, eumque resolyentem satis ex mente Galeni apparet. Illius hæc verba sunt: *Lapis propria passio est puerorum, qui ob edacitatem non paucos crudos humores generant, ex quibus pars crassior cum urinis ad vesicam perveniens fit lapidum materia. Accedit altera causa, vehementia caliditatis. Nam & senes accervant crudum non paucum, non ob voracitatem, sed facultatis coëtricis imbecillitatem. Non validum tamen calorem habent, qui crassam materiam resolyens lapidem generet. Utitur participio θερμαιζων, idest, exsiccans, arefaciens, exhalare faciens, & tenuem substantiam eliciens e materia crassa, ut fax tandem remaneat. Ergo & calor validus requiritur, & calor qui resolyendi vim habeat. An vero tali vi præditum est calidum primum & radicale, quod si fluens est, erit ἀσμὸς tantum, & ἀπόρροια πῆς ὑποκειμένης υἰας: si fixum, partium solidarum ἐντελέχεια. Hic calor quamdiu aliquid habet præsto in quo versetur coquendo, secernendo, alterando, non sese ad aliud accingere solet; unde non est credibile, calorem blandum & mitem in pueris exercere vires suas in crudis humoribus digerendis, & in lapidem convertendis. Nam digestio illa, arefactio, resolutio quæ requiritur ut materia crassa lapidescat, soli calori febrili tribuenda est. Et quoties θερμὸν θερμὸν legitur, videtur de calore acri & febrili intelligi, cui passim Galenus ob igneitate in apoplexiis, tetano, morbisque frigidis resolyendi vim, digerendi tribuit, immo & coquendi, quamquam in illo loco ubi legitur de calore febrili quod concoquat, legitur, frigiditatem concoquendi vim habet, non absolute, coquendi vim, sed frigiditatem coquendi, idest, corrigendi, mitificandique summam, quæ in crudis succis inest, frigiditatem. Sed hæc per transfennam. Nam si calor naturalis vim habet resolyendi, & in lapidem vertendi in pueris, quum alio-*

qui sit blandus, humidus, & multo humore obrutus: unde sæpe impeditur Hippocratica illa ἐκλαμ-λι, an tanta in senibus frigiditas, ut, quum ob facultatis coquentis imbecillitatem multa congeratur materia cruda, illa non possit obstruere, vias impedire, siccescere, a calore acriore quam sit in pueris, quantuluscumque is sit, lapidescere? Credibilis est. Unde mirari subit cur auctor libri de natura humana scripserit, *viris calculos non generari ob frigiditatem*. Item Galenus loco superiore: In senibus quidem suppetere materiam generando creandoque lapidi idoneam, sed præ infirmitate caloris non cogi. Nam Galenum contradictionis possumus convincere; *Asthmata in senibus ex destillationibus ortum habent, quum & respirandi instrumenta sæpe habeant, proprium sui algoris principium, quando & in ipsis multa & crassa superfuitates generantur: Et præterea præsentente virium imbecillitate renes obstruuntur, & lapides generantur; quum tenax & crassa superfuitas in similem callo substantiam transiverit*. Antequam doceam contradictionem Galeni, de serie contextus dicam, istam periodon, καὶ ὁρροῦσιν τῆς δυνάμεως ἀδυνάτου ἔσσης, non soleo cum Leonicensio cum sequentibus connectere in eo sensu, Et præsentente imbecillitate virium renes obstruuntur, & lapides generantur: sed totam periodon refero ad disputationem de asthma, quam peculiariter Galeus explicat; siquidem Hippocrates in suo contextu non meminit ullius obstructionis renum in senibus. Quasi dicat Galenus, imbecillitatem virium unam ex causis esse quæ asthmaticos senes reddunt. Nam sequens periodus tota sibi cohæret in textu græco sine uno puncto, nec colo, nec inciso, ut male fit in textu latino: ἐμφορρότερον πολλὰς ἀνεφροὶ καὶ τοὺς λίθους γενῶσι ὄσταν, &c. Obstruuntur autem renes sæpe, & lapides generant. Non autem legendum cum Leonicensio, imbecillitate virium præsentente renes obstruuntur: lapides autem generantur quando, &c. Nam hoc scriptoris est nec Galenum intelligentis, nec verba græca an bene maleve cohæreant scientis. Quamquam hoc verisimile esse videtur ab imbecillitate renum tamquam ab adjuvante causâ lapidem nasci posse. Nam concretio quæ fit in parte quapiam, infirmitatem partis agnoscit nequeuntis a se se amandare id quod molestum est. De verbis hæcenus. Nunc ad rem redeamus.

Quod in mentem venit Galeno ut tam paucis litteris contradictoria complectatur? Nam in uno Lithiasin propriam affectionem puerorum scribit quod & cruditas, voracitas, & calor ingens in illis concurrant. Accedit quod partes puerorum famelicæ a ventriculo nondum satis mitificatum alimentum rapiant. Raptus autem ille eo fit, quod idem alimentum & ad auctorem, & ad nutritionem faciat. Et quæ partes angere debent, id quo augeantur appetunt: quæ nutriri, id quo nutriantur. Diversum est partium studium, diversum desiderium, quod uno & eodem alimento debet leniri ac temperari. Nutritio quidem fit non quatenus alimentum quantitate est præditum, sed quatenus substantia est quæ in alendæ rei naturam multiplici alteratione præeunte mutari debet. Auctio vero contra. 7. Eandem lithiasin ibidem a senibus removet, quod licet materia idonea sit, tamen causa efficiens desit. Sed alio loco obstructionem renum senibus contingere posse ait, unde viscida superfuitas σύσσειν πύρρον callosam concrecionem

Com. in  
Aph. 31.  
lib. 3.  
Ap.

tionem aut coagmentationem interpretor, contrahere possit. At concretio fit resoluta parte tenuiori, virtute caloris diffantis. In senibus, auctore Galeno, frigiditas dominatur. Quænam ergo causa efficiens? Nec est quod quis conetur defendere Galenum, quod magna sit senum latitudo: ut quidam sint virides, quidam decrepiti. Quum uno in loco ait: In senibus ob frigiditatem calculum generari non posse, de decrepitis intelligit. Quum autem alio loco scribit viscidum & crassum humorem callosam substantiam & naturam induere unde lapis, non de decrepitis capularibusque senibus intelligit, sed de viridibus, in quibus non ita languidus, paucusque calor sit naturalis. Contra tamen colligere licet ex ejusdem commentario. Nam dum de lithiasi, & asthmate, & stranguria affectionibus senum disputat contra sententiam aliorum Hippocratis interpretum, asserit senes eo loci ab Hip. intelligi τούς τῶν ἐγγύτων ἀγόντων ηλικίας, καί ἐν αὐτοῖς καταπαύει τὸν λόγον ὡς ἀπάσαι ἤδη διεληλυθῶς. Eos, inquam, senes intelligit, qui extremam ætatis partem exigunt. Atque in ejusmodi senibus orationem suam finit tamquam jam ordinatim singulas ætatum partes emensus. Si itaque in extrema ætatis periodo συστασις illa παρωδῆς fieri potest, cur non magis in iis quæ antecedunt? Itaque non videtur consentaneum a senibus & viris jam grandioribus rejicere calculorum generationem, præsertim quum materia in promptu est, quum non sit tantum frigus quin calor naturalis paullo acrior in angustis viarum quodammodo præfocatus (nam in angustis locis maximam partem lapides generantur) sufficiat ad cogendum compingendumque temporis progressu. Ut id quod simul & semel, aut breviori tempore in calidioribus fit, idem in non ita calidis, sed tempore longiore fiat. Quod alienum a ratione non videtur: immo rem ita esse credendum est. Eamque ob causam Hippocrates 6. Epidem. scribebat, *Post mictum concretio magis, an quod calidiores?* Cur dubitat? Quum aliis locis calorem puerorum causam concretionis posuerit. Revera libro illo multa ad memoriæ subsidium conscripsit. Nec abs re forte dubitando scripsit, an quod calidiores? Dubium enim esse ostendimus, & paullo post plenius aperiemus, an calor naturalis mitis & blandus, concretionis causa.

Nunc quod mihi videtur probabile dicam de senibus & pueris: necdum enim explicabimus an ante mictum, an post mictum concretio fiat. Lapides generantur in vesica, generantur & in renibus, & aliis locis angustis. Qui in loco ampliore generantur, & caloris ubertatem & materiæ declarant; nam quum materia alia loca in quibus cogi potuisset pertransierit, in vesica calida tum per se, tum locorum vicinia, ut ex Hippocrate docebimus, nanciscitur copiam novæ materiæ; unde concretio fit. Qui in loco angustiore fiunt, quodam obstructionis modo fiunt, dum videlicet sicca, aut viscida, sed terreno modo affecta superfluitas diu in renibus & viis angustis hæret; unde obstructio, & ab obstructione, loco, tempore fit concretio. Itaque in calidis naturis propria dicitur esse generatio lapidum tum in ratione lapidis, quia proprie lapis fit; tum in loco, quia in vesica; tum a causa efficiente propria, nempe calore; & in tempore, quia paucio tempore; & in effectiois modo, quia tenuioris partis resolutio fit;

unde

unde proprie concretio. Sed in non ita calidis, immo jam ad frigidum temperamentum vergentibus generatio lapidis cernitur, sed non propria. Quia non per modum coctionis per incrassationem & tenuium partium a calore consumptionem, sed per modum obstructionis, a qua res impeditur, & dum materia retinetur calor diffatione prohibetur, hinc longo tempore concretio impropria tamen fit. Item generatio ista fit in renibus. At non tam elucet vis caloris in generando lapide in angusto loco, quam in capace: quia angustia loci quasi apprime ad concretionem confert. Non praeterea digestio fit tenuis partis, quia non multus calor. Atque utrumque modum explicat Galenus abunde. Nam dum de senibus agit, *ἐμφράττονται οἱ νεφροὶ καὶ γεννῶσι λίθους καὶ σύσσεισ πωρώδους ἐργάζεταιται*. Non dicit: In senibus materia subigitur a calore, digeritur, unde concretio: sed obstruuntur renes, inquit, & generant lapides. Ergo in generationis forma desideratur efficiens causa propria calor, sed obstructio per se videtur statim causa. Deinde *συσσείσεως πωρώδους* meminit, ac si dicat, non vere lapis est, sed per obstructionem humor *παχὺς καὶ γλιχρὸς* coagmentatur, adipisciturque callosam naturam. Sed dum de propria lapidum generatione loquitur, ut ea quae fit in pueris, aliter multo loquitur; nam non meminit obstructionis, immo rejicit angustiam ut causam aliquam 6. Epid. sed voracitatis, copiae humorum & validi caloris, & resolutionis. Hic tria maxime considerantur, calor validus (qui in senibus deest) copia materiae (quae adest quidem, sed ob coctricis facultatis imbecillitatem, ergo penuria caloris) & resolutio. Quae efficit veram legitimamque lapidis generationem. Itaque mihi videtur sibi quadrare Galenus.

Sed nunc quasi e portu paullum remigrantes, quoniam longius solvimus, redeamus ad disputationem de calore; quoniam, ut supra diximus, Hippocrates dubitaverit, an ideo quod calidiores pueri post mictum in iis *σύνγκυα* fiat? Et si calor, an sit mordax & acer, an naturalis, ut supra attigimus. Ac calorem quidem esse causam generationis lapidis certum est, sive calor sit in parte ipsa in qua reapse generatio fit, sive in partibus vicinis quae parti adiaceant. Quod forte novum videtur, sed id primus Hippocrates animadvertit libro de aere, locis & aquis. *Quorum alvus satis fluida est ac sana, non ardens, nec stomachus vesica coardescit, hi facile urinam ejiciunt, & nihil in vesica congregatur. Quorum alvus ardens ac fervida fuerit, in his necesse est vesicam idem pati. Quum enim magis quam pro natura fuerit calefacta, stomachus ipsius inflammatur. Quum hoc patitur, urinam non dimittit, sed in ipsa coquit atque adurit: quod tenuissimum, excernitur; quod purissimum, transit ac emeitur. Quod crassissimum ac turbidissimum, coarvatur, ac primum concrescit parum, deinde magis dum volvitur ab urina, quicquid crassum compactum fuerit, ad seipsum aptat, augetur, & in tophum concrescit. Quum urinam emittit, ad vesica stomachum allabatur ab urina impulsam, urine emissionem impedit, & dolorem affert. Quare pueri fricant ac trahunt pudenda. At videtur causa mictionis eo loco esse. Signum autem quod hac ita se habeant, hoc est, urinam splendidissimam calculosi mejuunt ad similitudinem seri, quia*  
id.

id quod crassissimum ac biliosum isthic manet, coacervaturque. Pueris autem lapis fit si lac non salubre fuerit, sed valde calidum ac biliosum. Ventrem enim percalfacit & vesicam. Tria hic observatione dignissima sunt. Primum, quomodo æstus, calorque & vesicæ & partium vicinarum calculi proventum faciat: unde adustio fit, & orificii vesicæ inflammatio. Ergo de calore acri locus intelligitur. Secundum, quod contra neotericorum sententiam primaria in vesica coagmentatio fiat, nec sit ad renes recurrendum. Tertium, quod lac in pueris calculum generet. Quartum addo de urinis splendidissimis, nam hoc non videtur probabile. Neque enim veri similitudinem habet ita splendor & tenues urinas, & albas reddi, quum æstus sit & in vesica, & in intestinis ratione adstrictionis & ardoris. Sed hoc mihi propterea videtur contingere, quod multa copia lenti viscidique humoris subsideat, a qua resudet tenue serum, quod tamquam paratum magis ad excretionem, emingitur: sed quod crassum est ac biliosum (hoc est quod in mole ista calidum est ac æstans, tamquam summo opere conferens ad generationem lapidis) remanet: & quod excernitur tenue est, incoctum; quia licet calor sit multus, hic naturalis non est, sed æstans, ut vult Hippocrates hoc loco (quamquam in aliis recurrit ad humidum calidumque primum, quod in pueris multum est) & propterea urina cocta non apparet, sed diluta multum, & albicans ob eam impressionem quam habet a materia in fundo vesicæ contenta: Tamen hoc controversum esse potest maxime. De tercio, nempe de lacte, dicemus postea. De secundo, nempe de concretionem lapidis & arenularum, an in vesica primo fiant, plenius posthac. De primo disputemus, quoniam instituta est quaestio de calore, an sit naturalis, & blandus, an vero contrarius. Id quod hoc loco ab Hippocrate dicitur, aliquod problematicum habet. Nec enim absolute verum est inflammari vesicam, & os ejus, nec intestina ardere ut inde generetur lapis. Tamen ut nihil effectum temere, nil ab Hippocrate imprudenter pronuntiatum, ita ejus verba problematica quidem, sed vera tamen cum reverentia sunt capienda. Stultum est tanto auctori falsum aliquid affingere, quod forte ejus verba quæ aliquid secretius in se continent, non intelligamus. In ea re enim incertiam nostram potius explicaremus. Illo loco de aquis agit, earumque commoda & incommoda explicat, prout aliis atque aliis ventis assilantur. Ac inter cetera docet in nonnullis aquarum a Borea perflatarum usu arenulas in vesica generari, in aliis non item, prout nimirum cujusque alvus bene aut male affecta est. Nam in cujusque morbi generatione, non modo dispositio materiae & ejusdem copia requiritur, sed subjecti ipsius; alioqui nihil generaretur. Itaque illo loco Hippocrates vult eos calculis fore obnoxios quibus inferior alvus calidior est, & vesica ipsa. Quod quamquam problematicum, tamen verisimilitudinem habet. Nec Hippocratis verba ubique ad unguem sunt exquirenda. Nam nihil aliud videtur innuere quam eos calculis obnoxios esse, sive in renibus generentur, sive coagmentatio prima & rudimentum fiat in renibus, perfectio vero in vesica per materiae novæ appulsam, quibus alvus adstricta est, arida, sicca. Ac si dicat Hippocrates:

*Notandum locus Hippocratis de generatione arenularum in vesica,*



contra  
neoteri-  
corum  
senten-  
tiam.

tes: Illud in arte Medica receptum est, & communi prudentia notum, calorem lapidis efficientem causam esse. Ergo quibus illa causa praesto est, in iis credibilis est lapidem potius generari quam in aliis in quibus deest, etiamsi par materiae congeries adsit. Quo fit ut vesicae ardor, alvi durities, siccitas, calor plurimum generationem lapidis promoveant ac adjuvent. Ut enim calor hepatis & partium vicinarum facit ad meliorem chylosin tum in coctione, tum in facili alteratione, immo & digestionem, ita intestinorum vesicae vicinioris calor facile communicatur & renibus & vesicae; unde in iis partibus augetur calor per aliarum partium viciniam, auctus calor ad rudimentum & perfectionem lapidis facit plurimum. Sic nimirum quae sunt vicina, & quae propinqua, ea primum ac maxime affici solent; ut Hippocrates scripsit. Sic inflammatio recti intestini urinæ stillicidium afferre potest: & vesicae inflammatio tenasium adducit, ut in Aphorismis Hippocrates testatum reliquit. Et uterus recto intestino tenasium patiente laborat per consensum: immo & abortionem facit Hippocrati. Itaque fieri potest ut quibus ardens alvus est, in praesente materia calculosi fiant; quod communi experientia percipitur. Nam & qui praecalido sunt hepate, iis maximam partem alvus adstricta est, & arenulas patiuntur: & qui nephriticis tentantur, & calculosi sunt, juvantur plurimum educatione stercoris; tum quia induratum stercus opprimebat partes jam calculo pressas & fatigatas: tum quia brevissimo tempore alvus ita adstricta, & ob adstrictionem seipsa calidior effecta potest calorem suum communicare partibus propinquis, & eas adjuvare ad novarum arenularum generationem. Nam & dolores, & vigiliae, & adstrictio alvi facile corpus febrile reddunt: immo quibus natura praesertim biliosis durior, sicciorque alvus, iis maxima ex parte & capitis dolor, & renum φλόγῳσις (de ea enim conqueruntur saepe) immo & rudimenta febris apparent. Calor itaque sive partibus ipsis insit, sive ab aliis partibus emanet, calculorum parens est. Ut non iterum praetereundus videatur locus ille Hippocratis supra citatus, pueris arenulae cum lotiis excernuntur, tum propter vesicae, tum totius corporis caliditatem. Ut non solum partium calorem in quibus solent nasci lapides considerarit, sed & totius corporis. Quod animadvertione dignissimum est. Ceterum subtilius & brevius de calore agendum. An calor sit acer & mordax, an calor blandus & mitis, an uterque. Nam in iis quae ante dicta sunt, & docuimus probabile esse non a calore blando cogi posse calculum, quod ad coagmentationem digestio tenuis substantiae requiratur, & a frigiditate non juvari coagmentationem. Utrumque amplius excurreremus, & tandem quid sentiendum aperierimus. Audiatur Hippocrates.

Hippocr.  
lib. de  
humori.  
Apho. 53.  
lib. 5.

Apho. 27.  
lib. 7.

Post mictum

concretio

pueris

magis

num quia

calidiores?

Aliquid intus

reconditum

obscuris

verbis

designat,

sed non

exprimit

Hippocrates.

Et ut antea

monuimus,

non audet

absolute

pronuntiare

an

quod pueri

calidiores,

ideo eis

fiat magis

concretio

(συνάγμα

Græcis, ἀσθ

ἢ ἢ γλίσχρον

χρῆμα

χρῆμα

καὶ

καὶ

Post mictum concretio pueris magis, num quia calidiores?

Aliquid intus reconditum obscuris verbis designat, sed non exprimit Hippocrates. Et ut antea monuimus, non audet absolute pronuntiare an quod pueri calidiores, ideo eis fiat magis concretio (συνάγμα Græcis, ἀσθ ἢ ἢ γλίσχρον χρῆμα χρῆμα καὶ καὶ. caque concretio post mictum. Nam tacite tectaque indicat duplex συνάγμα, unum ante mictum, alterum post mictum: Ita enim Græcis est, μετ' ἔρρησιν καὶ ἀπὸ ἔρρησιν. Pro nomine ἔρρησιν positum aliud est

est

est lib. 2. de nat. humana *ἄρμα*, sed male; nam ponendum erat *ἄρα*. Aliud est enim *ἄρον*, aliud *ἄρμα*, seu *ἄρμα*. Quæramus igitur cur Hippocrat. dubitet & hanc particulam ambigam scribat *ἄρα ὅτι θερμότερα*, idest, an quod calidiores? Duabus de causis videtur hoc adjectum esse: una est, quia adiecerat particulam illam *μᾶλλον* videtur magis consentaneum, ut in juvenibus, in quibus calor qualitate major cernitur potius, generetur lapis, quam in pueris. Nam si calor coagmentationis auctor est, ubi major calor, ibi coagmentationis & coalitus occasio major. Si itaque juvenes calidiores, cur non in illis *συνεμα μᾶλλον*; Tamen in Aphorismis absolute pronuntiarat pueros calidissimos esse, & noverat illos & humidi primi & caloris primi ubertate fretos esse, a quo calido primo vere dicuntur calidi homines. Quamquam *θερμὸς* Græci Medici appellaverint aliquando: immo sæpe quibus acer & mordax in alvis calor est. Nec mirum si dubitaverit, an quod calidiores essent, in iis concretio post mictum fieret.

Secunda ratio videtur cruditas humorum, & superfluitas, præsertim in vesica coagmentationis lapidis causa est materialis: Ubi calor multus, ibi non est credibile crudos & superfluos multos humores coactuari, ut res quoque se habet, præsertim ex parte caloris. Nam si magna sit ingluvis, ibi licet calor multus, tamen non est satis coquendo, & mitificando. Si pueri calidi sunt, calor superfluum humiditatem & humores mitificabit, & nihil erit quod vim potentiamque caloris effugiat. Ita nimirum in prognosticis Galenus scripsit, sedimentum multum esse in urinis, quod multi humores crudi, qui ratione *εὐπία* effugerint vim caloris nativi; unde eos necesse sit postea cum urinis secedere, quod naturæ gratiam non receperint, idest, in alimentum non facesserint. Itaque dubitat Hippocrates, an quod calidiores? quasi dicat: An non alia causa est coagmentationis post mictum? Si enim calor validus esset in pueris, ut est, & humores coquantur, & mitificantur, & ad faciliem exclusionem comparantur; ideoque non est verisimile in vesica resistere, ac illic in calculum cogi, dilatantur enim multo calore vasa. Ergo alia causa est (dicere possit Hippocrates) nimirum propter ingluviem humorum cumulus qui hoc efficiat, ut nimirum fiat concretio post mictum. Accedit quod non dixit absolute, *Pueris magis concretio fit, an quod calidiores*. Nam si de concretionem & synagmate solo ageretur, non est dubium quin a solo calore repetenda esset causa, & non ambigeret, an quod calidiores. Nemo dubitat enim a calore *συνεμα* hoc fieri: sed adiecit, *μετ' ὀπίσσω*, post mictum: ut si ita quæreretur: An quia pueri calidiores, ideo in iis fiat concretio lapidis magis post mictum quam ante mictum? Et particula hæc, *an quod calidiores*, dupliciter referri reduciq; ad ea quæ præcesserunt potest: vel, An pueris concretio magis (supple.) quam aliis in ætatibus, quod sint calidiores: quod videtur Galenus velle colligere. Vel, An in ipsis pueris fiat concretio potius post mictum, quam ante mictum, quod calidiores sunt. Etenim hoc probabile videtur, in pueris lapidem in vesica crescere præeunte aliquo rudimento ob copiam excrementi viscosi & crassi: quod renes quidem præterit valida existente puerorum natura, ac vasibus

satis

fatis dilatatis, sed quia grave est, facile remanet, & residet in puerorum vesica ut molli & flaccida, exente tenuiori parte: sed in viris in renibus. §. Quum in vesica fit, dicitur post mictum fieri, idest, post secretionem seri a sanguine, & ejus in vesicam influxum; ita enim nomen *επιουσιος* intelligi potest. Quum in renibus fit, dicitur ante mictum fieri, idest, antequam secreta a sanguine seri pars sit, & illapsa in vesicam sit in renibus. Nam quidam volunt mictionem esse non quum actu a vesica excernitur urina; sed quum in vesicam illapsa est urina. Nisi forte dicat quis melius post mictum dici, idest, postquam excreta est a vesica urina, ut excreta tenuiori parte humoris remaneat spissior & densior in vesica. Sed si hoc verum esset, quis esset sensus? quæ ratio dictorum Hippocratis? Nam si ideo dicatur concrefcere lapis post mictum in pueris, quod id fiat post excretam a vesica urinam: an probabile est in aliis posse generari lapidem in renibus ante mictum, idest, dum contenta adhuc est in vesica urina? Non videtur verisimile. Nam continetur vel non urina in vesica, non propterea tamen in renibus generabitur lapis. Ergo credibilius est, post mictum dici, idest postquam illapsa est in vesicam urina: Ante mictum, dum adhuc in renibus continetur. Nisi forte dicat quis, & defendat in hoc sensu dici concretionem fieri in vesica post mictum, quod fiat post mictionis actum; & nihil referat de renibus, siue ante, siue post id fiat, quum Hippocrates nullam mentionem ea de re iniecerit. Nam si ita dixisset, Post mictum in pueris concretio magis, quam ante mictum, aliis potius ante mictum, videretur revera per comparisonem loqui voluisse de viris & pueris, ut in his aliter fiat quam in illis. Sed secus est. Tamen & Galenus in comment. & Arnaldus, & ex veteribus plerique solent assignare distinctionem inter generationem lapidis in pueris, & in viris: quod in iis in renibus fiat, in illis potius in vesica. Cujus rei demonstrationem petiisse videntur ex hoc Hippocratis Aphorismo.

Tamen conjectura a nobis prius proposita non videtur a ratione aliena, vel quod Hippocrates quaesierit, an quod calidiores, quod nimirum si hæc ratio valeret, quia calidi sint, idem de aliis ætatibus, præsertim juvenibus intelligi possit. Vel potius, quod quum nosset copiam excrementi parentem lapidis esse, & ejus præsertim qui in vesica fit, non abs re dubitaverit, an caliditas ejus lapidis causa sit, quum alia causa, eaque præcipua esse videatur. Quod autem de juvenibus intelligi hoc posset potius, Galenus in comment. indicat, dum ait, Calidum in juvenibus absolute calidius est calido naturali quo abundant pueri: quocirca probabilius erat (siquidem caliditas concretionis auctor sit) in adultis generari lapidem quam in pueris. Sic ita sane. Caliditas auctor est causaque efficiens lapidis: sed an ea sit primigenia (quod nos demonstraturos sumus polliciti) aperiemus. Quicquid ejusmodi est ut materia: aliquam æqualitatem asserat quæ ad coagmentationem, quam lavitas adjuvat, conducere possit, & de materia educere aliquid tenue, id ad generationem calculi facere potest: nam, ut supra docuimus, requiritur aliquod agens ad coalitum istum. At calor naturalis, & quivis calor medio-

cris

eris id præstare potest: quod ratione, ac experientia doceri potest. Auctori-  
 tas Galeni est: *Urinarum crassitudo creandorum calculorum in pueris prima  
 potissimaque causa est, caliditas etiam mediocris ad spissandam materiam  
 satis esse potest. Nam & in sponte aquis calidis, etsi moderatis tepidiores sint,  
 topi concrecentes apparent. Itaque Hippocrates adiecit particulam NONNE,  
 quoniam & tanta caliditas, quam ingenitam pueri habent ad coagmentan-  
 dum aliquid facit: verum non ipsa precipue, sed materia ex qua fit lapis,  
 qualitas, ipsius compactionis causa existit. Quo ex loco apparet ea nostra  
 conjectura verisimilis esse, qua paullo ante nobis videri dicebamus. Dubitan-  
 di particulam ab Hippocrate additam esse, an quod calidiores? Ac si dicat  
 Hippocrates *οὐδὲ γὰρ ἴσθις* istius non tam causam esse calorem quam materiae spis-  
 sæ, crassæque qualitatem. Quod & Galenus apertè demonstrat: licet in om-  
 nium rerum productione habeatur potius ratio causæ efficientis quam ipsius  
 materiae. Et addebat, *post mictum*; siquidem post excretam urinam, vel post  
 delapsam eandem a renibus tanta est in fundo superfluitas, ut minimo negotio  
 cogi, aptarique possit.*

Quæstio esse possit an tam facile generari possit? Nam plerique putant: ne-  
 cessarium esse calorem ingentem qui retorreat materiam, retostam in lapidem  
 cogat. Tribus modis fieri potest, uno per modum obstructionis, ut in seni-  
 bus fieri ante ex Galeno docuimus. Quia enim multa restant excrementa, ea  
 tempore vel perse, vel a calore siccata non simul & semel, sed progressu tem-  
 poris callosam acquirunt consistentiam, & vias angustas obstruunt. Et parum  
 probabile ostendimus esse id quod a Galeno dictum est, in senibus non cogi  
 calculos, non quin adsit materia, sed quod calor sufficiens desit. Altero mo-  
 do per modum coctionis, in qua requiritur multus calor, & qui tempore  
 cogat ut materiam non lentam, viscidam efficiat, exhausto sero, quem Ga-  
 lenus in Aphorismis constituit dum loquitur de lithiasi propria puerorum pas-  
 sione: & eundem modum agnovit Hippocrates libro de aere & locis, dum  
 scribit eos calculosos fore quibus alvus exæstuat, ut paullo ante demonstra-  
 tum est. Tertium modum ex hoc loco constituimus, in quo & Hippocrates  
 & Galenus non tam recurrunt ad causam efficientem, quam ad materiam, ut  
 in pueris solam, vel præcipuam saltem urinarum necessitudinem lithiasicos cau-  
 sam ponant. Immo (ut ad quæstionem revertamur an facile generetur lapis)  
 Galenus exiguum tempus ad coagmentationem requirit, præsertim quum ma-  
 teria præsto est. Ita enim scribit, quod annotandum: *Crassities hujusmodi  
 urinariam collecta, & in unum coiens (supple in vesica, contra Fernellium)  
 quum semel aliquando non apto tempore excreta intus diutius remanserit,  
 concrescendi initium capit: principio facto facile quicquid crassi in vesicam  
 illabitur, priori agglutinatur, ut in sponte natis aquis cernitur, & in vasis  
 in quibus aqua quotidie calfit. Notanda illa particula, quum semel aliquan-  
 do non apto tempore &c.* Nam & facultas generationis, & incrementi appa-  
 ret, præsertim ubi materia idonea. Ut non sit requirendus tantus calor, non  
 diathesis aliqua patentum, ad quam tanquam ad asylum confugiunt qui po-  
 tius morborum causas rimantur, quam easdem amoliantur. Quis enim du-  
 bitat usu casei primo quoque tempore non posse cogi calculum?

Commen.  
 in apho-  
 rism. 15.  
 lib. 6.  
 Ep. sect. 3

Re-

Redeamus ad nostrum calorem. Calor naturalis coquit, unit, ad æqualitatem adducit, crassificat; nam coctio increffando fit: crassities illa inæqualitate spectatur, quum separatio est omnium partium *ἰσπορευθῆναι*. Nam sæpe quod ultima in coctione apparet, tenue magis apparet quam quod in prima: crassius tamen est, quia separatis heterogeneis partibus æqualius est. Si calor naturalis illud præstat, tantum abest ut non concurrat ad lapidum generationem, ut plurimum faciat, qua præsertim ratione increffat. Quod Galenus conceptis verbis demonstrat: *Crassam materiam in pueris tenaciorem esse quoniam magis ab insito calido elaborata est, rationabile est. Nam quæ cumque a calore coquendo mutantur, temporis progressu lentorem acquirunt, licet ab initio illum non habuerint.* Tamen contra id quod a Galeno modo dicitur objici potest ea ratio qua paullo ante eodem in commentario nifus est docere cur pueri in renibus calculum non generent. Pueri, inquit, in renibus calculos non generant, quia quum in iis omnes actiones naturales validæ sunt, humorum crassitudo funditur atque dissolvitur. Et paullo infra: In pueris quum multus calor sit insitus, & actiones firmæ, materia attenuata ad renes fertur, facile in vesicam percolatur. Ex quibus locis apparet calorem naturalem attenuare, fundere, dissolvere, nedum cogere, spissare, coagmentare. Immo paullo infra, coagmentationis causam in pueris, illius præsertim materiae quæ a calore attenuata fuit, percolata per renes, & ad vesicam protrusa, vult vesicæ esse frigiditatem. Si frigiditas coagmentationem promovet materiae alioqui a calore attenuata, si calor fundit, liquat, cur ergo & calor nativus crassitudinis auctor existit, & coagmentationis, quum contraria ei qualitas, nempe frigiditas, auctore Galeno, id efficiat? Hæc hercle subtiliora sunt. Nam Galenus adduxit primam rationem, nimirum in pueris facultates validas & calorem attenuare, ut evertat eorum sententiam qui dicebant in pueris lapides gigni ob meatum in renibus angustum. At Galenus: Si angustia hoc efficeret, potius in renibus cogerentur. At contra fit: immo dubitando ponit ne in aliis quidem ætatibus angustiam istam causam esse, sed cruditatem, & infirmitatem: quæ quum non sit in pueris tanta, non est mirum si in renibus non cogatur materia: immo eatenus eorum vis appareat quatenus valide depulsa est materia in vesicam, quæ ibi cogitur juvante quadam vesicæ frigiditate. Nam primum per comparisonem tantum vult tam validas facultates in pueris: nec vult calorem omnino fundere & attenuare: nam quum primum per modum digestionis cogitur, tunc fundit, liquat, attenuat: sed quum per modum coctionis, crassificat. Sic in uno loco intelligi debet calor ille æqualitatem crassitatemque efficere quum coquit. In altero fundere, liquare, dum per comparisonem cum aliis ætatibus in quibus vires nec calor tantus est, hoc dicitur, & dum digerendi partes tenet. Quod autem vesicæ frigiditas coagmentationis causa dicitur esse, id tamen non excludit munia caloris naturalis in coquendo & increffando. Nam frigiditas tantum ex eventu cogit, præsertim si adsit inanis capacitas in qua materia diu resideat, quod vult Galenus. Calor per se crassificat & cogit, dum videlicet *ἰσπορευθῆναι* separat, & *ἰσχυροῦσθαι* congregat. Ex dicit materia attenuata sit, ut per renes percoletur, non propterea tamen efficitur quin diucius

Comm.  
in part.  
15. sect.  
3. lib. 6.  
Epid.

Comm.  
in part.  
15. sect.  
3. lib. 6.  
Epid.

diutius versando circa eam materiam præsertim excrementosam, non illam cogat. Nam si illam assimilare posset ut in alimentum cederet, non ubique in calculum cogeretur: sed quum sit excrementum, diutius resistens eam naturam acquirit. Ex his patet calorem blandum, mitem, medicrem concretionis lapidis auctorem esse posse, quod auctoritate & ratione confirmatur.

Experientia est de aquis: in iis tepidiusculis aliquando lapides generantur: & in vasis nostratibus in quibus vulgo aqua incoquitur. Et Galenus earum aquarum duobus in locis meminit: priore quidem: *Itaque si ex sola pituita crassa & viscida subsidentia facta sit, color cinereus erit, aliorum topiorum colori similis, qui in aquis sponte calidis multis in regionibus lapidibus adnasci accrescereque cernuntur, & in vasis aliqui ubi aqua calefit.* Posteriore vero, *In calidis aquis sponte nascentibus calculi & topi generantur.* Ac dicit aliqui, non generantur nisi in aquis calidissimis. Falsum est, & auctoritate Galeni refutatam; ita enim eodem in loco scribit: *In sponte calidis aquis etsi moderatis tepidiores sint, topi concrecentes apparent:* Eo autem loco conceptis verbis Galenus docere vult non necessarium esse ut aquæ calidissimæ sint, nec calor admodum vehemens ut lapis generetur.

Comm. in  
aphorif.  
6. sect. 1.  
lib. 6. E-  
pid.

Com. in  
part. 15.  
sect. 3.  
lib. 6. E-  
pid.

Itaque ut oratio nostra terminetur: nec eorum placet opinio qui in generandis lapidibus calorem acrem requirunt: nec qui a solo calore naturali. Est enim ubi calor acer & mordax causa est efficiens, ut in picrocholis; & *Δερμονοιδος ἀγρο*. Est ubi calor blandus & mitis id efficiat longiore quidem tempore, & per modum concoctionis: alius calor acer per modum digestionis. Est ubi potius habenda sit ratio materiz, quam ullius causæ efficientis; tamen illa quoque concurrat. Sed quum materia est multa, ut humor crudus & lentus, non est mirum, nec dubitandum (quicquid dicat Galenus loquens de senibus: nam postea sui memor sententiam suam temperavit) quin etiam exiguo præsentente calore lapis concreseat. Est enim sedimentum multum, est & gluten aliquod, nempe pituita cruda, ut doctissime annotavit Hippocrates. Quod glutinum, quod adest, tantam habet vim, ut materiam aliqui divisam divulsamque coire cogique faciat, licet paucus calor sit. Et is quantuluscumque est calor longo tempore facit, id quod breviori angustioreque vegetior & potentior calor moliretur. Itaque non ubique accusandus calor acer, & propterea temperatis utendum, non ideo renibus applicanda refrigerantia, quum potius obsint, quam profint. Nam in pituitosis & præpinguibus in quibus concresecunt lapides sed non frequentius quam in biliosis (contra veterum sententiam id dico) non est verisimile calorem illum acrem, quem lapidis parentem constituunt, abundare. Sed uno verbo inquiramus, an calor acer & febrilis juvare possit ad generationem lapidis. In tetano, epilepsia, apoplexia calor febrilis coquit, digerit, evacuat, dissipat, frigus corrigit, & materiam frigidam ad æqualitatem reducit; item attenuat; & in halitum digerit. Et apud Hippocratem: *Quibus adsunt coryza, sicum febre fuerint quæ supervenerit, ea solvantur, nec relapsum habent; quæ cum febre non sunt, relabuntur, quo-*

Lib. 4. de  
morbis.

6. Epid.  
part. 10.  
sect. 3.

Ballonii Oper. Tom. II.

F

modo

modo id fit? Quia calor febrilis promovet coctionem verba: Galeni hæc sunt: *σπυρετός ἐπιγεόμενος κορυζαίς & βράγχοις βεβαωτεραν αὐτῶν ποιᾶται πέλιον*. Est ergo minime consentaneum cogere, densare, & pituitosam materiam in calculum conflare. Videtur quidem hoc probabile, verum tamen non est. Nam actio illa caloris præter naturam non minus pro se suadet & facit ad generationem lapidis, quam ad ejusdem prohibitionem; Si quidem positum est digerere, attenuare, id quod tenue est elicere: at hæc requiruntur ad generationem lapidis. 10. probatum enim est ex sententia Galeni: *τὸ θερμὸν τῶν λιθιάσων ποιῆν* debere *ἐκαταμίξει* idest, discutere, & exhalationem procurare. Quod si non sit multum contumax materia, procul dubio eam attenuabit, & in halitum digeret: alioqui conabitur quidem educere id quod tenuius, sed remanebit crassa pars; hinc calculorum provenit. Ergo ea ratione conferet ad calculos generandos. Præterea aliud est materiam in venoso genere aut nervis contentam esse, ut in morbis frigidis, & in convulsionibus; aliud in capacitate aliqua, & angustis. Nam in venoso genere, aut nervoso, quia non est coactus humor, per halitum tandem digeritur: sed dum in capacitate aliqua contentus est, diutius majore copia residens cogitur. Declarat arthriticorum tophi. Nam quamdiu humor in genere nervoso est, vagus est: quum in pyxidem abiit, tum crescit.

Ac disputationis continuata ex superioribus serie, agamus de reliquis partibus; de calculo an in renibus solum concrefcere possit, & num omnis calculi rudimentum a renibus: item an ex hominibus aliqui obnoxii sint magis calculo, & quinam illi sint. Accedit & id, cur in hominibus & viris in renibus magis, in pueris in vesica potius concrefcant. In renibus non concrefcere calculum solum testatur experientia: nam nulla est corporis capacitas in qua calculus cogi non possit. Quod non est pluribus explicandum, & exemplis illustrandum. Siquidem & ex corde, intestinis, pulmonibus, cysti cholidocho, immo ex cerebro ipso excreti visi sunt lapides. Est enim illud verum quod a Galeno scriptum est (dum loquitur de concretionem lapidis in vesica) *capacitatem, eamque inanem conferre ad generationem lapidis*, sed an rudimentum fiat in renibus ignoramus. Si in partibus reliquis corporis agnovit Fernelius primus illius opinionis asserter, quæ defendit lapidis in vesica contenti rudimentum a renibus esse, lapidem concrefcere posse, immo & in venis ipsis; cur ergo tam absurde contra omnium veterum opinionem asseveranter affirmat omnis calculi generationis principium a renibus esse? Si veteres credidissent futuros quosdam esse, qui præjudicata suæ sententiæ pertinaces defensores assererent in renibus rudimentum fieri, probavissent credo, necessario cogi posse in vesica: & ut solent, firmis rationibus suam opinionem roborassent. Probaverunt quidem & ratione caloris, & materiæ, & capacitatis ipsius vesicæ coagmentari in vesica; sed non elaborarunt in eo ut probarent primum rudimentum a vesica ipsa esse. At quis umquam putasset fore quempiam ita a ratione alienum, qui negare ausit labefactando omnia veterum decreta cogi per se & primo in vesica lapidem posse? Si in aliis partibus cogitur, non repetita prima origine,

Commen.  
in Ar. 15  
scilicet 3. lib.  
6. Epid.

a renibus, dicat cur non in vesica cogi possit & per se & primo, rudimento a renibus non mendicato? Non potior ratio videtur, immo probabilius est in vesica cogi posse facilius, quod excrementorum corporis sit receptaculum, & mucosa substantia per se frigida, & caloris vim effugiens, omnium facillime in vesica cogatur, coeat, ac coagmentetur: immo credo & facilius & promptius cogi, quam in renibus, & breviori multo tempore. Primum enim materia est, & sicubi alibi in vesica & redundat, & apparet: ac probavimus ante & ratione & experientia copiam materiae mucaginosae in loco etiam mediocriter calido cogi ac coalescere, & ex minima re tamquam fundamento aut semine per accessionem novae materiae aliquid ingens cogi posse. 11. Praeterea & locus calidus est, immo & ratione sua substantia frigidus: ad lapidis autem coagmentationem, transpirationem, concursumque caloris & frigoris ut ad lateres cogendos, plurimum conferre, veterum auctoritas jampridem confirmavit. Praeterea fieri potest ut in vesica & digestio fiat, & dissipatio tenuis substantiae, tum ratione caloris, tum ratione excretionis quae saepe fit: nam id quod exclusioni paratum est magis, cum urina excluditur. Quamquam abunde supra docuimus ex sententia Hippocratis & Galeni, in vesica calculos non cogi tam per modum digestionis (ut in renibus fit) quam per modum coctionis, idest, elaborationis, & crassefactionis, praesertim dum diutius in vesica urina retinetur, ut annotat Galenus.

Nec est quod respondeat, illud crassamentum inaequale facile a liquore urinae dilui, & per os vesicae, quod Galenus ipse fatetur amplum in pueris, excludi; sic coagmentationis occasionem tolli. Nam & ex sententia Galeni superius demonstratum est, etiam in aquis *αυτογενεσι* calculos & tophos con- crescere. Itaque aqua suo liquore non impedit generationem tophi. Qui illud est? Si lapis in vesica a rene deturbarus augetur, & illud quod apponitur vere lapis sit & crassitie, & colore, omni denique ratione: immo durior sit quam qui in renibus cogitur, ut nos experientia docet; cur non primo cogi poterit, ut rudimentum a renibus non repetatur? Eadem enim ratio videtur incrementi & principii, ut si materia & causa efficiens sufficiat ad augendam arenulam in tantam molem qualem in vesica videmus, eadem sufficiat ad generationem lapidis primo & per se. Praeterea in articulis pituita lapidescit, nullo repetito a renibus principio, in vesica non cogitur, loco ad id apto, & quia veluti corporis sentina, & quia calidus locus? Quae urinae grumosa sunt, crassae, multitudine paucae, mucaginosae, confusae, a vesica excernuntur, qualium meminit Hippocrates in suis distinctionibus, diutius in vesica retentae non generabunt tophulum, & ab hoc saepius aucto, calculum; illud credibile, scilicet. At dicet, si crassae ita sint, grumosa, paucae, renes non transibunt, & ita in illis restitabunt, & stranguriam facient, & lapidem generabunt; idque maxime in pueris, in quibus credibile non ita ampla esse vasa ut sunt & in viris. Ratio haec probabilis est, & auctoritate Galeni confirmata: *Non absque ratione* (inquit) *crasse urinae paucae sunt multitudine, ut quae nimirum vix renes pertranseant.* At bifariam respondere possumus: primum quidem, si ita crassae essent uri-

Com. in  
Apho. 15.  
sect. 3. lib.  
6. Epid.

Apho.  
69. 70.  
lib. 4.

Com. in  
Apho. 69.  
lib. 4.



nae quales paullo ante descripsimus, praesertim ita crassae dum renes pertransiunt, verisimile esset puerorum renes non posse praeterfluere, & ita illic cogi: sed crassamentum illud in pueris apparet, maxime in vesica ipsa; quod dicebat Hippocrates, *post mictum concretio*. Ac si dicat; post elapsam a renibus urinam crassamentum apparere. Posterior ratio melior est, & auctoritati Galeni adscribenda: nam commentario toties citato scribit, puerorum actiones validissimas esse, calorem multum, qui fusos per venas humores attenuet, & ad excretionem per renes praeparat, & actionum vim magnam esse quae ad exitus celeritatem facit plurimum. Idem negat angustiam viarum causam posse esse in pueris cur in renibus lapis concreascit, immo ne in adultis quidem (quod forte minus probabile videtur, & notandum est propter sequentem de viris disputationem) quo fit ut quantumvis illae urinae sint crassae, percolentur tamen: quamquam neget in pueris crassitiam esse quae hoc efficiat in renibus; sed crassamentum ipsum attribuit corpori vesicae frigido.

Itaque ne Galenus rei veritate motus cogeretur fateri illuviem istam humorum remanere in renibus angustis, nimirum ratione aetatis, asserit & eos crassos humores attenuari; & nullam angustiam esse quae hoc efficiat quod alienum videtur.

12. Sed ne indicta causa Fernelium condemnemus, licebit illius rationes in medium adducere, ac illas ad unguem exigere. *Causam calculi* (addit ille) *omnes tradunt crassum ac frigidum succum, qui cum urina per venas in vesica capacitatem influit, in qua tamquam fax subsidens loci calore exarsa statim lapidescit. At vero quid limum istud (nisi forte admodum angusta vesicae cervix) tamdiu possit remorari non video, quum & sanguinis grumus, & pus, & alia multa crassiora facile illinc profluant cum urina. His argumentis adductis, cepi aliam causam investigare, ac tandem comperi omnem calculum in vesica conclusum quoddam rudimentum e renibus traxisse, e quibus per nephriticos dolores excidens, si grandiusculus est in vesica plerumque persistit, ac illic allatarum sordium adhasu coagmentatur, quum perfectus fiat lapis. Et quicumque lapide vesica laborarunt, ii prius nephriticos dolores experti sunt. Et quoscumque calculos obtinui, in eorum medio nucleus repertus est, verum rudimentum e renibus exturbatum. Haec rationes paullo debiliores sunt quam ut a tanto Philosopho profecta videantur: immo nisi eas tamquam probabiles tantum posuerit, videtur omnis fides eis deroganda. Quod his ratiunculis conficimus. Tribus argumentis nititur probare generationem lapidis primam fieri in rene, non in vesica. Primum est: Non videtur quicquam remorari posse crassum frigidumque succum lapidis parentem, in vesica, unde concretio fiat: Est itaque probabile in rene coagmentationem fieri, quandoquidem materia facile vesicam pertransit: quod autem probabile sit non posse remorari illum succum in vesica; hoc docet, quod & pus & grumi sanguinis ab interna capacitare excernantur: Ergo multo magis succus crudus. Egregiam rationem quae propterea Fernelium adduxerit ut credat calculum in vesica contentum primum sui rudimentum a renibus traxisse. Pus, sanguis concretus, & similia ab inani ca-*

pac-

pacitate vesicæ excernuntur; ergo limus, & humor viscosus non potest cunctari in eadem capacitate, & adherere spiris vesicæ: Hoc verum scilicet. Nam eadem ratione tuus nucleus, o Ferneli, qui a rene deturbatur, & est futuri lapidis per allatarum sordium adhæsum, rudimentum, a vesica excernetur: siquidem & cervix vesicæ, Galeno auctore, & præsertim in pueris satis patens est, & non minus natura sollicitatur ad excretionem arenularum a renibus exclusarum; quam puris, aut rei alterius aliene. Et hoc argumentum contra Fernelium ipsum nititur: item & hoc. Ideo per te non remouetur glutinosus humor in vesica, quia eum ut pus, & alia crassiora probabile sit excerni: Ergo nec in renibus ipsis idem humor continebitur. Immo quia renum lapis magis fit per adhæsum arenularum, arenula autem non fiunt a tam glutinosa materia quam ille lapis qui in vesica fit, cur non quotidie exeunt arenulæ a renibus, quum ab his & pus crassum, siue ab abscessu renum excernatur (ut fere fit) siue a pulmonibus, ut Hippocrates i. Epid. annotavit, & Galenus lib. de locis affectis, in ruptione vomicæ sequatur, item & sanguinis grumus exeat: Nec enim potior videtur ratio ut remouetur potius in renibus viscosus humor, quam in vesica: aut dicat cur a renibus caruncula, pus, grumus sanguinis, urinæ abscessum aliarum partium solventes, crassæ, grumosa excernantur, arenulæ autem non excerni possint?

Ac de pure quod a renibus excernatur, ita scribit Hippocrates: *Si sanguinem, aut pus quis meiat, aut vesica, aut renum exculcerationem significat. De carunculis & capillis, postea: Quibus in urina crassa existente caruncula parua ac veluti capilli una exeunt, iis a renibus excretio fit: Et Galenus in comment. Quidam excrevit eiusmodi capillos longitudine dimidij cubiti: quia toto anno usus fuerat fabis, orobo, caseo tenero, ac sicco. Item hoc fit adulto humore in renibus, & vocatur hic morbus, capillitium. Et paullo infra, Parua caruncula excernuntur quum hypostases in urinis similes orobo excernuntur, & hoc contingit in febribus in quibus crassus sanguis in hepate, aut renibus exuritur.* Quid aduersum dicat Fernelius? Nam conceptis verbis declarat Galenus aduri in renibus crassum sanguinem, pus contineri, grumos, & excernuntur tamen; arenulæ autem non excernuntur: Itaque idem de renibus & vesica necesse est intelligi. Nisi forte respondeat: At ideo non exeunt arenæ, quia gluten est aliquod in rene, cuius opera coagmentatio fiat. Cur non & idem gluten in vesica eris, immo majus? Siquidem totum recrementum in vesicam profluit, & renes corporis quidem superioris (ut ita loquar) excrementum excipiunt: sed vesica & corporis, & renum & suum denique continet. Accedit quod quum spermatica sit pars, & frigida, dum nititur convertere in sui nutrimentum humorem, & voluptuatur urina, necessum est multum lentum frigidum crassumque humorem cunctari. Et si ventriculus ipse quatenus spermatica pars multam pituitam coacervat ex laudabilibus alimentis, cur vesica ex excrementis tota natura alienis non multum coacervabit? Ij: Nec est quod recurrat ad angustiam renum, nam si angustia renum id efficeret, non ea excernerentur tam crassa ac glutinosa, quæ supra ex Aphorismis Hippocratis excerni probavimus. Præterea si ratio Fernelii ali-

Ballonii Oper. Tom. II.

F 3

quid

Aph. 75.  
lib. 4.  
Aph. 4.

Part. 11.  
lib. 1. de  
part. 11.  
lib. 11.  
part. 11.  
3. lib. 6.  
Epid.

quid haberet ponderis; quod nimirum si pus, grumus excernatur a vesica, eadem aut potiore ratione sax excernatur, & sic tollatur occasio generandi in vesica lapidis primo ac per se: simili modo ageremus de pulmonibus, quod nimirum non concreverent capilli, ut grando (quod ab eodem Fernelio observatum est.) Nam a pulmonibus pus crassum glutinosumque excernitur, excernitur grumus crassus ac magnus; ergo potius debuit excerni quædam pars materiæ glutinosæ, quæ in grandinem verti in pulmone nata est? Atque ut respondeamus (veritatis studio, non contradicendi desiderio moti) Fernelio ita in rebus his cæcutienti, & pus, & grumus, & crassæ urinæ, & carnes, & furfuracea, & γυναιδία (ut 6. Epidem. observavit Hippocrates) cum urina excerni possunt; non propterea limus & mucosus humor lapidis parens futurus non excernitur. Non quin excernatur aliquando pro conditione vesicæ, quæ alias atque aliter affecta est, sed etiam aliquando subsistit. Quemadmodum etiam istud pus (o Ferneli) & grumus, & tua crassiora corpuscula aliquando excernuntur, sed etiam aliquando subsistunt. Unde Galenus docet sæpe supprimi urinam a grumo sanguinis ejus, præsertim qui a renibus excernitur, qui postquam in vesicam illapsus est, ibidem concrevit eidem Galeno, a pure, a carunculis, & similibus, sive a vesica sint, sive a superioribus partibus: At eadem, ut experientia docet, possunt & facile expelli, nec ullam aut ἰχθυίαν, aut σπυγγίαν, aut δυσίαν efficiunt. Itaque non est necesse illum limum excerni, sive angustum sit osculum vesicæ, sive amplum. Accedit quod fieri possit ut pus, grumus, & similia facile excernantur, non sax ista limosa & mucaginosa propterea, nam etsi & limus, & pus, & grumus, & alia id genus præter naturam sunt, tamen nec omnia eodem modo præter naturam sunt, sed alia atque alia magis. Nec alienum a veritate hoc locæ dicemus, si limum glutinosumque, ac pituitosum humorem probaverimus non tam molestum sæpe esse ut est aut pus, aut grumus, aut caruncula, aut capillus (quæ omnia a vesica excerni videmus) immo pus etiam mediocri consistentiæ sæpe potius & citius, & facilius excernitur quam phlegma admodum tenue; quoniam pus molestias majores vesicæ affert quam phlegma. Si quod pungit, acris est, hinc dysurias, stranguriasque a pure & alia re præter naturam in vesica contenta oriri videmus, a phlegmate, aut pituitoso humore non ita (nisi falsum sit): quod si ita est ut revera est, non est dubium quin & vesica magis laboret in puris & similis rei excretionem. Nam in partibus omnibus acervantur humores frigidi ac crassi, plus, minusve pro natura & conditione partis, qui alias diutius in illis residesunt, alias excernuntur, præsertim si quam sortiantur qualitatem alienam quæ facultati expellenti calcar ac stimulum addat. Itaque ratio Galeni de generatione lapidis in vesica multo potentior ac validior quam recentiorum. Secunda ratio est de colicis, nephriticisque doloribus, qui calculum vesicæ præcedere solent. Nam si omnes qui e vesicæ calculo laborant, nephritici dolores necessario exercuerunt, nec sine his visus umquam cui in vesica lapis cohereret, magnam vim id habet, & plurimum nervorum ad rationem istam

i. de loc.  
aff. cap. 1.  
ibid.

stabiliendam ac roborandam. At quot pueris lapis excisus, qui nihil tale experti sunt, sed residentis in vesica lapidis etiam incipientis signa edita sunt, nullo præeunte signo affecti renis? Et ut plerisque in renibus lapides reperti, quibus immunis a vitio & calculo erat vesica; ita & in vesica capacitate repertus lapis quibus erant sani renes, & qui nihil lapidosum præterderent. Ac si omnis lapidis rudimentum esset a renibus, fieri vix posset ut lapis ingens in vesica reperiretur, quin in renibus aut arenula, aut aliquid simile contineretur. Quod ergo dicit Fernelius, numquam in vesica repertum calculum, qui ante nephritica non sit passus: id multa observatione eger, diligenterque sigillatim interrogandi essent calculosi, an aliquid simile passi fuerint. Nam de viris quidem, & iis qui in constante sunt ætate, constat quod maxima ex parte calculos in renibus generent ob causas supradictas, & quas paullo post forte explicabimus; quos non mirum nephriticis doloribus cruciari. At pueri non ita in notitiam venire possunt, num nephritica sustinuerint: & nondum observatum a quoquam vidi conquestos esse pueros de renum doloribus, qui eos tamen non effugerent, si a renibus prima vesicæ calculi rudimenta deturbarentur. Sic dubito de illa generali propositione Fernelii quam forte ad fuscum rationibus suis fulciendum confluxit; Quicumque vesicæ calculo laborant, eos prius dolores nephritici exercuerunt. At viros forte multos interrogavit: at jam diximus aliam longe rationem esse virorum ac puero-

rūm. Tertia ratio Fernelii aliquid probabile habere videtur ut convincat omnem calculi rudimentum a renibus esse: Quia, ait, quotquot calculos manibus obtinui, in eorum medio nucleus repertus est: at nucleum istum a renibus mansisse putat. Primo non est verum in omnibus nucleum istum apparere: Revera in quibus a rene principium lapidis est aliquid subrubrum & coactum, in medio calculi apparet; quod arguit renem primum hoc rudimentum suppeditasse. Nam si id quod medium est, diversi coloris & substantiæ est ab involucro, credibile illud a rene esse, ut hoc a vesica. At non ubique ista & coloris & substantiæ varietas apparet. Nam etiam vidimus lapides, quorum involucrum durissimum erat, grandinosum, lapidosum, non album (quod necessario esset si a vesica coagmentatio alba est Fernelio) sed tendens ad fuscum: An non hæc omnia a vesica sunt, idest, & a calore vesicæ, & a materia vesicæ, non mendicata aliunde occasione? Nam quibus corpus biliosum est & æstuans, iis in vesica coagitur lapis ardore & vesicæ & totius corporis; ut auctor lib. 2. *Part. 11. de natura hum. scripsit. Quam sententiam Galenus probavit. Respondeat huic rationi Fernelius, si vesica clementi auctor est & ratione causæ efficientis, & materiei, cur non principia, causasque primas dabit? Quid respondeat Galeno de urinis crassis puerorum loquenti, quum urina crassa sunt, urina non apto semel tempore reddita, initium sit coactionis ac coagmentationis in vesica. Quasi vero hoc initium subacta, attenuataque materia non possit alia in parte fieri quam in renibus? Erroneum hoc plane; & anile. Quoties vero observamus in febribus longis & quartanis,*

& in iis qui vino gulaque indulgent excerni urinas confusas, crassas, quarum contenta sus deque lata rubent, ac si sanguinis faex quaedam ac limus esset? 16. Et in vesica tale rubens recrementum moram aliquam traxit antequam egeratur. Cur non in vesica calidiore cogi poterit, agglutinari, coagmentari, coherere, ut inde aliqua moles exigua fiat? Quod si fit, quum materia illa faeculenta, limosa, rubensque appareat, non est dubium quin lapis, aut quicquid sit aliud, a tali materia ortum habens, referat colorem ac characterem illius materiae. Ruboris itaque in calculo occasio non est repetenda ex renibus ipsis; quod placet Fernelio; sed saepe a materiei ipsius qualitate. Quamquam non negamus & arenularum, & ruboris generationem a renum substantia dependere.

†Ar. 18.

Hinc quaeri potest, si per se & primo in vesica lapis generatur, an arenularum excretio fieri debet; & si fiat, an a renibus, an a vesica ipsa oriuntur? Plerisque persuasum est non posse oriri lapidem sine arenulis; contra & sabulum & arenulas oriri posse nullo nec praesente calculo, nec sequente. Unde melius esse putant excerni arenulas, quod *συνάγειας* & coagmentationis occasio tollatur. Arenularum generatio accepta ferenda est renibus; ut ex sententiis Galeni & Hippocratis conclusum est supra. Auctor libri de natura hum. secundi, arenularum generationem ad calorem magnae venae cavae descendens videtur retulisse: quod obscure forte renes ipsos videtur indicasse. Nam quibus vena cava continet sanguinem ardentem, his renum intemperies comes est. Tamen si in vesica lapis cogi potest non solum tendens ad albedinem, sed ad subrubrum & subcruentum, ut ex materiei distinctione paullo ante explicuimus, potest aut arenula, aut aliquid simile generari, & praecedere calculi *σὺν γένεσιν*, & eandem sequi, forte non alienum erit a veritate tales urinas sabulosas dicere, ut & quae venis calcactis excernuntur, at quae renales sunt (ideest declarant lapidosam calculosamque *τῆς νεφρῶν διαθήσειν*) arenulosae proprie vocabuntur. Ita enim distinctionis gratia distinguuntur hoc loco sabulosae ab arenulosis.

Cur ergo in viris calculus potius renes occupat, & maxima ex parte nephritidos saevissima tormenta experiuntur; in pueris autem vesicam occupat potius? Quaestio haec difficillima est, & hactenus multos exercuit. Ac operae pretium est audire rationes veterum practitorum, quae praetextu pulcherrimo sese nobis ostentant, quum erroneae, ac falsitatis sint plenissima. Nam recurrunt ad angustiam vasorum, quam in viris majorem esse censent, quam in pueris: ac propterea materia calculorum in pueris ad vesicam usque penetrat, unde calculorum illic proventus: in viris autem resistit, ac haeret in renum visis, unde illic arenulae, coguntur glutino quodam, & lapis generatur. Alii, in quorum numero est Galenus, recurrunt ad naturae infirmitatem; & hoc forte nimis est verum. Quis enim dicat eos qui jam proveciores sunt, quos Galenus in comm. in particul. 6. Epidem. *Pueris post mictum* &c. *σέλεις* vocat, ita esse imbecillos, ut ea ratione in renibus haereat materia, nequeunte natura in vesicam usque deturbare. In pueris autem quum & instrumentorum magna sit mollities, infirmitas, multus humor, superfluitas magna, acque illa tanta vis ut  
potius

potius pellat in vesicam, quam in ipsis viris? Si tanta ei vis est pellendi in vesicam, cur non & foras una cum urina, quum Galeno in pueris adeo ampla sit vesicæ cervix, ut cujusque materiei crassities facile excerni possit. Quod si objiciatur Galeno sua ipsius opinio, scribit enim, *Alterantur puerorum dispositiones citissime propter corporis humiditatem, & naturalis potentia infirmitatem*: Non est itaque cur recurrat Galenus ad firmitatem actionum naturalium in pueris, quæ in viris deest. Tametsi enim concedamus in pueris facultatem coëtricem vegetam esse ob caloris naturalis ubertatem, quæ illis plurimum inest, tamen facultas expultrix quæ siccitate juvatur ac roboratur, in illis deficit; at pellere, deducere usque ad vesicam id quod ob infirmitatem in renibus subsisteret, facultatis expellentis munus est. Nisi dicat quis cum Galeno, non ad robur facultatis expultrix referri id, sed ad virtutem caloris multi qui auctore Galeno in comm. prædicto fundit atque dissolvit, quod in declinantis ætatis hominibus non fit; quia enim calor non ita multus, ideo cogitur atque coagmentatur. Sed contra Galenum retorqueri potest quod eodem loco scribitur, caloris naturalis virtutem contrarium potius effectum producere. Tantum enim abest ut dissolvat atque dissipet, ut contra ad æqualitatem reducat, cogat, inspisset: crassam materiam, ait, tenaciorem in pueris fieri liquido constat; quoniam magis ac magis ab insito calido elaborata est. Sic calor naturalis multus cogit potius quam dissolvat. Tamen quidquid fit, ex sententia Galeni aperte constat in viris lapidem in rene generari, in pueris in vesica potius. Ita enim illemet interpretatur, *post mictum, & ante mictum*: ut in viris ante mictum generetur lapis, supp. in rene; idest, antequam secreta omnino sit urina a sanguine: post mictum in pueris, idest, in vesica: postquam percolata est urina, & in vesicam lapsa est. Nam *post mictum* hoc significat, non autem actum mictus, ut falso quidam puraverunt. Itaque ex sententia Galeni videtur probabile esse, si lac non conferret ad lapidem, si adeo crassæ non essent urinæ, si tanta non esset edacitas, futurum esset ut ratione roboris facultatum naturalium in pueris, & caloris, patente vesicæ cervice, nullus esset proventus calculorum. Et illa virtus in eo elucescit, quod saltem impediatur quo minus in renibus cogantur: sed victa a crassitudine materiei, ab edacitatis occasione, juvante quoque vesicæ frigiditate ob substantiam nervosam, ut ante dictum est, in hac coagmentatio fit. Quamquam qui calor fusionis ac dissolutionis causa est per se, idem quasi aliud agens coagmentationis ac coalitus causa esse potest.

Itaque angustiam vasorum Galenus eo loci causam coagmentationis lapidis in renibus rejecit: non quin angustia non adjuvet, sed hoc vult dicere, non propterea in viris potius in rene generari lapidem quam vesica, quod meatuum adsit angustia: Nam & in pueris angustii quoque satis sunt meatus. Accedit quod inter eos qui calculis obnoxii sunt, eos numerare soleamus qui biliosi sunt, & quibus calor acer & mordax est, & aridus. At horum venæ amplæ satis sunt, ex Galeni libris de Temperamentis: & Aphorismus de iis ab Hippocrate conscriptus videtur in Epidemiis.

Qui

Commen.  
in part.  
15. lib. 6.  
Epid.  
sect. 3.

Lib 1. de  
aliment.  
admittit  
Gal. angustiam  
vasorum  
cap. de  
pane toto.  
Lib. 2.  
partic.

4. lib. 6.  
Epid.

Qui ventriculo calidi, carnes habent frigidas, & graciles sunt. Isti venosi & iracundiores. Nisi forte quis dicat venosos non appellari illo loco, quod amplæ sint venæ; sed turgentes tantum & conspicuas præ prævi sanguinis copia. Quæ interpretatio consentit Galeno: sed priore etiam modo accipi potest ex opinione Galeni in lib. de Temperamentis.

Itaque quum Galenus rejiciat vasorum angustiam, causam potius coagulationis lapidis in renibus virorum, recurrit ad infirmitatem, addens sub finem commentarii: *Porro & in adultis caseo frequentius ventibus lapides in renibus crebro generari conspeximus*. Sed hoc nihil ad rem. Ut autem libere dicam quod sentiam, mihi admodum mancus & minus videtur Galenus in ratione exponenda cur potius in renibus generetur lapis in viris, in pueris in vesica. Hoc commentatione & dignissimum est, & cognitu difficillimum. Et quum hanc aggreditur disputationem Galenus aureos montes pollicetur, sed inde nascitur mus ridiculus. Nonnullam enim operam impendit in refellendis aliorum rationibus: sed sensa mentis non reclusit. Causari enim imbecillitatem unam & cruditatem, idque dubitando tantum, in viris ut potius renes calculo obsideantur, juvenile hoc est, & tanto indagatore & demonstratore indignissimum. Ego vero causarer potius acrimoniam caloris in viris, quam quicquam aliud. Nam quum arefactionis & digestionis modo cogatur lapis in materia crassa & cruda, causa efficiens est calor acer, mordax, digerens, arefaciens, qui quoniam in adultioribus viget magis, 16. (in pueris enim est haliruosus & blandus) & præsertim in magnis venis, & in renibus; ideo ex facili & cruda materia coagmentatio fit. Quoniam vero ista acrimonia in pueris non adest, elabitur materia fusa a blando calore; sed quoniam crassitudo magna urinæ, sepositis partium excrementis in vesicam, quod fit ab acrimonia caloris in renibus virorum, non tanta existente materia, idem fit non tam ratione causæ efficientis in vesica puerorum, quam occasione materiæ. Sic in illis habenda potius ratio causæ, quam materiæ: in his, contra. Accedit quod viri vino utentes multa in renes devehunt: item varietate ciborum delectantur, caseis, leguminibus, & id genus aliis utuntur: hos autem calculis obnoxios videmus. Quamquam & *Diodesis* a parentibus orta latenter & clam nobis multum juvat.

Horum examen diligentius a nobis factum est, quoniam & ad diagnosis, & prognosin, & therapiam apprime videntur pertinere. Nam quum & locus sit diversus in quo generetur lapis, & materia diverso modo affecta sit, & causa efficiens, alias calor moderatus, alias calor acer dicatur: item & in aliis atque aliis corporibus generentur, inquirendum de iis fuit antequam legitime medicina adhiberi possit. Accedit quod diversa sunt tempora lapidis, pro quorum distinctione alia atque alia remedia usurpantur. Nam nisi hæc omnia distinguantur, eo modo quo circumforanei & periclitatores vitam in discrimen adducemus. Nemo est qui audito lapidis nomine, non statim ad diuretica, & decoctum apii, petro. canis. rubi, bardanæ, argentariæ, seu argentinæ recurrat, & in his magnum vitæ ac curationis præsidium collocet. At si corpus biliosum, si renes præcalidi, si cor-

pus

pus excrementis scatet, si lapis factus jam est, quid proficiet? Indurabitur lapis, corpus in febrem conjicietur, devehentur sordes ad locum patientem, & aliis incommodis corpus gravabitur. Quo loco subit mirari errorem Fernellii, qui omnis lapidis originem a renibus repetat per generationem arenularum, arefactionem, calfactionemque maximam; quasi vero in pueris eodem modo cogatur; quasi vero in senibus ita fiat & in pinguibus? Diversa ratio, diversi loci: ergo idea remediorum diversa. Ac ne quis parvi momenti hoc esse putet, nihilque interesse sive primo in rene, sive in vesica generetur, errat si id credit. Et aliis topicis, aliisque remediis agendum, ne temere pars remediis fatigetur, quæ nihil vitii contraxit. Si enim omnis a rene lapis, huic primo occurrendum. At quis adeo juvenis & hebes, qui in obæstioribus, & pueris ad renes currat, & non potius de vesica sit sollicitus, deque toto corpore in quo multa excrementa congeruntur? Ergo explodi debent eæ rationes quæ tam turpiter nos in ignorantiam traducere possunt: ac potius in veterum vestigiis manendum, quam cum novis neotericorum inventis errandum. Non quin posterorum labor merita laude fraudandus sit: sed iis aut est cum veteribus sentiendum, aut firmioribus rationibus nova dogmata sunt stabilienda.

In calculo spectatur generatio, transitus, & mora; Græcis, γενεσις, διεξοδος & διακοπή. Rursus aut curatio, aut præcautio. Sæpe quum formatus lapis, irrita sunt remedia, quod dum frustra aut deturbare, aut comminuere lapidem volumus, sæpe malum augemus, fusa, liquataque nova materia, eaque ad renes devecta. Quum præcautioni locus est, blandis ac lenientibus agendum, ne dum materia impetu movetur, dolores qui prius erant aut exigui, aut nulli, excitet ac irriter. Quum curationi, videtur Hippocrates vehementioribus uti, ut veratro. Quamquam dicat quispiam, non proinde sequi ut vehementius medicamentum usurpemus, quod Hippocrates hujus meminerit. Nam lib. 6. Epidem. etiam dum de puellis repurgandis agit, meminit elaterii. Sed verba Galeni satis indicant etiam intelligi posse satis validum medicamentum, alioqui rejecisset, & de leniente medicamento præscribendo cogitasset. *Juvenes, inquit, veratro purgandi, consilio Hippocratis, quum antiquus affectus est, & quasi velibus extrudendus.* Quamquam idem hoc præceptum etiam ad omnes affectu renum laborantes extendit: immo duo momenta curationis omnium morborum renum præscribit; tamen, ait, veratrum non detur ob crassorum humorum attenuationem, & corporum in renibus contentorum, vicinorumque solidorum mollitiem & laxitatem. Quod diligenter notandum.

Porro non per omnia tempora lapidis dolor est: sed dum generatur, & transit, dolor acutus, dum manet, gravis. Utrumque dolorem explicat uno verbo communi Hippocrates: *In renem dolor gravis.* Nam Galenus argute οξείαν οδύνην, & proprie βαρείαν, quum sensus cujusdam ponderis est, sub nomine τῆς βαρείας οδύνης complectitur. In eodem corpore renis & gravis est dolor, & acutus. Gravis, quum caro ejus afficitur aut obstructione, aut inflammatione: obstructione, ut quum infossus illi est calculus. *Si, inquit Galenus, carnosæ renum inflammatur, dolor gravis est ac si*

sen-

Commen.  
in apho-  
rism. 6.  
sect. 1. 6.  
Epid.

Vide cap.  
4. lib. 2.  
de loc. aff.  
Item cap.  
2. lib. 6.



*Commen. in aphor. 5. lib. 6. Aphor. Eod. Commen.* *sensus ponderis adesse.* Quod mirum est. Nam sine tunica non videtur inflammari posse ren. Quod si tunica patitur, eodem teste Galeno, acutus est. Nam proprie acutus aut quum arteriæ, aut oscilla vasorum, aut venter renis, aut tunica patitur. Idem censet de affectu hepate, contra multorum sententiam, existimantium quomocumque affectum sit hepar, sensum tantum gravitatis inesse: sed toto aberrant calo.

His ita positis, videndum quam aberrant qui omnibus calculosis omni tempore diuretica præscribunt, sanguinem fundentia, & liquantia, omnibus corporibus, omnibus ætatibus, omni tempore, nulla facta observatione eorum quæ dicta sunt. Ac primum sententia Galeni docendum quam graviter peccent plerique, qui promiscue omnibus calculosis calida, acriæque præscribant: Primum eo in capite contra omnium opinionem censet nihil eorum quæ valde calfaciunt, calculosis ullo modo conferre. Et notat historiam cuiusdam hominis biliosi calculo laborantis, cui quum Medici calida præscripsissent, tandem in marasum coniecerunt. Et ita contigit, ut motus digitorum & manuum quodammodo præ siccitate impedirentur, ita ut ossa cavum sonarent. Quod quum contigisset, alii multo imperitiores Medici paralyticon esse putabant. Galenus in crassis & pinguibus attenuantem victus rationem quidem admittit: sed quibus contrario modo affectum corpus in iis contrariæ sunt indicationes: una a corpore squalido, siccoque, altera a poro seu calculo. Hic attenuans & incidens requirit, illud tum ratione totius corporis, tum ratione intemperiei renum, contrariam rationem demonstrat. At jam demonstratum maximam partem *δερμοχοίλις*, & biliosos esse calculosos in renibus, si quid deliquerint, & a calore igneo urenteque renum calculos cogi, ut duobus locis præter ceteros demonstrat Galenus libris de Alimentis.

*Cap. de pane toto lib. 8. & cap. de caseo, l. 3. Cap. 11. lib. 6.*

Quodnam ergo operæ pretium facturos putamus eos qui speciose sua diuretica venditant? Itaque optimum consilium Galeni, in lib. de sanit. tuend. una eademque ratione & affectui & corpori est providendum. Affectui, non præscribendo eâ quæ viscosi sunt succi, ut etiam sunt carnes volatilium dominutritorum. Quod notandum. Valent autem hordeata, volatilia, pisces saxatiles. Omni a lacte temperandum, præterquam ab asinino: omnisque victus ratio ambiget inter impinguantem & extenuantem. Quod optimum consilium cui si omnes adhæreremus, non ita turpiter in multorum caput ignorantia nostra redundaret. Satis est hæc notasse. Nec enim consilium est omnem tradere rationem præcavendi, curandique calculi.

*Gal. 13. 5. de simpl.*

Tantum illud narrare oportet, cur Galenus statuens distinctionem inter arthritica & diuretica medicamenta, dixerit nil eorum quæ vehementer calfaciunt, ullo modo calculosis esse præscribendum. Nam parum sibi omnino constare videtur. Nam diuretica esse vult quæ & acrimoniam & calorem habent plurimum, ut smyrnium, petro, daucus, seseli, phu, azaron, acorus, quibus omnibus magna inest acrimonia: Omne diureticum fundit, & secernit, quod absque immenso non fit calore, ait Galenus: & propterea illa thoraci inimica, quod crassiolem redderent materiam ac contumaciorem. Sic tribus de causis adversa sunt ea quæ vulgo diuretica: primum quia calidiora & sanguinem fundunt, secundo quia idem in renibus

nibus præstabant quod in pulmonibus, nimirum fecernendo serum, contumaciorem reddent materiam; propterea interdixerat G. sanit. tuend. calculosis valde calida & acria. Tertio si Galenus acute quidem dixerat ideo menses moventia calidiora, acrioraque esse debere, facta comparatione cum lac provocantibus; quod in mammas & mittatur sanguis, & attrahatur: 17. uterus autem non attrahat, quum renes ex ceteris partibus attrahendi facultate plurimum polleant, quid opus tanto calore & tenuitate? At hæc discutienda sunt, alioqui errore non vacaremus: Quæ si a plerisque intelligerentur, non ita passim peccaretur ab iis qui quod audiverint ab anubus aliquid diureticum esse, ideo id putant conferre posse calculosis. 18. Aliud est absolute dicere diureticum esse aliquid, aliud conferre movendæ urinæ, & deturbando aut deterendo lapidi, aut materiæ lapidis incidendæ. Quod ut intelligatur, audiendus Galenus. Ille quodam loco ait: *Quum plurimam urinam ducere nitimur, acrioribus & ex-calfaciuntibus magis quam quæ sint inopærtiva utendum*. Nimirum fundentibus & liquantibus & fecernentibus, an hoc propterea vult, ut dicat hæc calculosis conferre? Nequaquam. Sed ex hypothesi loquitur, si urinam multam ciere volumus. Propterea eadem interdicit asthmaticis. Item quum alio loco loquens de acris tenuis substantiæ collatis cum iis quæ sunt crassioris substantiæ (quorum vis perniciosa) ait, *Acria tenuis substantia vim habent movendi urinas, sudores provocandi, conferunt expur-gationibus*; an ea utenda consulit? Nequaquam; sed vires eorum docet. nam alio loco illa non censet usurpanda in asthmaticis, nisi cum sorbitionibus. Et hæc ratio colligendi, venandique auctorum consilii. Nam aliud est urinam provocare velle, aliud expurgare velle, aliud calculum incidere, aut materiam tenuare. Quod Galenus ita abunde docet, Quæ renes expurgant, ea incidunt, verum larga humiditate non egent. Quæ callosas consistentias, *πρωπιδευσ ουσιας* vocant, incidere sunt idonea, & ipsa incidunt quidem, sed minimum caloris habere debent. Nam caliditas poron exsiccano contrahit, non incidit, nec dividit. Et apertius alio loco hoc explicat. Quæ non desiccant, & modice excalfaciunt, lac generant: Quæ plus calfaciunt, non tamen valenter siccant, menses cient. Utraque urinas provocant. Item & ea quæ calfaciunt & desiccant: Et proprie quæ calfaciunt & desiccant, Diuretica vocantur; non quia sola moveant urinas, sed solas, non etiam lac & menses, ut dictum est. Qui locus notandus est; nam paullo post ea diuretica quæ & calfaciunt, & exsiccant, ratione facultatis exsiccandi pulmonum morbis, & renum calculis non conferunt, ait Gal. quia nec calculi, nec asthmatici siccitatem postulant istam. Est ergo ubi diureticis locus est quum movendarum urinarum occasio postulat: est ubi aliis diureticis utendum quum de incidenda attenuandaque materia cogitatur: Est & ubi iis quæ *ωρητικα* dicuntur proprie, non *διουρητικα*, locus est, quorum vis paret in leniendo, ut est quatuor feminum frigidorum majorum, malvæ, bismalvæ: quibus omnibus magna vis est in calculorum obsidione, vel potius renum. Nam quum calor est igneus, acerque, ad ea potius recurrendum, quam ad ea quæ & calfaciendi

Gal. 13.  
lib. 3. de  
simpl.Cap. 19.  
lib. 4. de  
simpl.  
Nota.Cap. 22.  
lib. 5.

Ibidem.

ciendi & siccandi vim habent, proprieque Diuretica dicuntur.

Hæc omnia eo consilio a me dicta sunt, ut ratio convenienter cuique medendi teneatur: ne temere periculatorum more iis nos vitam dedisse existimemus, quibus nostris temerariis auxiliis non ademerimus. Illud enim dolendum ac miserendum ita sæpe contingere usu auxiliorum nostrorum, ut quum frustra pollicemur exturbationem calculi usu calidiorum medicamentorum, arenulas multas excernentes, hac inutili fortuitaque excretionem ægros recreantes, contumaciorem multo calculum reddamus. Care enim emittitur tantula hæc excretio, quam natura per se moliri posset. Multa porro remediorum exempla statuemus, quibus non est temere in quibusvis utendum: sed ad eas regulas & canones sunt revocanda, quos longa orationis serie sumus commentati.

Quum dolores urgent, valet id quod sequitur.

℞ succi amygdalar. dulcium sine igne extracti ℥ ij. emulsionis semin. 4. frigidorum major. cum aqua & vino albo extract. ℥ ij. s. fiat potus.

℞ syrup. de raph. de ζ. radicib. & capill. ven. an. ℥ j. pulv. triasani. simpl. ℥ j. pulv. lumbric. preparator. ℥ s. cum triplo decoctionis radic. aper. fiat potus.

℞ semin. milii solis, bipin. bardana, an. ℥ s. lapid. judaici ℥ j. nucleorum mespil. herba Judaica, spina burg. an. ℥ ij. cinn. ℥ s. sacchar. ros. ℥ j. fiat pulvis.

℞ vini mal. ℥ iiij. olei nucum ℥ iiij. confect. de baccis ℥ j. cum decoct. remoll. fiat chyster.

℞ rad. bard. asparag. gram. cypp. an. ℥ s. beton. bismal. totius, an. m. s. sem. milii solis, aspar. melon. cucum. an. ℥ j. s. passul. ℥ j. ficus num. 6. fiat decoct. ad quart. tria. In colat. dissol. syrup. de raphan. oxymel. scyl. an. ℥ j. sacchar. ℥ iiij. fiat syrup. in modum apozem. aromatis. ℥ j. s. cinn.

℞ rad. gramin. & petros. siccatarum & pulveriz. an. ℥ ij. nucleor. mespil. ℥ iiij. sem. melon. cucum. an. ℥ j. s. sem. mal. bard. & milii solis an. ℥ j. sacchari candi ℥ iiij. liquir. ℥ ij. florum beton. ℥ ij. fiat pulvis. Capiat ℥ ij. post usum cassia.

℞ aq. distillationis terebint. ℥ ij. utatur cum aqu. bipin.

℞ rad. cypp. gram. an. ℥ s. summit. alth. urtic. berniar. beton. an. m. j. sem. melon. cucum. an. ℥ ij. sem. milii solis ℥ j. gran. alkek. ℥ j. fiat decoct. in qua dissol. syrup. de alth. & capil. ven. an. ℥ j. s. fiat apozema.

℞ ol. de sem. lini & llior. & amygdal. dul. an. lib. ij. decoct. sem. lini, alth. melib. florum viol. sisymb. aquat. qu. suff. pro semicupio.

℞ medull. cass. ℥ iiij. axungia cunicul. ol. amygd. dul. & de scorpion. cum medul. panis dissoluta in lacte. fiat catapl.

In summo dolore inferioris partis spinæ & lumborum in colica nephritica.

℞ palea bord. ros. rubr. pi. tarsi barb. p. j. fiat decoct. in lacte. In colatur. dissol. vitellos ovorum.

℞ malv. bismal. flor. chamam. meliloti sisymb. aquatit. foliorum raphan. petros. macedo. an. m. j. rad. llior. alth. gram. petros. an. ℥ ij. sem. lini,

libris

sanogr.

ſænuſ. alth. raphan. an. ℥ ſ. fiat decoct. paſſetur. In paſſatura adde axung. cunicul. anat. an. ℥ j. ſ. olei ſcorp. qu. ſuff. fiat catap. pro pube & renibus.

℥ aqu. deſtill. terebinth. & parietar. an. ℥ j. ſ. ſacch. candi ℥ j. Cap.

℥ mitho. ℥ ſ. conſer. bugloſ. & capill. ven. an. ℥ j. Capiat bolum.

℥ conſer. capill. ven. ℥ j. electuar. lithont. diatrag. an. ℥ j. Capiat parum vini una.

℥ rad. petro. aſpar. fœnic. gran. rub. tinctor. an. ℥ j. polypod. ℥ ij. ſem. melon. cucum. bard. baſiliconis. ſaxifrag. milii ſolis, alkek. an. ℥ ij. conſerv. capill. ven. cichorii, ceterach. bugloſ. an. ℥ ij. pulver. diamarg. diatrag. raf. ebor. cornu cervi, an. ℥ j. aqua decoct. duarum perdicum, & caponum duorum, cum mica panis quant. ſuff. Fiat deſtillat.

Citria incifa duo aut tria miſceri poſſunt.

℥ ſucci corticum, raphani ℥ j. ſ. ſucci limonum ℥ ſ. ſyrup. de althea ℥ j. vini albi ℥ ij. terebinth. ulſa & pulveriz. ℥ ij. fiat potus.

℥ rad. rub. major. gramin. acetofa, aſpar. raph. petroſ. fœnic. macerat. in aceto, an. ℥ ſ. beton. adianth. ceterach. ſaxifrag. argent. an. m. j. ſummitatum urtic. agreſt. p. j. cicer. rub. milii ſolis, an. ℥ ſ. alkeken. gr. uſ. ſemin. raph. urt. mal. an. ℥ ij. fragorum. mororum. rub. irei, an. ℥ ij. ſucci ceraſorum ℥ iij. Fiat decoct. In colatura diſſol. ſacchari albi lib. j. ſ. fiat ſyrupus.

℥ ol. ſem. lini lib. j. terebinth. ℥ j. ſ. mellis roſ. ſacchar. rubr. an. ℥ j. Fiat chyſter.

℥ parietar. beton. fœnic. alth. gallital. alk. an. m. j. radi. cypp. petroſ. macedon. bard. flor. geniſ. an. ℥ j. ſ. milii ſolis, rad. althea, glyc. an. ℥ j. fiat decoct. ad lib. j. In colat. diſſol. ſyrup. de biſm. de raphan. & oxymel. ſimplic. & ſcyllit. an. ℥ j. ſ. Fiat apozeſma. Item catapl. ex pariet. berul. petroſ. maced. caulibus malv. biſm. ſemin. lini, ſænuſ. rad. lilior. floribus mel. chamam. piſtatis, addita axung. gall. porci, cum ol. amygdal. dul.

℥ coral. utriuſque, cinnam. margar. elect. cornu cervi, an. gr. iij. ſyrup. de limon. oxyſ. ſimpl. an. ℥ ſ. aqu. bugloſ. & card. ℥ iij. fiat.

℥ ſyrup. de raph. & alth. an. ℥ j. aqua acetof. & chamam. an. ℥ i. ſ. fiat doſis.

℥ enul. camp. mund. ℥ iij. coque in duabus libr. vini albi, donec ad ℥ xij. redeat. Capiat quotidie unc. duas pro doſi, cum ℥ ſ. ſyrup. de raph.

℥ conſer. roſar. ſymphy. an. ℥ ſ. margar. elect. cinnam. cornu cervi, coral. rub. an. gr. iij. trochiſc. alkek. ℥ ſ. cum ſacch. roſ. fiant tabelle.

℥ alth. tot. foliorum acetof. an. m. j. ſem. melon. geniſ. gallit. aſp. an. ℥ ij. ſem. milii ℥ j. ſ. rad. lepat. acut. cichor. an. ℥ ſ. pulp. ramarind. ℥ ℔ hordeip. j. florum geniſ. p. ij. fiat decoct. ad ℔ ſ. In colat. infunde caſſ. non mundata ℥ ij. ſ. bulliant parum. In expreſſ. colat. per ſetaceum diſſol. ſyrup. de alth. hyſ. & oxymel. ſcyll. an. ℥ vj. ſacchar. cand. ℥ ij. fiat apozeſ. clarif. aromatiz. ℥ ij. cinam. pro duabus doſib.

Litus ex mucaginibus & adipibus prædictis in magna quantitate valet. Et quia imbecillior redditur ventriculus, ſub horam ſomni valet ſyrup. de abſynth. cum aqu. card. & ſcabioſa, iteratus ſæpe.

℥ deſtillat. Oper. Tom. II.

℥ ſuc-

℞ succi granat. succi limon. & vini albi an. ℥ s. ambr. gris. gr. vj. fiat potus: Item bolus cum theriaca & mithridat. & syrupo de papavere.

℞ terebinth. ℥ iij. zedoar. pulv. ℥ j. cum diatrag. frig. fiat bolus.

℞ mal. utriusque, pariet. florum genist. an. m. ij. nasturt. capill. ven. m. s. calamenth. an. p. j. cicer. rubr. ℥ s. fiat decoct. ad ℥ s. In col. dissol. syrup. de althea & de 5 radicib. an. ℥ j. s. mili solis pulver. ℥ i. s. fiat julep. capiat in exitu balm.

Limatura ligni sancti non est aliena ab usu in lapide, praesertim ad tenuandam crassam materiam qua eum committit. Ideo olim hic syrupus commode praescriptus est. ℞ limatura ligni sancti quart. j. corticis ejusdem ℥ j. macerentur per horas duodecim in aqua fluvialis lb. iij. deinde adde polypp. ℥ ij. rad. enul. camp. sicca & contusa ℥ s. fiat decoct. ad medietatis consumptionem. In colatura depurata infunde folior. sene ℥ iij. fructus alkekengi in vino albo per noctem temperatos num. 20. turbith. ℥ s. bulliant. serventur ad usum.

℞ sem. saxifrag. glic. an. unc. s. sem. carvi, genist. petros. macedon. daucibrus. aspar. levist. anisi, junip. ruta, sesel. siler. mont. acor. baccar. laur. an. ℥ ij. azar. carpopal. cass. lig. granorum hedere, sanguinis hirci prepar. xylaloes an. ℥ j. s. lapid. lycis ℥ ij. zinzib. turbith. an. ℥ ij. folio. sene ℥ j. Fiat pulvis, de quo fiet electuarium per tabellas pondere unc. s.

℞ rad. intyb. oxal. gram. aspar. brus. polypod. sem. carth. uvarum damasc. an. ℥ j. bipinel. adiant. trichom. lupul. aspar. mal. pariet. an. m. j. agrimon. beton. holeriana, vorag. buglos. an. m. j. fructus halicac. nu. 12. semin. 4. frigid. major. apii, saxifrag. petros. mili solis, althea, an. ℥ ij. florum spart. violarum, anthos. an. p. s. florum chamam. p. j. Elixentur omnia artis ordine. In colat. ad lib. j. dissol. syrup. de radicibus de alth. & raphan. an. unc. j. Fiat apozema in 4. doses: adde myxariorum zizyph. an. nu. 14.

℞ rad. althea, acetosa, petro. an. ℥ j. s. corticis burg. spine ramusculorum ejusdem, limatura ligni sancti an. ℥ j. cort. rad. capp. ℥ 8. anisi, feniculi, lithosper. hypericonis, sem. cucum. cuscute, citrii, an. ℥ iij. folior. alth. m. 4. beton. violar. malv. utriusque, adianti albi, asplenii, cuscute, an. m. j. intyb. sativi, latifolii, seridis, eupatorii, an. m. s. passul. integr. zyzipho. num. x. fructus halicacabi num. xxx. florum beton. hyper. mal. alth. vel cichor. an. ℥ ij. fiat decoct. ad lib. duas, in colat. dissol. sacchari albi lib. j. s. syrup. de lim. acetos. simpl. an. ℥ ij. fiat syrupus.

℞ rad. maratri petroselini an. ℥ j. s. ghyccyr. ℥ s. pass. mund. cicer. rub. an. ℥ j. s. sem. anisi macedon. ameos, mili solis, an. ℥ iij. fiat decoct. in vini albi veterrimi, & aqua an. partibus aequis, ad tertia partis consumptionem: dulcoretur oxymelitis diurectici ℥ iij. Capiat singulis matutinis.

## A N N O T A T I O.

1 Non omitti debet illud quod Gal. scripsit in comm. lib. 4. Aphorism. de grumo sanguinis, & capillamentis, praesertim quibus fuit esus fabarum & orobi.

2 Non solum alimentorum varietas confert ad cruditatem, & proinde ad generationem calculi, sed etiam aquarum. Quod minus probabile videretur; siquidem aquae nil corpulentum habent cuius occasione concretio fieri possit. Tamen eam aquarum varietatem conferre ad generationem calculorum, Hippocrates primus scripsit lib. de aere, locis & aquis, quum scribit eos calculo obnoxios fieri, qui aquas bibunt de magnis fluviis, in quos derivantur alii. Nam, inquit, aqua aquae similis esse non potest: ac necesse est praevalere praeter alia. Unde concludit ex ea varietate magnum sequi incommodum. Et quod de aquis dicitur, idem de esculentis intelligi potest. Itaque magnus debet esse defectus aquarum & ad praecautiorem, & ad curationem calculi.

3 Quum hoc scribat Galenus, miror quod in mentem venerit Gorrao Medicarum Definitionum auctori, ut interpretans τὸν τῆν ἀδελφικὴν dixerit athletas ut robustiores evaderent, solitos assumere cibos quoslibet, nullo ordine, nulla lege. Hec enim pugnant iis quae dicuntur a Galeno.

4 Attendere oportet ad locum qui scriptus legitur lib. de flatibus, apud Hippocratem, quo explicat qua ratione fiat ut ciborum inaequalitas seditiorem & tumultum in ventriculo faciat.

5 Pus quod a renibus & superioribus manat partibus, & a vesica, in hoc distinguitur, quod pus a renibus manans totum, toti urina confusum est & refractum in partes ob viae longitudinem. Quod a vesica, ut a loco propinquiore quodammodo est integrum & totum, & in se conglomeratum coactumque, quod Graecis dicitur ἀδρῶν, sive ἀδρῶν ἐκκεδέν. Ita Galenus in libris de locis affectis distinguebat dejectiones dysentericas a superioribus aut inferioribus intestinis, quaeque ab his forent, pus contineant non admixtum: Contra iis sese habentibus quas superiora intestina excreverunt. Hoc praeterea abunde explicat Galenus comm. in Aphorif. 35. lib. 7. Quibus insidens pingue & simul totum, ἀδρῶν Graecis, iis renum vitium acutum significatur. Comparatur enim urina colliquativa partium superiorum, cum urina colliquativa renum, & vesicae, si ita lubet. Nam quando adeps cum urina a partibus rene superioribus excernitur, is paulatim nec simul totus excernitur; sed quum a renibus est, quia breviter fit excretio, simul totus est. Et hoc est signum διαρρωστικόν.

6 Galenus comm. in partic. 6. sect. 1. lib. 6. Epidem. textum hunc probat, & conceptis verbis exponit eo modo calculus in renibus gigni posse, qui ab Hippocrate est praescriptus. Quamquam probat magis ab aresacta pituita cogi ac concrecere.

7 Aphrodiseus vult & senes & pueros calculis magis obnoxios, problem. 41. sect. 2. sed hoc minus verum est praesertim de senibus. Inter cetera occurrit locus in Coacis adversariis quo scribit Hippocrates a quadragesimo anno ad 63. non fieri strumas in senibus, nec lapidem in vesica, nisi prius

Balloni Oper. Tom. II.

G

est-

existat. Ubi utitur verbo γινώσκω, quod fieri, generarique significat. Ergo contra Fernelium, lapis fit in vesica.

8 Si quis putet illud μετ' ἀφροδισίων intelligi quum urina e vesica excreta est, nimirum reliquo excremento in vesica remanente tamquam lapidis materia, illud probabilitatem habet. Sed magnam habet difficultatem quomodo intelligatur illud ἀπὸ ἀφροδισίων. Si enim nomen ἀφροδισίων sumatur pro actu menjendi, in utroque loco, videtur hic sensus minus quadrare. Nam dicere ante mictum fieri concretionem in viris ( ut Galenus vult ) idest ante actum menjendi; hoc ut nil verisimile habet, ita nec dignum est ingenio Hippocratis: ideo melius interpretari oportet utrumque, ut hoc loco sumus interpretati.

9 Quis enim dubitat quin quidam in renibus calorem habeant ex even-ru, quod carne sint densa, compactaque? Atque impedimentum diffilationis, caloris est augmentum. An tunc refrigerantium usus tutus est?

10 Et Galenus 9. Method. cap. ult. citra calorem non potest digeri in halitum corpus ullum manente substantia compacta. Non tamen per calorem omne, sed quod aptum est in halitum digeri, ut humidum.

11 Nam Galenus ultimo cap. lib. 9. Method. lapidum substantia constans stabilisque propter siccitatem, & frigus est. Sic & materia ipsius frigiditas, & aliquantula vesica frigiditas non potest non conferre ad generationem lapidis. Sed de renibus potest dubitari. Nam in calidissimis coguntur lapides tantum, ut omnes volunt.

12 Non est æquum, ut aliquis videatur doctior, aggredi clariores & doctiores sine causa, vel ut detrahatur eorum laudi, vel ut ambitioni nostre satisfiat. Itaque si quando excusare nos velimus quod in Fernelium scribamus, accipiendum erit exordium libelli Gal. adversus Julianum, inter libros extraordinarios.

13 Hac in pagina docemus in multis corporis humani partibus calculos posse generari: quod tamen impugnat Galenus. Et mirum, tantum virum hoc non observasse. Ille cap. 5. lib. 1. loc. affect. disputans de iis affectibus qui his aut illis solis partibus contingunt, ait suffusionem solis oculis contingere, & lapidem solis renibus & vesica: quamquam ex quorundam opinione dicit in colo nonnullis lapidem reperiunt esse.

14 Quidam appositæ & contra sententiam Fernelii dicunt colorem arenularum & lapidis non indicare locum in quo generatur lapis, sed potius materiam ex qua. Fieri enim potest ut in vesica rubens materia cogatur.

15 Contra Gal. cap. 5. lib. 1. de locis affect. ut ramentum ulceris signum da, ita & sabulosa urina lapidis sunt argumentum.

16 Dicimus in vesica fieri lapidem, in renibus calculum & arenulas. Lapis, quia quod est durius & grandius, locum tenet medium inter arenulas & calculum. Nam materia lapidis durior est quam arenularum & calculi.

17 Mirum cur hic dicat Galenus uterum non attrahere. Nam Hippocrates lib. de vet. med. ait vesicam, caput & uterum semper attrahere, & plena esse humiditatis.

18 *Disputationem de diureticis, menses moventibus, & lac generantibus, Manardus prosequitur epist. 5. lib. 11. Epistolarum.*

## CONSILIUM XXXIII.

### De Epilepsia.

**A**DMIRABILES naturæ conatus sunt in morbis profligandis. Nec enim solum depulsa longe materia natura solatium quærit, sed sæpe excussa in partem ipsam affectam materia. Quod ne cui mirum videatur, huc celebris historia Equitis Torquati pertinebit. Hic quum crudelissimis Epilepsiae insultibus sæpe decuteretur, suppetias nulla ex parte nactus est. At quod sua prudentia & consilio ars medica non consequitur, id instinctu solo bruto natura aptissime contigit. Nam eum furibundum reddidit, furendi tandem & brevi tempore finis fuit. Ab eo tempore epilepsiae molestias non sensit. Et illud est quod scriptis celebravit Hippocrates, *Epileptici sunt melancholici, & contra.* Sed illud majore admiratione dignum videtur, quod ab Hippocrate scriptum est, *A furore difficultas intestinorum, vel aqua intercus, 2 vel mentis alienatio, bonum.* Quomodo fieri possit ut mentis alienatio furori succedens, bonum sit, & furendi finem faciat? Nam alienatio mentis furoris videtur, & revera est incrementum, ut etiam asseverat Galenus. Item mentis alienatio, continuus definitur & vehemens furor: Ergo tantum abest ut bonum signum existat, ut contra, pessime ægrum furentem afficiat. Mentis alienatio *ἐκσασίς* Græci vocant, fit confertim lato humore bilioso per omnes partes cerebri. Et quum aliqua ex parte affectum esset cerebrum, unde furor simplex adesset, conatu ipsius naturæ, orgasmo ipsius materiæ *ἀπὸ τῆς μανίας* succedit *ἐκσασίς*, quod quodammodo criticum est. Nam si natura valida est, si cerebri temperies bona, & quæ ab impetu pessimi illius humoris tantum sit alterata, non autem alienata; futurum est ut brevi tempore sequatur solutio furoris. Ita nimirum in morbis acutis (ait Galenus) terrificæ symptomata ac vehementissima subito oborta crises salutares invehunt. Sæpe enim id quod imperitæ stoliditati terrori est, bona spe nos consolatur. Hoc notatum volumus, quod Commentarius Galeni ea de re scriptus admodum obscurus sit, & mancus.

## A N N O T A T I O.

1 *Simile quid in Coacis. In furiosis convulsa accedens solutionem facit.*

2 *Mirum quomodo aqua intercus furori succedat. Nam materia furorem faciens pauca est & biliosa, quomodo hydropem accersit? Notatu dignum hoc est. Quemadmodum & nos epilepticum piscatorem factum observavimus, qui esset hydropicus, a translatione materia ad caput. Nec interit tamen; quamquam dicat Galeni praeceptor Hippocrates, Ab hydropicis epileptici,*



leptici, perniciosum, in Coacis. Tamen in libro de locis in homine apud Hippocratem legimus a cerebro hydropis generationem aliquando pendere, quod sit materia quadam in cerebro contenta, in eo quedam excitans symptomata, in partes inferas feratur, potest in his aut hydropem, aut quid simile accersere. Non quod inde hydrops proprie dictus consequatur, sed species hydropis, aut tympanites, materia nimirum existente furibunda & flatuosa. Quidam ut istum aphorismum excusent, dicunt non legi ἰδρῶς, sed ἰδρῶς, idest sudor. Et Hippocratis locus est praclarus, secti. 5. lib. 2. Epid. ubi annotat quomodo epilepsiam mania solvit.

## CONSILIUM XXXIV.

## De Alvi fluore.

**I**N morbis multa contingunt, quorum obscura ac implicita est adeo cognitio, ut acutissimorum Medicorum aciem eludat. Quod non modo in acutis usuenit, in quibus exiguis intervallis magnae mutationes incidunt, sed & in longis, immo in longis tantae saepe occurrunt difficultates & latebrae, ut licet eorum, auctoritate Galeni, causa sit fixa stabilisque, sub obtutum tamen oculorum non cadant, nec mente comprehendantur. In ejusmodi autem, meo quidem iudicio, plus natura quam ars potest; ut non sit mirum si olim Chiruriam licet artem mechanicam, praeclearae arti Medicae pratulerint, immo hanc praec illa nihili duxerint. Quinetiam Chirurgiae evidentem profectum esse volunt, quod ea quae manu administrantur sese offerant ac promittant. In medendi arte, quae ratione & agitatione assidua mentis nititur, fortunam dominari contenderunt, quod in longis morbis si quid voto respondeat, id naturae, quae temporis flexu cursuque morbi victrix est, attribuendum sit. Nam quod ars uno veluti impetu agit, id natura cunctando ac tardando felici successu consequitur. Tamen ut arti nimis multum attribuere, quum in multis manca sit, ac deficiat, vitio non caret: ita tantum ei detrabere ut nil possit ipsa per se, errore non vacat. Atque ut quae paullo ante dicuntur generalius, in angustum cogantur, exemplis appositis magis elucebunt. Eorum autem explicatio ac enodatio magnum ad bene medendum adjumentum afferret. Ita enim & morbi longitudinem artificiose praedicemus, & non frustra medicamentis aegros exercebimus, quum materiae mitificatio expectanda sit. Miratus sum saepe aegros conqueri de dolore ad orificium stomachi, cujus doloris circumscriptio brevis admodum est, nec explet latitudinem duorum digitorum. Purgationibus non juvantur multum: vomituriant: pulsum habent languidum: corpus pigrum ac iners: noctes insonnes ducunt. Ventre plurimum sunt adstricto, immo praec dolore superior pars hiat: inferior adstringitur. Superioribus paginis annotatum est de quodam, cui dolor fixus erat ad regionem stomachi, quem nulla fere arte sedare ac compescere potis fuit. Plura illo loci sunt legenda. Non ita pridem Piscator post arumnas aliquot & labores incidit in febrem fere ty-

pi cx-

si expertem. Sæpe leipothymia prehendebatur. Quadraginta pene dies laboravit: summa virium ruina: partium extimarum refrigeratio. Hinc alvus subducta est excrementis modo liquidis, modo chylofis, & mucaginosis. Incredibile dictu. Tribus aut quatuor diebus tres & quinque pelles satis capaces implebat. Non allevabatur, Perpetuo alvus, sive ventriculus ei laborabat. Profluvium hoc alvinum nobis videbatur veluti leventericum a mucaginosis humoribus, corrupto chylo, ac forte totum corpus exonerabatur modo roborato ventriculo, modo rhabarbari usu allevabatur. Et quum cogeretur ad prima munia redire ob egestatem, agebat quidem sine decumbendi necessitate: tamen & pallor, & sitis, & partium imbecillitas remanebat, immo & dejecta appetentia. Quæ omnia morbi relapsum ob reliquias designant. Percipiebatur dolor ad eam stomachi regionem quam prædiximus. Tandem provocato vomitu, & alias sponte naturæ excitato, excreta sunt biliosa, viridia, glutinosa admodum, & quæ in longum ducerentur facile. Sic allevatus est. Ubi locorum tanta materia copia continebatur, an in ventriculo fieri non potuit: sed in partibus vicinis ventriculo, a quibus tandem a natura victus, quum alioqui coerceretur in angustiis, ad eam capacitatem raptus est humor, hinc doloris sedatio aliqua contigit. Robertus Sangermanus Regi a secretis, dolore intolerabili cruciatur: colicam falso putabant. Erat conclusa materia eo modo quo in superioribus æruginosa, acris, præsertim æriminas, & mæstitiam secreta: dolores repetebant ex intervallis: non eos ferendo. Medici rati colicos esse dolores, calidissimis illum frustra exercebant: & quoniam vomebat perpetuo, stypτικά foris admovebant. Alij postea mitius egerunt, & materiam illam efferam sibi aliquam cystin machinatam fuisse crediderunt: ita blandis ac temperatis utentes medicamentis, educta vomitione est bilis vitellina, purtris. Allevatus est, & sanitati restitutus. Eum morbum rarissime in homines invadere dicebant. Tamen Fernelius tale aliquid sub finem febrium & morborum typicorum contingere asseverat. Item vidua in claustro Ecclesie Parisiensis commorans, mater D. Ellenii clarissimi collega, quum ægre conjugis sui vicem doleret, præ marore in morbum incidit qui clarissimis Medicis admirationem excitavit. Expers erat febris: Ex intervallis sentiebat aliquam auram venenatam ab infimis partibus tiliarum, deinde stuporem: tum dolores ad ventrem superiorem a ventriculi regione fere ad umbilicum paulum ad lienem declinando: tunc sine voce & respiratione decumbebat: cum sudoribus, defectione pulsus, palpitatione. Duodecim horas paroxysmus perseverabat. Morbus hic annum & plus eo afflixit. A paroxysmo erat satis alacris, sapor & gustus toto morbo aderat quasi æruginem & æs degustaret (quod notandum). Difficilis admodum fuit investigatio illius morbi. Quidam ex Medicis affectionem hysterica putabant: alii relictum esse aliquid ex purgamentis ab aliquo partu. Alii contorsionem uteri esse. Consultæ obstetrices. Tentata & explorata res est: nihil omnino alienum in illis partibus inventum est. Tamen quotidie per mesenchyma injecta sunt uterina. Per os, aqua vitæ aromatizata cinnamomo.

momo. Nil profectum est. Ex Medicis oculatior fuit unus, qui primam  
 mali originem ab utero non repebat: sed aut dicebat suspensionem me-  
 lancholicæ hypochondriacæ, aut conclusam putrem, malignam & venena-  
 tam materiam in hypochondriis & partibus vicinis ventriculo, quæ non  
 ita cito, sed tempore vomitione excludenda foret. Nec aliter contigit. Nam  
 quum diurnitatis morbi omnes pertæderet, consultum tandem est, ut  
 recreatis paulum viribus mane injiceretur clyster acris: tribus post horis,  
 cassia daretur. Natura irritata, sursum deorsum excrevit. Sursum quidem  
 æruginosam, pallidam, ac varii coloris bilem, & mixtos alios humores  
 adeo insigniter corruptos & fœtentes, ut nemo odorem ferret; immo lo-  
 cus totus inquinatus est. Ab eo tempore allevata. Tamen perseveravit al-  
 vi fluor continuus decem diebus. Ac plerosque alios pari modo affectos  
 vidimus, præsertim de orificio ventriculi conquærentes. An ubi dolor, ibi  
 morbus? Nequaquam. Id est, non est existimandum in illa tantum parte  
 latere humorem: sed quum humoris pars in eam partem sese insinuet,  
 alia hæreat in vicina, in illa maxime parte sensus tristes percipiuntur, in  
 qua exquisitior sensus est. Nam fere fit ut eadem causa partem unam  
 occupante, ejus partis non tota moles patiatur: sed in ea maxime parti-  
 cula dolor viget, in qua exactius sensus judicium. Ac (ut curationis ear-  
 um rerum momenta attingamus) in ejusmodi morbis duo maxime viden-  
 tur præstanda, ut leniter & blande cum ægris agamus, & per intervalla  
 tantum. Quoniam quanto magis annitimur eam materiam amoliri, tanto  
 contumacior redditur materia: immo id consequimur quod docte admo-  
 dum scribit Hippocrates 4. de Diata acat. Qui inflammationem medica-  
 mentis nititur demoliri, tantum abest ut aliquid agat, ut & partem in-  
 flammata irritet magis, & partibus sanis vicinis colliquationem conciliet.  
 Quid agas igitur? Sequendum est Hippocratis & Galen. consilium: Illius  
 quidem, *Costa, non cruda movere oportet.* Hujus vero: *Quum natura  
 causis morbificis obruitur, estque humorum cruditas, non potis est quicquam  
 salutariter excerni.* 4. Quod utrumque consilium hodie nihili penditur:  
 quia ne nihil agere videamur, remedium inutitium, id præsertim tem-  
 poris, copia misere ægros torquemus. Sensim atque sensim progrediendum.  
 Et tamen in illis morbis fixis magnam vim demolientem requirat, id do-  
 cte dictum est, sed bifariam intelligi debet. Magna vis demoliens requiri-  
 tur, tempore & loco, nimirum præparato & tentato prius corpore, &  
 meatuum libertate comparata. Quod consulit ubique Galenus. Immo in  
 calidis etiam morbis non videtur omittere decoctum hyssopi & origani.  
 Vel alio modo, id per comparisonem intelligi debet. Nam illo loco lo-  
 quitur de illis morbis qui eadem hora sæpe reperunt, quorum quum cer-  
 ta sit sedes, & fixa in illa materies, non est dubium quin validioribus  
 medicamentis utendum sit, supple, quam in illis morbis in quibus orga-  
 smo incitatur materies, & nondum loco se conformavit. Ita nimirum me-  
 lancholicos *ad potèpius* 5, id est, valida manu, expurgandos, incitandosque  
 consulit Hippocrates. Et tamen in febribus quartanis, & aliis morbis,  
 quos nemo negaverit esse melancholicos, consulit idem Galenus mitissimè  
 agen-

agendum initio, ne si irritetur materia, efferetur magis, & morbus augeatur. Quod nos sæpe experientia observavimus. Alia ratio medendi est, ut vomitu excludatur, si fieri possit, materia. Nam quoniam ventriculus afficitur, & materia tenet obsessas modo indicibili partes vicinas ventriculo & heni, non est dubium quin vomitus multum conferat. Et sensim atque sensim parandus est humor, ut excludatur vomitione: Ut non sit mirum, si veteres sæpe vomitiones præscripserunt ad primæ regionis evacuationem, quum illarum magna sit opportunitas, ne tam commode materia angustis viarum conclusa per intestina non referatur. Nec ad unguem capienda Hippocratis verba, *Qui dolores supra diaphragma, &c.* Nam & ventriculus infra diaphragma est, & gibbæ hepatis, & tamen sæpe magno profectu vomitione juvantur, exclusa materia quæ in illis partibus continebatur. Sed accuratius aliquo loco mihi visus est Galenus philosophari, qui totum corpus in duas partes partivit: ut una dicatur superior, cujus major est dignitas, alia inferior, cujus minor excellentia. Inter partes superas censet gibbas hepatis ob excellentiam: inter inferas, ejusdem hepatis sinus. Ut ab auctoritate & decretis Galeni non discedamus, si dixerimus per partes diaphragmate superiores (ut vocat Hippocrates) paullo latius intelligere nos posse eas partes quæ a Galeno dicuntur superiores, inter quas & ventriculus totus, & gibbæ hepatis censentur. Itaque illæ partes vomitione exonerabuntur. Etsi enim Hippocrates dicat diaphragmate superiores per superiora purgandas, quis dubitat tamen ophthalmiam fluore alvi non juvari: & nos ad imitationem naturæ alvum sollicitare posse? Item licet melancholici propter inclinationem humoris per inferiora purgandi sint, quis dubitat & fanaticos, & quartanarios, & elephanticos non & curari, & juvari plurimum vomitione? Quod & Paullus, & Galenus, & Aetius asseverarunt. Itaque non ita ad unguem exquirenda dicta Hippocratis, quamquam non ab eo temere dictum scriptumve sit: sed in plerisque communis sensus versatur, tamen & ratio, & experientia aliud fieri docent. Quamobrem non abs re summus Hippocrates dicebat similitudines & dissimilitudines morborum bonis & eruditis Medicis sæpe imponere. Nam symptomatum varietate ludimur, & excrementa morbum alium pro alio supponunt. Ut in prognosi institucunda præcipientes nimium esse non oporteat, nec in eadem securos & tardos: E medio enim quempiam tolli non prædicto morbi exitu, quum præsertim historia morbi integra cognita est, Medico dedecori vitioque verti debet: ut & calumnia non vacat metu ægros terrere, & omnia periculi plena asseverare. Quamquam propter ægrorum nostrorum intemperantiam vereri potius debemus, quam imprudenter esse securi. Existare potest historia nobilis mulieris. Illa ad mensem Februarium in tertianam febrem infectissimam, & gravissimis symptomatis fetam. Concutiebatur admodum. Corpore erat bilioso, parum carnoso. Undecima accessio non fere apparuit, amuletorum usu intercepta. Ab eo tempore sitis ingens, vomitiones bilis meracæ. Lingua prærubra: dejectiones liquidæ. Alvus nonnisi & clystere & medicamento simul exhibitio movebatur. Virium prostratio:

jectigationes: satis placidus somnus ex intervallis: a refluxu bilis in ventriculum animi defectiones. Exhibitum medicamentum validum: eodem die injectus clyster: nocte consequente interiit.

6 Fallebantur plurimum Medici: Et ejusmodi error in multis contingit idem. Nam sæpe subesse glutinosum, viscidum viridemque humorem in cavis hepatis falso comminiscuntur, unde febrem feveri existimant. Sed errant fœdissime, & incommoda agrorum pessime peccant. Dum enim hoc commento decipiuntur, misere exercent ægros validis medicamentis, & ita capitis periculum creant. Nam dum subest exiguus humor, qui tempore naturæ gratiam recuperet, non est quod ita ægros nostros consistemus, & de iis ita pessime mereamur. Et multos ita observavimus iisdem fere diebus mortuos quibus medicamentum sumserunt: immo sit ita: lentus est humor, an propterea ita agitandus? Nam non est dubium quin ex sententia Hippocratis ducatur medicamentum id quod tenuius est, remanet quod crassum, & contumacius redditur multo.

Medici ita putabant illam mulierem reclusa continere pituitosa excrementa, quibus nisi educatis, non consequeretur sanitas. Lingua squalida erat & prærubra, luridi dentes, quod incendium summum denotabat, & sitim vix inextinguendam. Paucus erat humor, & erat talis, qualis est rubra bilis. Quidam dicebat lentæ hujus febris materiam in parenchymate & venis hepatis conclusam, & tunc dolor non sentitur nisi gravis: quod si externam potius faciem hepatis occupat, dolor tunc sentitur: hinc œdematosum quodammodo fit hepar, & a solutione hujusmodi œdematis sequitur hydrops, aut simile aliquid. Quod in plerisque verisimile est fieri, qui de repente in hydropi similem affectum incidunt. Et hoc in morbis longis usuvenit. Nec desinunt multum mehere. Resolvente hepate humorem, qui, si per squalorem cutis non possit excuti sudore, per urinas secedit. Et hæc mulier multum mehebat. 7 Et nihil allevabatur. In tribus peccabant urinæ. Plures erant, crassiores quam pro natura morbi biliost. Nam in hoc non est bonum ita crassas apparere urinas: item ardentissima & admodum confusa, 8 quod colliquationem designabat. Dejectiones exhibito medicamento erant colliquativæ, non fœtentes, quod pessimum fuit signum. Nec longe post secuta mors. Quum vidissent ejusmodi dejectiones Medici, a medicamento abstinere debuerunt: quanto plus cura impenderetur in purgando, tanto majus colliquationis periculum afferebatur.

Ego vero tam subito mortem obrepisse conjicio ob medicamentorum vim & efficaciam. Nec enim probabile fuit multos subesse humores, quum corpus ita aridum esset, exsalsatum, & parum caperet alimenti. Avocare a medicatione debuit marcor, squalor. Tota cura in alteratione impendi debuit. Et quoties tale aliquid contingit, præparcos in medicamentis nos esse oportet. Afferimus enim tantum colliquationem partibus, illudque contingit quod scribit Hippocrates: *Si quis inflammationem amovere nititur medicamento, non proficit quicquam, & contrariis partibus affert.* Non est itaque negligenda animadversio illa corporis ægrotantis

ne falso aliud pro alio supponentes, misere aegros in mortem; conijcia-  
mus.

## ANNOTATIONES.

1 Sape multa audenda sunt cum ratione, quia sedes & idea morborum sensum fugit: & nosse oportet illud verum esse quod scribit Hippocrates lib. de lege: Timiditas in medendo, impotentiam; audacia, ignorantiam artis significat.

2 Quum conclusa materia aliqua aruginosa, aut ejusmodi alia dolores colicos excitat, & inanes vomitiones, prudenter adstringentibus utendum est, quia eorum usu coercetur magis, & obstructionis occasio major est. Vide pag. 11. lib. 1. Epid. meorum.

3 Ab utero excitari putabant Medici, & in eo humorem melancholicum conclusum esse. Et Hippocrates lib. de morbis mulier. vocat atram bilem in utero. Datis uterinis remediis, melius habuit.

4 Mirum est quod hodie in duobus graviter peccetur, in quibus tamen veteres admodum accurati fuerunt. Nam & sine ordine, & assiduo purgamus cocta, incocta, aut qualitercumque affecta. Item diebus criticis & seceramus venam, & purgamus; ut mirum non sit si aegros saepe in vita discrimen asseramus. Quod diligenter annotavit Hippocrates 4 de morbis: & ille locus memoria mandari debet. Quod humor, inquit, diebus imparibus moveatur, certa sunt indicia quod iisdem diebus dolor maxime affligat, & ulcera inflammentur. Et quod quicumque a febre continua correpti, phar-  
maco purgatorio in diebus paribus usi sunt, hi nimium purgati sunt num-  
quam. Qui vero diebus imparibus medicamento forti usi sunt, nimium sunt purgati, & multi perierunt. Proinde priores Medici in hoc aberrarunt; nam quia humor turbatur, & ad ventriculum affluit, & protrudatur, afflicto datur afflicto.

5 Nuper agitabatur consilium de muliere laborante melancholia hypochondriaca; dictum est in illa observari debere aphorismum illum, Melancholicos per inferiora ad potius purgare oportet. Ubi disputatum est de illa particula. Nam illud receptum est quo magis morbos melancholicos & corpora melancholica agitaveris, eo minus profeceris, incidunt saepe in leipothymias. Quod ostendit Domina ab Insula, quam non credibile est exerceri affligique quum repurgatur. Item docet illud illius mulieris qua quartana laborabat. Nam quum desisset saepe febris assumpto medicamento ex folliculis, statim sepulta febris suscitabatur. Ego objeci Dureto febres quartanas: respondit febres quartanas non indigere purgatione. Sic intelligendus aphorismus Hippocratis, Melancholicos valide purgabis (si modo purgatione indigeant). Quartana autem sunt morbi melancholici, sed purgatione non egent. Itaque de his non intelligitur aphorismus. Præterea intelligit adverbium illud ad potius, multum & saepe, ut frequentia compenset majorem vehemenciam. Validum revera debet esse medicamentum, quod humori melancholico purgando destinatur. Nam quum sequax est humor, & pelienti natura cedit, non requiritur magna demoliendi vis (ut loquitur Galenus quodam loco)

loco) sed quum abstrusus est humor qualitate malus, quantitate paucus, non requiritur magna agitatio. Sed ubi est magna copia talis humoris, & non potius urget dispositio & mala qualitas (ut fit in atrabiliaris morbis) validis medicamentis locus est.

6 Pulsus in illa muliere non videbatur esse febrilis, nisi quod paullo frequentior esset. Sibi equalis erat, & nullam mutationem representabat. Nam revera febris quodammodo hectica erat, & pulsus hecticus, ut vere loquamur. At diligenter videndum ne nos iste pulsus decipiat: Quia enim fere sibi equalis est, non videtur febrilis. At contra est, sed non apparet; siquidem nec in humoribus, nec in spiritibus malum est contractum, sed in partibus solidis.

7 Dejectiones illa colliquantes erant & sincera. Qua quoniam educta sunt a medicamento, significabant nihil subesse amplius quod purgaretur. Atque in hac muliere verum illum aphorismum percepi: In morbo diuturno cibi fastidium, & dejectiones sinceræ, malum. Aphorif. 6. lib. 7. Cibi fastidium malum, quum contra, appetentia magna esse debeat in longitudine morbi. Sincera autem dejectiones exustam esse omnem nativam humiditatem a calore febrili demonstrant. Præterea observavimus illud verum: Quibus cutis circumtenditur arida, & sine sudore, illi moriuntur. Nam nullo præeunte sudore inopinantibus omnibus nobis erepta est. Tamen quidam interpretes Hippocratis vertit τελευτην, quod mori, vertitur, ἀντι τοῦ κρινοῦ, sumi vult. Sed nil interest; nam & crisis una est ad mortem, altera ad salutem.

## CONSILIUM XXXV.

### De Scabie, & Pustulis.

JANUS Memmeus annos natus duodecim, toto corpore scatet scabie, pustulis, & iis quæ a Celso epinyctides vocantur. Urinæ aquosæ. Alvus fluit, reddit putria; dolores ad umbilicum ac si dysentericus fluor esset. Non proficit edendo. Metus aut hydropis, aut consumptionis. Pruritus erat insignis. Inicitur est consilium, ut qua arte confuleretur huic corpusculo diu noctuque prurienti, & nihil proficienti, provideretur. Ac primum de illo fluore actum est. Prima quidem fronte videretur alvinus: tamen alvinus non est, licet albicans; quia quæ dejiuntur, cocta sunt, nil aut parum crudum est, quod indicat ventriculi integritatem: sed totum hoc consistit ἐν ἀναδότησι ἀποκρίσει, in distributionis interceptione. Ita enim rapitur cremor crassior, & devolvitur ad interiora. Sic augetur fluor, quia augetur obstructio mesaraicarum per quas deberet ferri cremor ad hepar. Dejectiones satis indicant non ferri cremorem ad hepar: Item quia corpus non nutritur: Tertio dolores qui ad umbilicum excitantur, ubi debet fieri secretio chyli & stercoris. Nam chylus in ea parte cunctatur, & quia non rapitur, acrimoniam & corruptionem acquirit: sic præter naturam delabens in crassiora intestina in loco separationis dolorem excitat. Et tenues urinæ satis indicant vias obstructas plurimum.

rimum, ut allieiatur tantum quod est magis aqueum. An nil attrahit hepatis? Attrahit aliquid tenue: & quia præcalidum & siccum dum non habet unde exsatiari possit, recoquit illud, retorret, calcacit supra modum; hinc corruptio, & ab ea corruptione tuberculorum proventus. Non est magna phlogosis, tamen ariditas & calor corporis hoc indicet satis, quia non febris, non rubor, non amaror oris, non dejecta appetentia, contra appetit plurimum. Et his argumentis conjectum est, calorem, qui in hepate plurimus quidem est, hæc symptomata non attulisse: nisi quod attractum tenue aliquid per obstructas vias retorruerit: sed id tribuendum interceptioni distributionis. Nam quotiescumque in calore, siccitateque hepatis obstructio venarum est mesaraicarum, non est dubium quin hepar attrahat aliquid tenue & serosum, quod quum alendo non satis sit idoneum, in pravum abit humorem.

Ergo quum quicquid hic sit, accusanda sit obstructio venarum mesaraicarum, unde pravorum humorum proventus, tollenda est illa omni ratione. Dubitatur autem an lenienti medicamento sit locus, an rhabarbaro. Lavos intestinorum & laxitas impedit quominus leniens medicamentum usurpetur. De rheo major dubitatio. Nam siccitas & calor hepatis impediunt quominus tuto illud usurpemus. Sed hæc ratio nos inducit ad usum illius. Quum viarum libertas est, visque medicamenti pervenit ad hepar, tutum non est rheum: sed si obstructio sit mediocris, vel sesquipedalis (ut sic loquar) eo uti debemus, & tanto audaciores esse debemus quanto obstructio est major. Quod diligenter notandum quum de medicamentis calidis mentio injicitur. Ita enim dicimus afoem non calcacere hepar, licet impense calida sit, quod prius intestina pertranseat quam ad hepar rapiatur. Sorbitiones liquidæ valent, sed non succulentæ & glutinosæ; quod limosas dejectiones fovent & valent. Et hoc notandum est. Ter aut quater repurgatum corpus hoc medicamentulo.

*folior. cardui p. j. absynthii pontic. p. s. passular. integr. ℥ s. Fiat decoctio cum floribus; in colat. infunderhabarb. ℥ j. s. cinnam. gr. 4. Fiat expressio in qua dissolv. sacch. candi. ℥ iij. fiat potus.*

Cogitatum est præterea de sectione venæ. Quia enim in macilente illo corpore turgebant vasa; oppletaque erant pravo sanguine, necnon calor in hepate acer: præterea ethymata & pustulæ quodammodo arderent cum pruritu magno in eam concursum est opinionem ut tuto secaretur vena. Præterea tabellæ hæc sunt institutæ.

*℥. rasura eboris, cornu cervi, margar. elect. ossis cord. cerv. an. ℥. j. pulver. Elect. diamargarit. frig. & triasantal. simpl. an. ℥. j. rasura unicornis gr. 10. cum aqu. card. infusionis ℥. j. sacchar. rosat. Fiat per tabellas Elevarium.*

#### A N N O T A T I O.

1. *Admiracioni fuit excretio urinarum tenuium & aquearum in biliosa hoc juvene. Nam quum Hippocrates in pueris tenues urinas omnino damnet, non est dubium quin in paullo grandioribus urina tenues, aquea, non colorata, damnanda sint quoque. Et dubitari posset an hoc obstructionem significet*



gnificet. Tamen occurrit locus insignis apud Hippocratem dum loquitur de urinis tenuibus, eas splenicis fatetur. In febris longis (ait) tenuibus erroris urinarum tenuium mictiones splenicae sunt. Egrotabat, tamen febris perspicua non erat. Omnium Medicorum consensu is erat splenicus, & longa habitu melancholicus. Ita in eo si quo alia veritas Aphorismi deprehensa est, tamen in quibusdam splenicis urina saepe crassa & grumosa apparent, praesertim quum simul & semel seculentus humor per urinas excernitur.

### CONSILIIUM XXXVI.

#### De Febre Tertiana.

**P**UELLA annos duos cum dimidio nata, corpore bilioso, non ita pridem ablactata, incidit in febrim tertianam. Incredibile dictu qualia primum apparuerint symptomata. Nam toto corpore convulsa est ac congesta, ac eo res redire videbatur, ut de ejus vita desperaretur. Tamen exactis tribus aut quatuor diebus quum febris typum suum ac ordinem serbare cepit, omnia mitiora placidioraque fuerunt. Vermes suspicabantur, frustra tamen, quum nihil tale toto febris cursu apparuerit. Ex simplice tertiana, facta duplex tertiana. Saepe febriles paroxysmi non apparuerunt, & praesertim diebus criticis. Multo sudore diffuebat corpus; character faciei non concidebat: sanitati tandem restituta est.

Tria hoc loco jure quaeri possunt; quorum enodatio plurimum afferat ad iumentum & voluptatis. Primum, ecquid fuit, cur tam subito symptomata haec funesta apparuerunt, quum tamen nihil postea tale contigerit. Unde hoc. Secundo, an quum febres periodicae finiunt diebus suis criticis, & non apparet paroxysmus quartus, septimus, undecimus; hoc sic tutum. Praeterea, an quarta accessio, aut septima, aut alia similis, cui aliqua decernendi vis tributa est, brevior, mitiorque esse debeat quam aliae intercalares. Tertio, an sudores ita conferti, & frequentes in febris intermittibus longitudinem designant, illud in omni morbo terrificum esse debet, quum morbi initio prehendunt cum pravis symptomatis; Declarant enim latens aliquod venenum. Nec enim credibile tam subitam esse causae morbum efficientis generationem ut est prompta & facilis ipsius morbi generatio & invasio; quod saepe experientia deprehenditur. Quoties enim comitate pravis symptomatis morbi invadunt, ferociuntque, de his vereri oportet. Et commemorandum est locus qui legitur scriptus apud Galenum, comment. in historiam Afection. lib. 3. Epidemior. quo scribit Galenus interpretans cur quidam initio statim morbi phreniticus factus fuerit, & interierit tertio die, Scribit (inquam) delinisse in illius agri corpore humorem letali veneno similem, qui agens moram, & opportunitatem nactus statim funestum symptoma excitavit. Esse itaque debet venenati humoris suspicio, quoties citra causam ullam manifestam cum tanta symptomaton saevitia morbi quamprimum invadunt. Quod suspectum fuit in ista puella, cujus nunc historiam explicimus. Convulsio ista & terrificae symptomata, aut summam nervorum imbecillitatem

decla-

declarabant, aut malignæ materiæ ferociam & translationem ad genus nervosum, aut utrumque. Contulerat autem ad hujus morbi generationem puellæ ingluvies, & subita ad nova edulia conversio post ablactationem. Unde etiam muliercularum crebris sermonibus usurpatur, necesse esse cuique puello ablactato gravissime laborare. Omnis enim ad contrarium vitium conversio, immo & mutatio omnis, licet non ad deteriora, suspecta esse debet.

De periodis febrium dicam uno verbo: In nonnullis observavi accessiones criticas (voco autem criticas, facta comparatione cum acutis) ut quartam, septimam & ceteras ejus generis evanuisse plane, & tamen relapsi non sunt. Non quin restiterint aliqua quæ ægrum non immunem plane redderent. Sed an hoc tutum est? Revera tutum non videtur esse. Nam si ex sententia Galeni in lib. de diebus decretoriis, analogia est & proportio inter particulares accessiones morborum redeuntium typo, & acutorum morborum criticos dies: cur si septimus dies in acuto morbo criticus nihil ostendens, immo sine excretionem evanescentes suspectus est, maleque fidam crism facit, cur septima periodus non apparens suspecta non est? Et tamen videmus tertio paroxysmo finire tertianam, aliquando quinto paroxysmo. Bisariam respondere possumus: In acuto morbo quo magis tenditur ad septimum, aut undecimum, eo magis ad crism tenditur, idest, subitam mutationem ad salutem, aut ad mortem. Hæc autem subita mutatio, quia litem controversiamque morbi dirimere debet, non potest fieri citra evacuationem aliquam; ideo si dies ille dispareret, infida crisis foret, quia crisis necessaria est: At in morbis intervallum quietemque habentibus non ita fit. Non enim *κρίσις*, sed *λύσις* hic spectatur. At lyseos ratio ea est, ut non desideretur aliqua subita mutatio. Satis est si tempora adsint, ut sit vigor, incrementum, & declinatio. In febre autem tertiana (quæ etiam cum acutis morbis aliquid commune habet) fieri potest ut quarta accessio sit valida, vigoris rationem obtinens: Sic septima periodus quæ in exquisitis tertianis vixdum expectanda est, erit mitis, blanda, nihil molestiarum ægro afferens: immo videmus eos sæpe quos periodicis febribus defunctos vocamus, tum quum solita munia obeunt, iis diebus quos suspectos habere deberent, nonnihil prioris morbi persentiscere, quum tamen vere non febricitent. Altera ratio: Apud Hippocratem, tertius, quintus, & nonus dies nonnullam judicandi vim habent: immo qui sudores illis diebus apparent, boni judicantur ab Hippocrate: cur non febris tertiana cum sudoribus non desinet tertia accessione, quinta & nona, quod & sæpe observatur? Tertium accedit, quod nimirum si verum est, ut jam ante docuimus, & verum esse deprehendimus, tum quum a febre nos immunes esse credimus, nonnihil etiam sentire prioris morbi, aliquando leniter perhorrescere, aliquando siti vexari, declarat hoc non necessarium esse morbos periodicos eodem solvi modo, quo & solvuntur critici & acuti morbi: idest, non est necesse criticas periodos sæviores gravioresque aliis, præsertim quum de ultima periodo quæ criseos videtur, nonnullam habere rationem, intelligitur. Tamen in puella nostra observavimus septimam & undecimam periodon non apparuisse, unde recurrit postea:

stea. At in Domino Magno Sangermano tertiana febris tertia periodo finivit, quum tertia vehementissima fuisset. Abunde repurgatus fuerat: sudores conferti, & quamplurimi: immo prima accessione, illa etiam ineunte, ita corpus diffuebat, ut plane videretur exsolvi. Unde tertia quaestio oboritur de sudoribus. An non tuti salubresque illi sudores, qui tanta copia apparent ineunte morbo? An longitudinem portendant? an non aliquid aliud? Ea de re paullo plenius dicemus. Copia sudoris, ex sententia Hippocratis sect. 4. Aphorism. aut copiam alimenti, aut humorum supervacuorum expurgationem sui requirentium docet, aut morbi longitudinem. De tribus his aperiendum est. Quum quis a somno multum sudat, ut non sit aliqua *ἑφιδρωσις ἀλλὰ ἰδρῶς πολὺς καὶ καθόλου τῷ σώματι ἐπιχεόμενος*, siquidem *ἑφιδρωσις* sumitur pro particulari sudore, καὶ τὰς κλιμάδας, declaratur assumptio multi alimenti nequeunte natura subigere ac domare tantum alimenti. Sin autem *ὑπὸ τῷ ὕπνῳ*, (quod non significat finem somni, sed dum quis jam somno comprehensus est) aliquis sudat, *ἰδρῶσι περὶ πλεῶν*, non praesumpto multo alimento, hoc purgationem significat. Sed Hippocrates aliam distinctionem affert; scribit enim: *Sudor multus febre superveniens, qui febrem non solvit, longitudinem morbi significat*; quasi dicat: Sudor plurimus per se longitudinem non declarat, ut plerique sine diorismo solent affirmare; sed si febrem, aut alium morbum in quem incidit non solvat. Atque ex hoc loco erui potest distinctio quaestionis quam hoc loco afferimus, *An sudor multus ineunte morbus tutus & salutaris?* In plerisque morbis initio erumpunt sudores multi, qui longitudinem morbi non significant. Nam quum symptomaton allevatio sequitur, non est dubium quin sudorum copia ad morbi brevitatem appareat. Etenim & meatuum libertatem designat, & materiae praeparationem, & vim naturae maximam. Si autem non sequitur sedatio symptomaton, sed post sudores, si partium imbecillitas quaedam & veluti perfractio quaedam, sudores boni non sunt, sed imbecillitatem naturae, & contumaciam materiae significant. Exspirat enim quod tenue est, remanet strigumentum quoddam, quod morbi parens est & auctor. Itaque quod peculiariter dicebat Hippocrates, scribens, *Sudor multus febre superveniens, febrem non tollens, morbi longitudinem significat*, id in omnibus intelligi potest. In omnibus enim morbis excretionis omnis ea debet esse ratio, & aestimatur, ut inde sequatur allevatio aliqua, aut nulla. Si illo modo, bonum, hoc, malum est; immo vero plerique Medici secuti Hippocratem, qui ephidrosin ubique damnat, quum partem tantum sudare vident, hoc in bonis non ducant. Errant autem plurimum: nam si ubi morbus, ibi sudor; & ubi sudor, ibi morbus: cur in capite solo emanans sudor non erit dicendus in bonis? Et hoc experientia notum est, saepe particularis sudor plurimum confert. Quod autem Hippocrates in parte manantem sudorem damnat, illud debet intelligi, ubi generalis sudor esse debet, & in parte tantum apparet, non est dubium quin malus sit. Sed si pars aliqua peculiariter laboret, quid obstat quominus circum partem illam sudor manet optima ratione apparens? Ceterum videndum ne mador nos decipiat; nam in plerisque morbis mador apparet opinionem faciens veri sudoris, sed perperam.

ram : Itaque quum de sudoribus pronuntiandum , temere id non præstandum .

## A N N O T A T I O .

*'Ante de sudoribus abunde diximus, ac nodum istum explicare enixi sumus, qui fiat ut quartanariis jam valde siccis, squalidis, ac strigosis redditis tantis sudoribus corpus disfluat. Id quod M. Guillelmo Archicoco contigit. Primum iis qui febre laborant quartana, ut jam febris hectica improprie dicta sit rudimentum aliquod, partes interne jam aruerunt, & ignem conceperunt: & more proprie dictorum hecticorum, quum ab alimento humectantur incalescunt; quoniam validitas arida ab humida substantia humectatur: sed rationem eandem forte adducere oportet tam copiosi sudoris quam in hectica Empyricorum febre attulit Galenus ad part. 60. lib. 2. Prognost. Copiosi sudores eliciuntur (ait) in empyicis ob virium debilitatem, eo quod diductum ac distributum alimentum discutatur. Leonicens scribit, eo quod alimentum dejiciatur. In Græco legitur Διαφορευμένης τροφῆς. Legatur iste commentarius Prognosticon.*

## C O N S I L I U M XXXVII.

## De Febre purpurata.

**Q**UUM paullo ante nobilis puellæ historia ob oculos poneretur, injecta est mentio de horrifico symptomate quod illam ineunte morbo non sine veneni suspitione invasit. At in ea re Galeni sententia explicata est. Narratum est quomodo venenatæ qualitatæ suspitio esse debeat, quum sine ulla manifesta causâ morbus adoritur symptomatis gravissimos comitatus. Nil enim tale contingit nisi aliquid subsit latens & deses quod virulentiam suam statim explicet. Quod non ita pridem in quodam apparuit manifesto. Quum paullo liberalius genio indulgeret in aulico comitatu, in morbum incidit. Valitudinarius degebat: lateris doloribus erat obnoxius. Paullum recreatus Lutetiam venit: liberaliter satis vixit, & consuetudinem cum uxore habuit. Circa mediam noctem febricitavit. Hora diei octava marutina febricitabat admodum, facies intumebat: dolitabat hypochondrion sinistrum: oculi feroces. Circa meridiem abdomen totum de repente intumuit: labascebant vires: tumor pedum disparuit. Secta vena malleoli exiit sanguis putris. Octava sero quum suffocationis periculum immineret, ne quid in capite nostro cuderetur, initum est consilium quoquo res evasura esset, de aperienda vena. Circa quartam nocturnam interiit. Exinctus statim intumuit. Corpus exaratum erat & descædatum pustulis, aut maculis potius livescentem. Cardiacis pugnatum est. Memoratu dignissima hæc historia, tum ad prognosin, quæ hic maxime commendatur, tum ad declinandam calumniam. Occultum in corpore venenum delitebat.

CON-

**D**E Melancholia hypochondriaca ante disputatum est, ac quaesitum an in ejusmodi affectu vehementi cathartico locus foret. 1. Ubi per diuissimum dictum est in nonnullis affectibus melancholicis vehementer purgandum, in aliis clementer. Ac multi melancholiam hypochondriacam meminerunt, & hujus morbi nomen crebro usurpatur, sed quod proprie significet, quis locus affectus, cur ita appelletur, quum non sit necesse melancholicum humorem in vitio esse, an intemperies sola sit, an morbus in conformatione, nondum satis definitum. Magna tamen dignum est commentatione, quod id plurimum ad curationem conferre videatur. Affectus ille Melancholia Hypochondriaca vocitatur, morbus flatuosus, & dispositio hypochondriaca. Quod videtur indicare focum sedemque mali in hypochondriis existere. Hypochondriorum autem nomine intelligitur hepar, lien, mesenterium, epiploon. Galenus 3. locor. affector. scribit: *Affectus Melancholia vocari solet, indicante nomine humorem qui morbum committit.* Si nomen indicat cujusmodi humor sit, dubium esse non videtur quin aut atrabilarius humor sit, aut melancholicus simpliciter; quasi dicas sanguinis facem. Tamen in contrariam partem potest adduci id quod a Galeno scribitur eodem loco: *Circa ventriculum prima incipiunt accidentia, & ipsis auctis melancholica sequitur affectio, & alvi dejectione, & vomitu, proba coctione & rursibus is levatur qui laborat.* Si circa ventriculum prima rudimenta apparent, si cruditas multa qua correctione & mitificatione indigeat, non videtur consentaneum ut aut atrae bilis, aut humoris melancholici copia adsit, qua flatuosum morbum generet. At bifariam responderi potest: Cruditas illa tantum ex eventu fit; fit enim ob obstructionem: obstructio autem ob calorem: sic in angustiis viarum haeret humor, qui tempore recoquitur & aduritur. Secundo loco ita respondeo: Cruditas illa non constituit hyperxin melancholiam hypochondriacam, qua & flatuosus affectus a veteribus nuncupatur: sed flatus qui generantur, tum a calore praeter naturam in hypochondriis contento manant, tum a materia semicocta quod commisit obstructio. Et quod dicitur circa ventriculum prima apparere accidentia, non est hoc dicere vitio ipsius ventriculi melancholiam hypochondriacam incipere: sed quum obstructio sit primarum venarum qua pyloro proximae sunt, sese primum ostendit & exierit morbus in ea parte. Accedit quod pars ea sit exquisito sensu praedita, hinc fit ut in ea facile appareant dolores, & excitentur symptomata. Sed ne absque auctore quicquam in medium adducamus, confirmanda prima est ratio, qua dicebamus cruditatem tantum ex eventu fieri, quod nimirum ratione obstructionis contingeret: obstructio autem praecalore in partibus illis contento. Audiendus est Diocles 3. locor. affect. cujus sententiam probat Galenus, in eo tantum imminutum Dioclem ostendit, quod quum praclare sentiret de melancholia hypochondriaca, ejusque naturam & inge-

ingenium ostenderet, non dixit tamen quomodo fiat ut in melancholia hypochondriaca fugacia sint in cerebro spectra & phantasmata. 2 Oritur a ventriculo morbus, qui flatuosus & melancholicus dicitur, quem sumto cibo maxime coctus difficili & caustico sputum multum idemque humidum comitatur; item ructus, flatus, æstus in hypochondriis: interdum ventriculi dolores vehementes, qui nonnullis ad dorsum usque prosedunt, concoctis cibis mitescunt, mox aliis ingestis recrudescent; interdum jejunos, interdum a cœna molestant: evomunt crudos cibos, phlegmata acria, acida, ut eis dentes torpedine afficiantur: Ceterum flatuosos istos necesse est habere plus caloris in his venis, qua alimentum a ventriculo excipiunt; & sanguinem crassiorem factum esse &c. Item & addit illud Diocles 3. Ajunt nonnulli os ventriculi quod intestinis continuatur in hoc morbo inflammari, ac ob inflammationem obstrui, ac prohibere ne alimenta statuto tempore ad intestinum descendant, & ita diutius in ventriculo quam decet manentia, timores & æstus, & reliqua similia efficiunt. Hæc sunt quæ a Diocle scripta sunt. Ubi notandum est velle Dioclem in hypochondriaca melancholia affici ventriculum, & primam mali labem ab eo esse, verba enim hæc sunt: *Oritur a ventriculo morbus*: Ac si diceret, & in ventriculo, & a ventriculo eum manere. Quod tamen verum non est; siquidem ventriculus integram suam habet temperiem, & quæ cruditas adest, non est ad ventriculum referenda ut innocentem, sed ad prohibitionem distributionis alimenti ab inflammatione & obstructione. Sed Galenus eodem loco rem paullo plenius explicat; nam conceptis verbis ita scribit: *Circa ventriculum prima incipiunt accidentia, ac iis autis melancholica sequitur affectio*. Ac si dicat: Elucet in ventriculo & partibus vicinis melancholici flatuosique morbi prima rudimenta, quod illic primum mali seminarium, non a ventriculo ipso, sed a venis pyloro vicinis inflammatis & obstructis: non quin afficiatur aliqua ex parte ventriculus, sed non tam affectus est initio ad generationem mali, quam progressu morbo afficitur ad mali incrementum; idest: Quum in hypochondriis malum figitur, & confirmatum est, ac tum vere vocatur Melancholia hypochondriaca, malum serpit ad ventriculum, & tunc cruditates multæ fiunt ob contractum in consortium ventriculum: & sic malum malo additur. Sed in principio hypochondriacæ melancholiæ, ventriculus quidem in sese non laborat, sed tantum ratione obstructionis viarum quæ a ventriculo excipiunt chylum & cremorem: Et dolores maxime excitantur dum natura molitur *αὐτὸσιν* illius cremoris. Itaque tametsi & prima rudimenta circum ventriculum appareant, & actione, mitigationeque alimenti in ventriculo malum & dolores sedentur, item a Diocle dicatur a ventriculo natus morbus, non est accusandus ventriculus tamquam primus melancholiæ hypochondriacæ auctor.

Alia major oritur difficultas, quid velit Dioclis oratio hæc, Inflammatur os ventriculi quod intestinis continuatur. Opinio quidem aliorum est, sed illam Diocles sequitur, & Galenus. Et quoniam majoris auctoritatis est sententia Galeni, utpote singula exactius æstimantis, in ejus verbis hæreamus. Duobus ex locis, aut tribus potius convincere possumus hypochondriacam affectionem a phlegmone (ita enim *φλεγμονῆς* nomen usurpavit Galenus) pylori, & partium vicinarum: ut inde obstructio fiat, & ab ob-

Ballonii Oper. Tom. II.

H obstructio-

structione alimenti distributio impediatur. Primus locus est is: *Videtur quidem in pyloro ipso inflammatio esse, sanguis autem in parte inflammata contentus, & crassior, & magis melancholicus fit.* Locus alter est, dum rationem reddit cur affectiones & perturbationes melancholica eorum mentem percillant, qui hypochondriaca passione detinentur, scribit, *sublata evaporatione ab atrabile fuliginosa, melancholicaque in cerebro accidentia pullulare.* At atrabilarius humor non illic generatur nisi per assationem & adustionem. Adustio autem ab immodico fit calore. Tertius locus est: Melancholiam hypochondriacam, & melancholiam cerebralem (ita enim loquar clarioris Doctoris gratia) quum nimirum per se & primo melancholicum est, dum explicat Galenus, eandem generationis rationem esse vult, sed diverso loco constitui, nam illic in hypochondriis fit, hic in cerebro. At dubium non est quin ea passio melancholica, quæ cerebrum primo, ac per se occupat, generetur per immoderationem caloris in parte frigida, cerebro nimirum. Quod si ita sit, cur non idem continget in hypochondriaca? Audiatur Galenus de cerebri melancholica passione loquens: *Fit melancholica cerebri passio affecto prius calidis dispositionibus cerebro, aut astuatione, aut phlegmonosa passione, aut phrenitide, interdum a sollicitudine, maestitia, cum vigiliis.* Quæ quum ita sint, paullo accuratius videndum quomodo intelligatur ea periodus. De phlegmone pylori & partium propin quarum, ut eam necesse sit adesse duabus de causis, tum ad assandum, recoquendumque alioqui pituitosa affectio esset tantum (si sola obstructio foret) non autem atrabilaria, tum ad obstruendum, ut & Galenus & Diocles explicuerunt.

Sed si phlegmone fit aliqua, aut phlogosis, cur hic apostema non fit, cur non adest febris? immo necesse esset morbum acutum esse, quum fieri non possit quin inflammatio pylori non afferat febrem acutissimam. At Melancholia morbus longus est, & lento gradu procedens, maciem & mortem tandem afferens. Quæ causa est cur ex recentioribus Rondeletius, & Dioclis & Galeni opinionem rejiciat. Nam si inflammatur pylorus, & ob inflammationem sequitur obstructio, & ab obstructione prohibitio distributionis illius cremoris, qui a ventriculo decidit distribuendus in venas mesaraicas, necesse est illam satis insignem esse.

Atque ut quo animo, eo certe benevolo veteres aliquid scripserunt, quo tamquam nobili hereditate posteritatem carere noluerunt, eodem illud ipsum excipiamus. Honorarii arbitri vices obeuntes, veterum opinionem cum posterorum scriptis conciliabimus, ut plus veritatis ratio & nomen apud nos possit, quam præjudicata cujusquam opinio.

5 Qui sunt corpore squalido, macro, sicco, pulsu satis infirmo, aut qui prærubri sunt *ἡσυχώδης* Græci vocant (de quibus etiam Galen. 3. locor. affector.) ii melancholiæ hypochondriacæ sunt obnoxii. Item qui curis, ægritudinibus, perturbationibusque animi concutiuntur, qui generosis vinis dediderunt sese, eos in melancholiam hypochondriacam præcipites ruere testatum satis est. Quo fit ut mirum non sit, si desideretur inflammatio aliqua in partibus illis, quæ & retorreat in hypochondriis humores, & ita obstruat. Inde hypochondriorum æstus, inæqualitas in calore & frigore, vincente vi

etc.

Etque calore, & materia superante calorem, & ab eodem superata. Itaque nomen phlegmones non ita strictè accipiendum, ut illic tumor sit, sed pro phlogosi usurpandum. Non quin ille calor qui eo loci exuberat, & materiam contumaciorem reddat, exsucto tenui quodam humore in tetrum vaporem degenerante; tandem coacervet aliquid quod proxime in flatu faceffer, partimque tumorem aliquem in partibus illis excitet. Accedit quod dominatu illius caloris quodammodo febrilis vasa quadamtenus conniveant & concidant; hinc major coacervatio, hinc obstructio, hinc alimenti impedita distributio. Sic nimirum hypochondriaci dum vel minimum alimenti sumserunt, videntur impleti, satiati que, nequeunte distribui alimento ob viarum angustiam.

Itaque cum recentioribus statuendum est vitio splenis, mesenterii, & intestinorum melancholiam hypochondriacam contingere; Intemperies enim est mesenterii, vel venarum mesaraicarum, quæ ad intestina & ventriculum deducuntur. 6 Et intemperies illa potius juncta est cum caliditate & siccitate aliqua; item cum obstructione a crassiore sanguine, cujus pars tenuior halitus modo a calore adurente excitata summittitur in cerebrum, crassior autem defes, ignavaque resistit, & calorem obruens, & gravitatem in partibus illis afferens. Itaque ut de Curatione verbo dicatur; Temperatio illius caloris acris, obstructionis libertas omni ratione est procuranda. Optima autem victus ratio primas hic tenet: quandoquidem in omnibus illis morbis qui partes illas obsident quæ nutritioni dicata sunt, præcipuum curationis momentum in optima victus ratione consistit.

#### ANNOTATIONES.

1. In melancholia hypochondriaca unum quoque observandum est, ne similitudinis errore decipiamur, nimirum quod in thorace dolores sentiuntur ac si pleuritis argumenta aliqua forent. Et ignari Medici ad remedia male confugiunt pleuritis, quum dolor iste per hypochondrii sympathiam oriatur. In mercatore de Montargis hoc est observatum. Vide pag. 15. hujus libri.

2. Nota sputationem multam in iis quibus est affectus hypochondriacus, quoniam quum istam sputationem vident Medici, sæpe ad caput catharrosum recurrunt.

3. Delirare melancholicos non est dubium, quum melancholica passio definiatur per delirium febris expertis. Quamquam si materia acrior sit, & adusta, ut sæpe fit, suppressaque in corpore, non potest non adesse febris, ut annotavit Aetius: sed illa febris erit conclusa, latensque, prout natura humoris morbum efficientis efflagitat. Idem humor videtur & melancholicam & epilepticam affectionem efficere: quod annotavit Hippocrates 6. Epidem. dicens, Melancholici fiunt epileptici, & contra: prout humor vel in hanc, vel in illam partem reperit. Nam si in corpus, epilepsia fit; si in mentem, melancholica passio. Mentis nomine temperamentum intelligitur, & quum dicitur ladi, activarum qualitatum xpaou ladiitur. In qua crassi & temperatione ratiocinatio consistit, & ratiocinandi partes probe exercentur. Sic laeso hoc temperamento ab humore pravo, delirium fit. Hic duo quaruntur præclara. Prius, si idem humor, sed diversis partibus contentus, Epilepsiam & Melancholiam inducit. An humor melancholicus & atrabilarius utramque affectionem inducere potest; Galenus cap. 7. lib. 3. de locis affect. hoc vult ex Hippocratis sententia. Sibi itaque consentiat Galenus, qui narrans illud.



In febribus ex somnis timores, & convulsiones malum. *aphor. 67. lib. 4. scribit*: Si vaporum, humorumque multitudo ad atra bilis naturam vergit, pavores fiunt; si talis non fuerit, labores ac convulsiones. *Ergo magna humorum distinctio melancholica pathemata & convulsiva efficientium. Nisi forte dicat quis convulsionem illam non eam vere dici, qua Epilepsia dicitur: sed communi nomine pro quavis contractione. Hac autem contractio non ita fit ab humore atrabilario. ut ab aliis, quod tamen falsum videtur. Nam atrabilariis humoribus abundantes vidimus saepe convulsos. Melius esset si diceremus verba haec Gal. per comparationem esse intelligenda, καὶ ἤσσον καὶ μᾶλλον. Nam quum humor atrabilarius est, potius melancholicas affectiones quam πασμάδης efficit.*

Posterius quod quarendum dicebamus, si ideo melancholici delirant, quia in his obsidetur anima, idest, pars in qua anima, ratio & iudicium versatur, qua parte laesa, alterataque ratio cessat, illesa vero constat. In Epilepticis vero non afficitur temperamentum cerebri, sed laeditur cerebrum ut pars organica, non ut similis. Quare Epilepsia definitur Convulsio non perpetua cum mentis & sensuum oblesione. *Quaestio hac pulcherrima. Item, Si carus laeditur actiones potius qua sunt in cerebro; Apoplexia qua sunt a cerebro, quod de Apoplexia dicitur, aliqua ratione de Epilepsia dici potest.*

4. Ratio haec est *Rondeletii*, si sit phlogosis, febris adest, eaque acuta. *Errat tamen. Nam Gal. commen. in partic. quamdam 2. Prorrh. ait*: Neque ventre, aut hepate, aut septo inflammato febris maligna est: forsan acuta est, sed ne hoc quidem perpetuum est: *Sic ratio Rondeletii nulla est.*

5. *Galenus verba sunt cap. 7. lib. 3. locorum affect. & petita sunt ex Epidem. ut monet Gal. commen. in Aphor. 14. lib. 2. Prorrh. ubi docet quomodo εὐχροια malum saepe signum sit: & ut qui sunt prarubri, sint melancholici.*

6. *In mania, qua affectui melancholico est affinis, hic syrupus est prescriptus. ℞. rasura lign. sancti quart. j. cortic. ejus. ℥. j. infunde in aqua fluvialis lib. iiii. per sex horas, addendo polypod. ℥. s. enula camp. ℥. j. fol. senna ℥. ij. turbitib. gummosi in vino albo cum pauco zinzib. ℥. s. colocynt. ℥. j. Bull. omnia in vase siliis luteato ad consumptionem mediae partis. fiat col. ad lib. 1. Capiat. ℥. iiii. pro dosi.*

## CONSILIUM XXXIX.

### De Hydrope.

**D**E aqua intercute olim a primariis Medicis disputatum est: ac praesertim quomodo vel primo fieret, vel alteri morbo succederet. 1. At disputationis huius prima haec pars est: An nullus hydrops contingat quin affectum sit hepar per se aut per sympathiam: idest, quacumque in parte conceptum sit vitium, quod hydrophis parens esse possit, nisi illud ad hepar perveniat, hydrops necdum generari, dicique potest. Nam quum illius ὑπάρξει in ἀποτυχίᾳ τῆς αἰματώσεως, consistat, hepar autem prima officina est, necesse est affectum in se jecur ut hydrops causam principiumque sumat. Posterior pars est ut inquiratur de modo quo aqua in ventrem abdomenque repit, ut inde tumor fiat. Ut de priore dicatur aliquid: In commentario in Prognostica, ubi ex professo de hydrope agitur, 2. Galeni ea constans est assertio, ut numquam hydrops generetur quin affectum sit hepar ipsum. Tamen duo genera hydrophis constituere videtur; unum quod ad splenem pertinet: alterum quod ad hepar. Et quoniam (ait Gal.) in prognosticis coepsum est agi de acutis morbis

morbis, non autem de splenicis morbis, ideo de hydropē per affectionem ventriculi agitur. Ut Galenus videatur inducere alium hydropem per vitium ipsius splenis non affecto hepate. Nam si omnis hydrops fit affecto hepate, omnis hydrops ad acutorum morborum classem pertinet, ut quoties de hydropē agatur, toties de hepate, si modo vera est Galeni opinio. At commemorabilior est locus lib. 3. de symptomat. causis: illic Galenus docet *tympanitem vitio proprio ipsius ventriculi generari*: immo & ibidem, hydropis generationem venarum ipsarum vitio tribuit. Quod si ita est, non accusandum est hepar perpetuo, nec temere nostris remediis exercendum, quum sæpe in vitio non sit. Frustra enim adhibentur remedia, nisi primam mali sedem illis oppugnemus. Quoniam tamen communis ea est omnium veterum consensus, ut citra affectum ipsius hepatis hydrops non fiat, quicquid contra afferri possit, in eo est consistendum.

De posteriore parte plenius paullo dicendum, quod & plus habeat utilitatis, & voluptatis. Quoque difficilior est illius explicatio & examen, eo uberior fructus qui inde manare potest. Galenus non dubitat quin intemperies frigida hepatis hydropem generet: sed de obstructione major dubitatio. Si obstructio aliquid facit, erit villorum & tenuium staminum quibus intertextum est hepar, quorum beneficio transfusio fit a simis ad gibbas, alimenti & sanguinis. Nec enim dubitat quin communicent extremitates venarum & villorum illorum, sed qua ratione per ora sua conjungantur, non facile intelligi posse asseverat. Sit ita sane; obstructio omnis impedit transitum humoris, sive illa ab inflammatione sit, sive a scirrho. Quod quum animadverterent veteres, rationi consentaneum esse dicebant, ut pars quæ in sanguine magis tenuis & aquosa est, transfusatur, atque vehatur per universum corpus: sincerus autem sanguis propter suam crassitudinem in cava visceris parte permanet. Et in hanc opinionem facile secederetur, nisi absurdum aliquod contingeret. Non est dubium quin aquosa pars sanguinis devehatur in venam cavam, & ab ea in abdomen rapiatur: sed non est verisimile remanere limum sanguinis, aut potius puriorem sanguinem. Nam si interceptus sanguis remaneat in angustiis viarum, morbus aliquis sequeretur a plenitudine sanguinis, quum tempore multus cumuletur sanguis. Præterea continget crassior rem illum sanguinem in visceris venis præ illarum angustia retentum ad intestinum jejunum, tenue, colon & cæcum deferri, fortasse & per alvum. In leucophlegmatiis, & anasarcis, & tympanite nil cruentum per alvum excernitur: sed spatium abdominis aqua impletur. Hoc itaque absurdum contingeret, quod nimirum in hydropicis cruentæ essent dejectiones.

Sed dicet quispiam: An ignoravit Galenus hydropem contingere & ab inflammatione & a scirrho hepatis? Si ignoraret, summæ inscitæ arguendus foret. Quid ergo sibi vult hoc loco, dum contendit docere per refrigerationem hepatis, & intemperies humidas, aut siccas, aut frigidas hydropem generari? Revera non ignoravit a scirrho, & obstructione hepatis nasci hydropem, alioqui contra eum ageremus ipsiusmet verbis tamquam

obſignatis tabellis. Sed qua de cauſa & conſilio id dicatur, brevi aper-  
riendum.

Veterum de hydropē ea duplex fuit opinio. Quinto locorum affect.  
quidam putaverunt hydropem generari quum obſtructio, aut inflamma-  
tio, aut tumor eſt in hepate præter naturam, & horum ratione præter-  
fluit tenuis & aquoſus humor in abdominis ſpatium, remanet, hæretque  
mediis viis ſanguis. Altera opinio fuit eorum qui a ſolo ſcirrho, tumo-  
reque hepatis hydropem fieri putarunt: in quorum albo fuit Eraſiſtratus,  
ut videre eſt lib. 2. de natur. facultatibus. Qui priorem ſententiam ſeque-  
bantur, non ejuſdem plane opinionis (meo iudicio) fuerunt, cujus fuit &  
Eraſiſtratus; nec enim a ſolo tumore & ſcirrho hydropem oriri voluerunt,  
aut ſaltem Galenus non id in iis reprehendit: ſed aliqua ex parte admit-  
tit eorum opinionem, alia ex parte non admittit. Negat enim illam fieri  
tranſlocationem aquoſæ ſubſtantiz, remanente ſanguine craſſiore, quod du-  
plex abſurdum ſequeretur: prius quidem, quod ille ſanguis remanens ſup-  
preſſus, morbum aliquem a plenitudine efficeret: poſterius, quod cruentas  
in hydropicis dejectiones apparere eſſet neceſſum. At neutrum in artis ope-  
ribus apparet. Quod autem illi non crederent a ſolo ſcirrho naſci hy-  
dropem, ut Eraſiſtratus, ex eo credibile, veriſimileque fit quod melius  
cum iis multo agat quam cum Eraſiſtrato. Nam hunc inſcium, ignarum,  
imprudenterque vocat: illos autem excipit, & eorum ſententiam concili-  
are, ac ſublevare nititur. Niſi quod ſub finem demonſtrare voluerit a  
refrigeratione hepatis potius quam a ſcirrho aut tumore naſci hydropem.  
At debuit potius in eo laborare, an ille generationis modus hydropis,  
quem veteres fingebant in inflammatione, obſtructione, ſcirrhove hepatis  
eſſet veriſimilis, non autem in eo, ut probaret non probabile eſſe a tumo-  
re hepatis eum naſci: adducto tamquam objectionis loco, & mulierum  
profluvio ſuppreſſo, & hæmorrhoidibus ſuppreſſis, quum utrumque (ait)  
hydropem afferat, non præſumpto conceptoque tumore ullo in hepatis pa-  
renchymate. Sed meo iudicio voluit una eademque opera illorum veterum  
fundamentum poſitum in opinione quæ ab Eraſiſtrato fluxerat, evertere;  
nimirum de tumore hepatis, qui aut præcipua cauſa, aut ſola (ut Era-  
ſiſtrato viſum eſt) hydropis crederetur. Huius rei conjecturam facit id  
quod ſcriptum eſt apud Galenum cap. 1. lib. 6. de locis affect. ubi ex pro-  
feſſo eorum explodit reſellitque opinionem, qui crederent a ſolo tumore  
lienſis hydropem fieri, non attracto hepate: item & icterum ſolo hepatis  
vicio, citra lienem. Utrumque falſum eſt, ait; nam & vicio utriusque  
viſceris icterus fit. Et non ſolo vicio tumoreque lienſis hydrops. Quod ut  
apertius oſtendat, exemplum eorum affert qui acuto morbo laborant, qui  
ut explerent ſitim magnam egelidæ copiam hauſerunt: hi hydropici eva-  
dunt nullo in liene vicio concepto. Sed per modum objectionis reſpondet  
pro illis veteribus, quorum majorem partem Eraſiſtrati opinio imbuerat.  
Ea autem erat ejuſcemodi: Nulla pars afficitur (dicebat Eraſiſtr.) niſi vel  
tumor aliquis, vel ulcus in ea conſiſtat. Sic nullum ab intemperie mor-  
bum naſci putabat. At debuit Galenus in aliena ſententia redarguenda  
non

non ita esse industrius. Si quid durius, aut indoctius ab Erasistrato dictum sit, conari debuit illud polire, illustrare, & male coherentem sententiam adaptare. At mirum in modum convellendæ, labefactandæque opinionis Erasistrateæ desiderio detinebatur Galenus. Nam si turpiter lapsus est Erasistratus, statuens nullam partem citra aut ulcus, aut tumorem laborare, reprehendatur & Hippocrates, qui omni morbum, ulcus constituat. Quam tamen a veritate alienam sententiam temperavit Galenus lib. de inæquali intemperie. Multa quidem a multis veteribus dicta sunt, in quibus magis videndum quid sentiant, quam quid dicant. Quod maxime apud Hippocratem observari debet. Et cur non eodem jure cum Erasistrato ageretur?

Itaque Galenus putat se abunde evertere dogma Erasistrati adscribentis omnem hydropem a tumore & scirrho hepatis causam, principiumque ducere. Quod ut faciat, proponit suppressas hæmorrhoides, proponit profuvium muliebri. Hæmorrhoides (inquit) suppressæ hydropem inducunt nullo præeunte in hepate tumore. Erronea itaque est Erasistrati opinio, existimantis sine scirrho hepatis hydropi locum esse non posse. At Galenus sua ipsius sententia se convincit; nam interpretans aphorismum 12. lib. 6. Aphorism. dum reddit rationem cur suppressio hæmorrhoidum prius fluere consueatarum metum hydropis afferat, juxta Hippocratem, scribit, sanguinem hæmorrhoidalem resfluere, & hepatis duritiem inducere, multitudineque calorem partis obruere, hinc hydrops. Ergo non est, o Galene, cur occurras de hæmorrhoidibus utpote hydropem afferentibus, quum ipse scribas: ideo suppressam hæmorrhoidem metum hydropis afferre; quod & hepatis, & lieni (nil enim differt) duritiem inducat, & calorem obruat. Non sibi constat Galenus; nisi dicamus utrumque contingere posse, & suppressionem hæmorrhoidum sine tumore visceris hydropem evocare, & eandem suppressionem tumorem prius inducere, & a tumore hydropem.

Paullo obscurior videri possit ea periodus, qua scribit, ut evertat eorum sententiam qui tenuem humorem aqueum præterlabi substantiam hepatis assererent ad generandum hydropem, restitente in ipsius visceris angustiis crassiore sanguine; scribit, inquam, consequi necessario ut dejectiones cruentæ sint: Nihil autem cruentum ulla in specie hydropis (inquit) observatum est a nobis. Non est dubium quin si illo modo fieret hydrops, aliquid cruentum secederet: sed videndum an non in speciebus hydropis aliquid secedat cruentum; sive hoc modo, sive alio generetur hydrops, hoc enim observatione dignum existit.

Hydrops maximam partem conjunctam habet hepatis imbecillitatem; hæc non modo in *σιμυροποιωτική* consistit, sed & in attractione, & retentione attracti alimenti. Nequit enim fieri ut diu temperies jecineris labefactetur, quin actiones lædantur. Quamquam contingit ut una actio lædi possit, illa integraque altera. Itaque quum constat ob refrigerationem & imbecillitatem hepatis excerni excrementa liquida, hepatica, & illius officinæ characterem aliquem præferentia, non dubium esse potest quin excerni non possint cruenta lotura carniū simillima: proptereaque illud Galeni decretum experientia confirmatum minus constans est, quo scribit nihil cruentum excer-

ni solere in hydropicis affectibus. Quinetiam si cruenta urinæ virtute naturæ aut symptomatice potius in hydropicis excernantur, ut experientia sæpe docet; cur non & dejectiones tales apparebunt nequeunt hepate ob imbecillitatem, aut tumorem aliquem probe hæmatosi incumbere?

Duo ista diligenter inquiri debuerunt, nempe an a solo scirrho nascatur hydrops: posterius, an nihil cruentum hydropici excernant. Nam magni interest an a tumore, an ab inflammatione, an a scirrho; item an tantum ratione lienis, ut quidam volebant, an tantum a vitio hepatis, quum variet curatio pro ratione horum omnium. Item an nihil cruentum excernatur, an contra, ne dysenteria falsa persuasione & opinione seducti, aliud remedium pro alio supponamus. Sed horum diligentius examen in aliud tempus rejicietur.

### A N N O T A T I O N E S.

1. De aqua intercute hoc notari potest. Videmus hydropicis quibusdam alvum fluere, aliis adstrictam admodum. Utrumque malum: & pessimum, si alvus quum libera sit, abdomen non detumescat: quod in seruo quodam observavimus. Illud autem quod diximus malum esse scribit Hippocrates in Concis: Quibus hypochondria elevantur alvo suppressa, malum, maxime in morbis tabidis, & quibus alvi humectantur, (supple) malum est, dum videlicet alvo fluente tumor remanet.

2. Cap. 7. lib. 5. de locis affect. conceptis verbis explicat Galenus. Ac inter cetera, annotat quarum partium vitio afficiantur partes gibba hepatis ad hydropis generationem: & quarum partium vitio sima ad eandem generationem. Hippocrates lib. de morbis primo, hyposarcidion ut & talem inter morbos necessario interimentes numerat.

3. Quia enim hepar est continuum, si fit inflammatio in sima, aut gibba, non distincte & exæte cognoscitur ob carniem hepatis continuationem.

4. Argumentum hoc validum. Et miror cur Fernelius disputans de Ascite dicat necessarium rupturam fieri aliquam vasorum: & propterea, aut supra, aut infra excerni sanguinem. Quod falsum, & Galeno repugnat. Et Fernelius ita in errorem Erasistrati incidere, qui nullam partem labefactari credidit, nisi aut a tumore, aut ab ulcere. Quasi ipsa intemperies frigida causa non sit.

5. Ut libere dicam quod sentiam de iis qua hoc loco continentur, an in nulla hydropis specie aut dejectiones, aut vomitiones cruenta appareant, quod placuit Galeno, ita distinguere oportet: Si quo modo voluerunt veteres, hydrops fieret percolato sanguine, & remanente crassa sanguinis parte in mediis viis, oporteret cruentum rejici aut per os, aut per alvum, imo initio etiam. At hoc non fit. Et ita debet intelligi locus Galeni: Non quin in hydropicis dejectiones cruenta, aut vomitiones apparere possint, duabus de causis: Uno, progressu temporis adducto in summam imbecillitatem hepate, unde hepatica fiant dejectiones, non ratione transumpti tenuiaris seri ad generationem hydropis, & refluentis sanguinis ab hepate ad os aut alvum. Altero modo per ruptionem, aut exesionem, aut ab aquis acerbis & fere purulentis

*lentis; aut ab usu medicamentorum acrim quæ usurpari solent in hydropicis. Quod nos observavimus in Renato de Sequeville hydropico, cui & vomitiones & dejectiones cruenta contigerunt. Si autem hydrops fieret eo modo quo voluerunt veteres, quod Galenus exagitat, de essentia fere esset hydropis ut sanguis excerneretur. At potest hoc accidens illi esse, sed non pathognomonicum. Vide quid de Ascite sentiat Fernelius, quum explicat quanam Ascita sint obnoxii.*

### CONSILIUM XL.

*Pro muliere gravida, quæ peperit, & convulsiones passa est.*

**N**OBILIS mulier numquam dolores partus experta, quum legitimum pariendi tempus jam elapsum foret, decimique mensis pars primâ adventaret, gravissime laborat. Exactis horis duodecim partus sese offert. At quia primus erat propter dolorum insolentiam, & ossium pubis angustiam, mirum in modum divexatur. Interim dum enititur, aut translato sursum humore affatim, aut latitante eodem in cerebro, sed magno impetu diffuso, incipit toto corpore concuti ac convelli. Idem patitur ac si morbo caduco laboraret. Facies tota in molem intumescit, horrendaque visu sese ostendunt symptomata. Vix sex hominum nisus impediunt quominus concuteretur ac convelleretur. 1. Repetit ante partum, præsertim dum fetus media viâ sinus pudoris hæreret, subsisteretque, epilepticus paroxysmus quinquies, aut sexies: edito partu bis aut ter cum gravissimo mortis metu. Dum res ita urgerent, cogitareturque potius de sepulcro quam de lavacro; dubitabant Medici num juvandus esset partus, an potius convulsioni occurrendum. Item, an occasione partus convulsiones prehenderent, an vero ejusmodi dispositio prius in cerebro deses latitaret, quæ occasione minima sese prodidit. Ac mors imminabat proxima nisi convulsiones illæ substitissent. Meo quidem judicio, si illa convulsioni obnoxia foret, 2. non tantopere periclitabatur, quam si numquam aliquid tale experta fuisset. Etenim qui epilepsia corripi solent, licet sæpius eodem in paroxysmo convellantur, non propterea tamen decedunt: At illud observatum sæpe, eos sæpe fato fungi, qui aut propter ingentem plethoram convellantur, aut a maligno explicato, fuscitatoque retro humore qui deses restagnansque imo præcordiorum delitescibat. Et qui morbis ejusmodi corripi solent, exigua admodum occasione tentantur, immo solo forinsæcus vapore feriente. At qui nil dum tale senserunt, non ita facile paroxysmoprehenduntur; vehementem enim causam esse oportet, quæ insolens hoc symptoma afferre possit: nec enim facile cerebrum numquam epilepsia tentatum eam labem contrahit. Eadem itaque opera & partus juvabatur, & convulsioni epilepticæ manus porrigebatur, ne illius vi cito interiret.

3. Causæ hæc tamquam procatarticæ facere poterant ad inducendum horrendum symptoma numquam antea visum: Plethora corporis summa, & usus vini hippocratici tempore graviditatis: suppressio alvi quinque aut sex dierum ante partum: Enixus quoque ipse, qui etiam in habitissimis mulieribus

ribus solet semper aliquid terrificum inducere. Accedit quod nunquam periisset. Subiecto acriusculo enemate ex hiera subliterunt convulsionem, & ab eo tempore nil sensit ejusmodi. Larga admodum copia sanguinis fluxit per sinum pudoris: quod suadet facile non tam occasione dispositionis & impressionis cujusdam quam copia materiae, orgasmo, raptu, & nisu maximo inter pariendum hoc contigisse. Itaque quum Medici animadvertent evacuato humore repressum esse symptoma, immo suppressum omnino, ducti sententia Galeni lib. de locis affectis, quum quid excernitur in morbis, & ab excretionem morbi cessant, credibile illud causam fuisse morbi, cogitaverunt de purgatione. Itaque tale medicamentum institutum.

℞. expressionem ℥. ij. s. rhabarb. electi infusi in decocto passul. glycyrr. semin. frigid. major. endivia, scariola, in qua dissol. syrup. rosar. pallid. ℥. j. diaphoen. ℥. iij. fiat potus.

Quidam putabant utendum valde calfacientibus, etiam inter purgandum: cujusmodi sunt ea quae vulgo epilepticis praescribuntur: alii contra refrigerantibus ad domandum, sedandumque ferociam humoris. Et posterius hoc consilium melius. Nam quoties paroxysmi epileptici aut similes morbi occurrunt, non statim ad vulgaria remedia veniendum, ac si unius morbi in specie eadem causae essent specie: sed saepe novum captandum consilium. Alii Medici hoc poculum praescriperant.

℞. rad. diatamn. aristoloch. an. ℥. s. bistorta ℥. iij. sem. pœonia major. ℥. ij. rad. pœon. ℥. iij. flor. cardui p. j. conserv. anthos & salvia an. ℥. j. rasura eboris, cornu cervi, an. ℥. ij. fiat decoct. ad lib. s. In colat. dissolu. theriacis optima ℥. ij. rasura unicornis ℥. j. syrup. de stœchad. ℥. j. s. fiat potus pro duabus dosibus, aromatizatis cinnamom. & nuce mosc.

Postridie partus propinatum medicamentum, dejectiones multae: primum effusiones quaedam. Vocat autem Dominus Magnus effusiones ex sententia Hippocratis quum excernuntur talia qualia excernere solent vaccae: item & uliginosae fuerunt dejectiones. Quieverunt omnia: non propterea tamen iusserunt Medici secure dormire; nam ita res agitata est: morbus hic tamen suppressus videatur, non propterea de eo securos nos esse oportet, tum ratione partis obsessae, afflictæque prioribus paroxysmis: tum ratione morbi ipsius. Pars cerebrum est. Si ad illum morbum affectum proclive dispositumque fuit: major relapsus metus esse debet, minima enim lochiorum suppressione, aut reliqua materia prioris paroxysmi facile morbus recurret. Si non erat dispositum, melius quidem agitur, sed securitas tamen magna esse non debet. Nam morbus is (ut de eo tamquam de posteriore divisionis nostrae membro dicatur) relapsus fere particeps est. Et duabus de causis facile recurret. Prior est. In prima lunae quadraturaprehendit paroxysmus, lunaris morbus est, ergo rutos nos esse non oportet, nisi secunda quadratura relapsa fuerit, donec luna sit *δυσήτοιμος* in ejusmodi enim quadraturis mutationes, inclinationesque fiunt. Sic omnia tuta timere oportet. Accedit altera causa. Quarto die lac ad mammas rapitur, fertur, & attrahitur: ratione duplicis motus; & quia calidum est, & supprimitur in hac muliere utpote non lactanti; metus est ne fumi summittantur: qui paroxysmum

re-

revehant. In confesso enim est quod scriptum ab Hippocrate, a sanguine in mammis collecto furorem contingere, præsertim quum sanguis ille in lac non vertitur, aut propter abundantiam nimiam, aut propter fervorem; quod diligenter annotandum est. Si furor itaque eam ob causam imminet, cur non & convulsiones, & aliquid simile contingere poterit, eo præsertim tempore quo lac ad mammas deferetur? Ratio hæc urget admodum.

Itaque providendum ut alvus libera semper sit, raptus sanguinis ad mammas cohibeatur, malignæ qualitati consulatur, vitentur omnia fumida, graveolentia & suaveolentia, ne caput impleant, feriantque. Videndumque ut purgationes a partu citentur semper. Atque in eam rem comparata hæc sunt.

*℞. rad. rubia timlor. asparagi, gram. oxylapat. an. ℥ s. angel. m. j. passular. mundat. ℥ s. florum comm. p. j. semin. pœonia ℥. ij. buglos. borag. omnium capill. an. p. j. fiat decoct. ad lib. j. In colat. dissol. syrup. capillor. ven. ℥. iij. Fiant tres doses aromatiz. pauco cinnam.*

*Item ℞. conserv. anihos ℥ s. conserva rosar. ℥. iij. sem. pœonia ℥ j. s. fiat opiata cum syrupo conservat. citrii additus est ℥ s. pulveris scobis unicorn.*

*Item ℞. rasura eboris, margar. elect. an. ℥ j. rasura unicorn. ℥ s. pulver. Elect. triasantal. & diamargar. an. ℥ j. cum saccharo dissol. in aq. angel. aut decoction. ejusdem fiant tabelle.*

*Item ℞. aquar. stillatitiar. angelica & morsus, aut decoct. angel. lib. s. aromatizet. parum cinnam. ad usum ex cochleari.*

*Interea foru aqua tepida procuratum est ut curentur lochia. Omnia odorata vitata sunt.*

Puellis recens natis mel deglutiendum aut lambendum porrigitur optimo usu, ut provocetur alvus, & vitentur tormina.

Item ad vitandam convulsionem cui obnoxii sunt, cum pulve miscetur corallium & pulvis margaritarum.

Purgationes a partu cumulate & ut decuit, exierunt. Magna copia toto illo tempore sanguinis exiliit. Interjectis diebus injecti clysteres. Tamen ne quid alienum contingat, deinceps de purgatione cogitatum. Ac dubitatum an lavacro utendum sit, ut a partu nostrates mulieres solent. Repurgata est rheo & catholicon. Quamquam suspectum sit catholicon, quod in suspitione Epilepsiæ & cassia & catholicon suspectum sit, ut doctissime a Rondeletio & Hollerio annotatum. Idque annotatum puto aut communi quadam prudentia cui experientia suffragatur. Et ut quum e lecto surrexerit, repurgetur adhuc, visum est e re fore si apozema per decem dies utendum præscriberetur.

*℞. rad. fœniculi, petros. aspar. cichor. acetos. an. ℥ j. enula camp. ℥ iij. melissa. omnium capill. an. m. j. buglos. borrag. glycyrrh. passul. an. m. j. ceterach, scolopen. an. p. j. semin. pœonia & radice ejusd. an. ℥ j. s. sem. sesseleos ℥ j. florum, p. j. agripalmia m. j. s. fiat decoct. ad lib. j. In colatur. dissol. syrup. capill. ven. ℥ iij. cinnam. ℥. j. Fiat apozema clarificatum & aromatizatum.*

Quod attinet ad usum balnei, ne quid forte contingat præter opinionem, præsertim si muliercularum balneum usurpetur ex fæce vini albi aut rubri, ex alu-



alumne, & similibus, visum est interdici debere usu ejusmodi balneorum; Nisi forte balneo dulcis aquæ recreari velit: & pro omni deterforio fiat pulvis ex amygdalis confusis & hordeo confuso, qua corpus leviter fricetur. Ita enim detergebatur corpus, & nihil incommodi afferetur. Nam quum balnearum usu caput vaporibus impleatur, & graviter in iis usurpandis peccetur; si quid peccatur; facillime autem omnium hic peccatur, contentos nos esse oportet simplici frictione. In quibus autem paroxysmi epileptici metus est, in iis cautos esse oportet in balneorum usu. Quod enim veteres epilepticos & melancholicos ad lavacra miserint, id factitatum esse asserimus, quum corpus, aut caput intemperie aliqua calida siccaque affectum est, quum in partibus omnibus squalor. Hic enim dubium esse non potest quin balneis locus sit ad correctionem calidæ siccaque intemperiei, quæ multorum, magnorumque malorum auctor est & parens.

## A N N O T A T I O N E S.

1. *Quod a translatione potius sit, declarat ejus accidentis repressio ac cessatio quum primum alvus descendit.*
2. *Non est dubium quin mulieres affectionibus capitis magis sint obnoxia, quum multis de causis, tum propter capillorum exactam nimium diligentiam & studium; quod annotat Cælius Aurelianus in Chronicis.*
3. *Nam qui a dispositione cerebri epileptici sunt, & concidunt, minima occasione & prehenduntur, & relevantur: sed quum quis numquam aliquid tale sustinuit, magnam oportet adesse causam qua hoc symptoma afferat: nam vel est summa plenitudo, vel summa corruptela, ut contingit de eo qui primo die phreneticus contigit, & tertio interiit a maligno, ut Galenus doctissime interpretatur. Itaque quum quis epilepsia prehenditur solitus est, minus morte periclitatur, sed aut numquam, aut ægerrime eo morbo defungitur. Si numquam expertus est, periclitatur morte ob dolores acerrimos, & virium casum: & quia pars princeps occupatur. Si semel hoc sustineat, non ita facile relabitur. Quod autem periculum aliquando creet, quum non contigit; videtur Celsus indicasse lib. 3. cap. 23. Interdum (ait) quum hic morbus recens est (id est numquam adorsus) hominem consumit. Hippocrates lib. 2. Prorrheticon differentias magnas morbi sacri proponit, ut in iis, quam in illis periculosior, solutiusque difficilior existat. Ac inter cetera ait solutius difficillimum morbum sacrum qui a puero ad virilem aetatem pervenerit. Quod absurdum videtur. Nam aphorif. 45. lib. 2. mutatione aetatis pueros adorta Epilepsia curatur, & mutatione vivendi rationis; præsertim quum puellis menses erumpunt, & maribus quum venerem agnoscunt, ut Celsus ait cap. 23. lib. 3. At hoc accidit quum attingunt virilem aetatem. Ergo sibi dissimilis videtur Hippocrates. In illo loco utitur verbo σωμαρδρωθῆναι Hippocrates, quod non significat ad virilem aetate pervenire; tunc enim, si unquam alias, solvitur morbus: sed vocat τὴν ἰσχυρὴν ἄνοιαν σωμαρδρωθῆναι, quasi dicas convirescere, id est corroborari, confirmari cum aetate virili. Alias hæc falsa sunt.*
4. *Quo excreto illico dolor sistitur, hoc doloris causam censerī par est. Galenus cap. 2. lib. 1. loc. affect. Tamen hoc potest esse fallax. Sæpe enim*

in torminibus clyster educit recrementum ; quum tamen hoc doloris causa continens non sit . Nam postea educitur doloris causa .

5. Notandum quoque hoc loco unum est , & tempore graviditatis , & tempore partus , & post partum multa multis mulieribus insolentia contingere possunt . Nam audivimus multas mulieres epilepticas concidisse dum gravis essent , qua liberata fetu nil umquam tale sensissent ; sive id fiat ob suppressos menses , sive ob collectam multorum pravorum humorum illuviem , qua de repente horrendum hoc symptoma invehit . Quemadmodum quoque aliis in mulieribus contingit ut quum utero gestant , immunes sint a sevis doloribus , quos prius dum utero non gererent , ferebant . Ita enim novimus mulierem hemicrania confluctari solitam gravissime dum utero non gerit . Quum primum utero concepit , nil tale sentiebat . Quod mirum est . Et id primus Hippocrates 5. Epidemior. observavit de muliere cui caput circumdolebat , nec allevabatur nisi quum uterum gereret . De illis mulieribus epilepticis tempore graviditatis ( quum ab eo affectu plane immunes essent ) Fernelius cap. de Epilepsia in Pathologia .

## CONSILIUM XLI.

*Ad fœtorem oris & anhelitus .*

**M**ULIER annos nata quinquaginta levi de causa in morbum incidit . Ab eo relevari recrearique vix potuit . Inæqualiter corpus afficiebatur , modo calidiusculum , modo temperatum . Noctu , ac præsertim vesperi febris recurrebat . Eo tamen ventum est , ut contabescere videretur . Sed paulo plenius res tractanda , & a capite arcessenda , ut id quod instituti est nostri clarius elucescat .

Illam fere a primis unguibus , teneraque ætatula sædo tetroque anhelitu laboraverat , ut vix quisquam in os loqui auderet fœtore oris territus . Et quum illi incumberet propter eum quem in republica locum tenebat , cum primariis hominibus consuescere , cum tantæ molestiæ sæpe pertæsum est . Nil non in eam rem excogitavit adscito illustrium Medicorum concilio , præscriptis eo variis formulis quæ in parato forent ad fallendas , leniendasque eas molestias . Quidam eam usu carniū omnino interdixerunt , alii aliud consuluere , quorum quum lubenter consiliis paruisset , nihil præter fucam oris tantum suaveolentiam retulit , quum frustra in oris gratia concilianda fuisset elaboratum .

Nos ab eo fœtore contumaci auspicari volumus , quod quæ causa eum primis annis foverat , ac aluerat , ea non minore liberalitate sui extrema senectute copiam fecit . Immo morbum aut morbos potius secunda sobole parituriit , quibus in depellendis multum operæ insumtum est : sed hæc omnia frustra . Itaque quum levi quodam morbo tentata esset , efficacibusque remediis contra pugnatum esset , nihil dum sensit solatii : immo ægrescere medendo videbatur . Recruduit ille vetus oris fœtor , palatum , gingivæ , faucesque

que ipsa limoso cœnosoque humore tamquam uligine quadam erant oblita; & quum is humor aut mucor potius teter deterfus esset, citius dicto alius aderat qui deterfas illas partes retineret, ac occuparet. Urinae velut purulentæ profuebant: ex intervallis ardor urinæ eam exercebat. Febris aderat e genere hecticarum putrium: inappetentia magna: virium amissio, mox earumdem recuperatio: marcor totius corporis: squalidus habitus. Edendo nihil proficiebat, tamen euchymis uteretur. Dubitatum est de sede hujus mali, de affectibus, aut implicitis, aut disjunctis: de marcoris tanti causa, de remediis: & quis tandem foret eventus illius morbi ita occulti ac inveterascentis. Morbus omnis quum actionem primo ac per se lædat, tolli, excindique debet: numquam tollitur nisi causa continens, quæ eum fovet, adimatur. Nec tantum in causa continente adimenda occupatos nos esse oportet, quod hæc morbum proxime foveat, sed per analysin quamdam continuatione quadam ad alias causas sensim progrediendum, quæ morbum primum fovere dicantur. Tamen enim & causa morbi continens sublata, & affectus ipse sublatus primam Medico laudem tribuant, & nil postea repullulet, non propterea aliarum præcedentium causarum tamquam continentis causæ parentum investigatio negligenda. Quoties enim longior quadam continuatio seriesque causarum existit, ut alia ex alia nasci & existere videatur, & omnes inter se aptæ connexæque videbuntur, tamquam conspirantes in causâ continentis affectusque ab ea nascentis generationem, tamquam in commune quoddam opus, suo quæque ordine excutienda ac demenda, & ab ea curationis exordium duci debet, quæ ortu prima, sed inventionem postrema videatur. Nam in curatione, ratione, & ordine suscepta ita captari debet consilium, ut sæpe id negligatur quod postremo loco duxeramus faciendum. Alioquin frustra in tollenda continente causa laborabitur, quum ea nimium occulta, contumaxque sit, & quum a primis aliis causis pendeat, harum demolitio illius eversioni anteponenda est.

Ita conjectura artificiosa, quam *εὐχαισμός* Galenus vocat, assequi oportet, primum mali fontem, & in eum digitum immittere. Quod ut exemplo pateat, esto aliquis, cui æstuans sit ventriculus, & præterea acribus, piperratisque, & semiputribus caseis sæpe utatur; unde putrium biliosorumque humorum colluvies: ab ea obstructio, ab obstructione putredo, a putredine quoque febres. Sit ita sane, usu medicamentorum putredinem emendes, obstructionem liberares, an propterea febris illius scaturiginem, primumque principium tolles? Itaque ad ventriculi intemperiem corrigendam erit veniendum, immo pravum illud alimentum causæ externæ eatenus rationem habens erit adimendum, frustra alioqui de tollenda febre sudabitur.

In hac nostra muliere affectus qui occurrunt, sunt summus oris fœtor, febris hectica putris: renum abscessus quidam: totius quoque corporis præter rationem consumptio. Hic analytica methodo utendum ad sedium affectarum noticiam. Hæ autem dignoscuntur aut signis syllogisticis, aut pathognomonicis, aut consequentibus, aut excretis. Excreta autem vel partium ipsarum partes sunt quæ ab iis defecantur, ut pulmonis frusta; vel quæ in ipsis continentur, nonnumquam aliquid quod morbosam dispositionem sequitur, vel  
solam,

solam, vel semper, vel ut plurimum. Ac in affectorum locorum investigatione tria maxime sunt advertenda, & tamquam canones proponendi ob oculos, quos semper intueamur: *Locus, Affectio & causa, Accidentia.*

Quæ tria quum animo comprehensa erunt legitimo ordine ad affectuum sedium cognitionem deveniemus. Ac locus ita sese nobis insinuat. Si affectio esset in cerebro (exempli gratia) vel per consensum fieret, vel per protopathian. Si per consensum, fugacia essent symptomata; si per protopathian, vel intemperie laboraret, vel solutione continui, & sic talia aut talia occurrerent. Idem de hepate sentiendum, & suis se signis ostentaret morbus, tum sedem, tum affectionis ideam indicantibus. Affectus & causa ita veniunt a nobis excutienda. Si inflammatio esset, quæ sese offerrent ejus essent generis; inflammationis enim consequentia hæc sunt: si scirrhus foret, talia sequerentur; si inflammatus esset pulmo, ejusmodi essent symptomata & signa, quibus notitiam ipsam consequeremur. Ab accidentibus autem ita eruitur cognitio rei: Dolor est ejusmodi, hoc itaque denotat: Aponia est, necesse igitur id subesse, morsus est orificii ventriculi, illinc aut inde contingit.

Quod in nostra muliere exerceri debet: fœtor est oris, ergo aut a cerebro est, aut a pulmonibus, aut a ventriculo, aut a præcordiis. Si a cerebro est, a destillatione & rheumatismo est; ac credibile esset tussiculam adesse. Nam quæcumque materia est quæ fœtorem habet, ea putris est; si putris, exulceraret, ac proinde molesta foret aut œsophago, aut tracheiæ arteriæ. Si huic, tussis esset; si illi, prava chylosis fieret, a prava chylosi fluores alvi, depravatio omnis alimenti, extenuatio. Si a pulmonibus est, aut ulcus, aut siderationem thoracis significat. Si ulcus, argumenta jam pridem innotuissent: at nulla hæcenus. Si sideratio esset, non tam diu eum affectum pertulisset. Si a ventriculo est, per depravationem alimenti, assumpto cibo cessaret fœtor, vacuo ventriculo appareret. Nam inanito ventriculo fumi sursum efferuntur, qui graveolentiam afferunt. Quod multis contingere Aristoteles in Problematis scribit. Credibilius est eum fœtorem & a thorace esse, & a ventriculo. A thorace esse potest, non concepto ulcere ullo in pulmonibus. Etenim verum id est quod scribitur a Galeno, in partibus ipsis citra inflammationem, tumorem, aut obstructionem vitium concipi, quod a tota substantia dicitur. Quod & in pulmonibus verum esse potest, quum fieri possit ut proprio quodam pulmonis vitio, & ob coacervationem humidioris materiæ spiraret aura fœtens. Tamen si vitium esset totius substantiæ in pulmonibus, credibile non esset eam tam diu vixisse. Ac Gordonius annotavit oris fœtorem a pectore numquam curabilem esse. Quod bifariam potest intelligi, aut quod fœtor a thorace ulcus, aut quid simile significet & jam inveteratum, unde necessario interitus consequatur. Nam sputum fœtens, mortem in propinquo significat: Aut quod quum fœtor est a pectore, ob remedium difficilem ad pulmones penetrationem, causa illius fœtoris immedicabilis manet. Idem auctor communem quamdam fœtoris oris causam memorat humorem phlegmaticum. Nam nec humor biliosus ita aptus est, nec melancholicus, quum ille sua acrimonia & calore putredinem facile arceat, hic suo acore contra fœtorem istum sese quodammodo obfirmat. Unde quibus

bus fœtor oris est, iis & palatum, & dentes quodam mucore sunt oblitæ & infecti. Quod huic mulieri contigit. Incredibile enim dictu est quanta copia cœnosi humoris quotidie in os recurreret: quod tetrum humidumque halitum a pulmone aut ventriculo potius elatum indicaret. Nam qui a pulmone est, exhalationem refert potius: qui a ventriculo & præcordiis, vaporem & halitum. Credibile in hac muliere a vapore potius, quam exhalatione, declarat satis copia excrementi. Ac quinque de causis phlegmaticus humor omnium facillime fœtorem inducere ita colligitur: Prima, quia frigidus, & ideo facile suo genuino calore destituitur. Secunda, quia humidus, quod facilius ad putredinem concipiendum inclinationem affert: Tertia, quod omnium facillime (ratione copiarum, est enim multus, & superfluus in corpore) rheumatismum faciat: Quarta, Quod omnium facillime ratione prævæ dietæ, quam quotidie instituere videmur, accumuletur ac succrescat. Quinta, quod post sanguinem abundet maxime.

Et annotat idem Gordonius, fœtorem a ventriculo non esse continuum, quod assumpto cibo paulum quiescat: Quum a pectore continuus est, & ulcus pulmonis significat, & letale est. Quod non probabile esse satis abunde paulo ante indicavimus; nam fieri potest ut in pulmonibus putrescat materia exitum non habens, quæ oris fœtorem afferet.

Mirum tamen esse possit, cur in febribus halitus non fœteat, quum pituitosus humor sit, qui putris sit, hinc efflatio putris esse debet, & anhelitus: si quæ prius dicta sunt, vera existant. Respondet Gordonius, bifariam fieri putrefactionem; uno modo per ebullitionem & incendium quoddam a calore præter naturam: & ea putredo non inducit fœtorem, cujus generis esse solet in febribus: Et alia est per substantiæ corruptionem. Sic in febribus quum fœtor anhelitus est, mors significatur; quod non solum humidæ substantiæ ebullitio significetur, sed propriæ substantiæ corruptio. Sed pace tanti auctoris dicam, hæc minus congrue, vereque dicta sunt. Nam quis dubitet in febribus continuis, putridis, aut intermittentibus non simplicem esse ebullitionem? Nonne excretos humores sursum deorsumve in putridis febribus fœtidos, corruptosque videmus? Et tamen in iis facta est simplex ebullitio, per Gordonium. Quasi vero quum fœtor aut a pulmonibus, aut a ventriculo est, major sit (manente præsertim vita) propriæ substantiæ corruptio, quam in febribus putridis in quibus excretiones sæpe cadaverosæ & putres admodum apparent? Non est credibile; nam si halitus fœtens a ventriculo manans, tantam corruptionem significat, quomodo tamdiu maneret vita? Respondeat Gordonius de sudoribus, in febribus præsertim pituitosis manantibus, tam graveolentibus, ut vix quisquam eos ferat, & tamen non fœtet anhelitus. Itaque alia quærenda est distinctio. Nam non est dubium quin humores, si præsertim pituitosi sint, a calore præternaturam multum corrumpantur, & non tantam acquirant malam qualitatem, quanta requiritur ad fœtorem oris. Cur ergo, inquires, non fœtet os? an quia simplex ebullitio, ut vult Gordonius? Nequaquam, sed quia humor qui febres committit, conclusus est in visceribus, non autem in partibus thoracis, aut capite, aut ventriculo, aut ore: E quibus partibus

būs necesse est spirare aliquid ad fœtorem oris. Quod si qui humor febres committit, in iis partibus contineretur, dubium non esset quin fœtorem oris accerferet. Nam si conclusus humor in præcordiis leipothymias ob tetrum vaporem, cardiogmos, mortem denique inferat, cur non in superioribus partibus contentus fœtorem afferre possit? Si per sudores erumpens tenuis ejus pars, aut per urinas, quæ sæpe fœtentes sunt admodum, tetrum vaporem feriat sensus nostros, cur idem humor sursum repens, & thoracicas partes occupans, non tetrum odorem oris inferat? Hydropici graveolentissimos in abdomine humores continent, nec tamen tetrum spirant: Ergo quia humor in partibus ventris conclusus est, & non partes superiores capeffit. Unde videmus mulieres quibus suppressi sunt menses, aliquando tetrum spirare, & colligimus eas graviter ægrotaturas, quod tanta sit humoris putrentis copia, ut non solum partes inferas, sed & superas occupet: in superis tetrum halitum, in inferis febres accerfit. Ergo idem humor, & ejus putredo non distinguitur. Quod autem in febribus maximam partem nec sudores graveoleant, nec halitus propterea fit, quia maxima febrium pars a bile est; quod Hippocrates non minus breviter quam vere scripsit; quamquam hoc ab eo dictum plerique male feriat homines non intelligunt. Bilis autem aut flava, aut acida: neutra tetrum spirat ex se, aut illud paucum admodum. Contra in quotidianis & pituitosis, & vetularum febribus, & malus gustus est (ut vocant) ob tetrum halitum & putrentem in ventriculo humorem, & fœtentes sunt sudores. Quod arguit non modo magnam humiditatem requiri ad tetrum halitum, sed & occursum materiæ ad partes oris, sive cerebrum sit, sive pulmo, sive ventriculus. Quod autem humores biliosi, aut melancholici non ita tetrum ex se emittant, ut & pituitosi, satis apparet sensui, ex alliis, capis, pipere, sinapi. Nam & allia & capæ, & piper fere eodem gradu calida esse veteres autumarunt: cur tamen ex iis alia tetrum spirant, alia non? Id fieri propterea asseverant veteres, quod allia, & capæ multa humiditate prædita sint, quæ facillime digeratur ac corrumpatur, nequeunte calore illam coercere ac mitigare, ideoque graveolent: a pipere autem & zinzibere nihil fœtidum exhalet, quod non tanta insiti humiditas, & quantula est cumque facile superetur a calore. Quod idem humoribus contingit. Nam biliosi humores analogiam quamdam habent ad piper & zinziber; pituitosi ad allia & capas: & quæ humidiora sunt temperamento, & calore mediocri, maximam partem hircum redolent. Et mulieres vetula, quibus superfluit multa humiditas, spirant malum odorem, & anhelitu asthmaticos pycros faciunt: Et quibus gingivæ & os humidius est, iis teter odor est. Quo fit ut concludamus multam humiditatem requiri ad fœtorem oris, & præsentiam illius humoris in partibus ori vicinis, alioqui conclusus manebit humor, & nil tetrum in os mittet; ut male conclusit Gordonius in febribus putridis non tetrum esse halitum, ob simplicem humoris ebullitionem; & quia qui illum halitum commissurus est, aliam malam qualitatem ab ea quam febrilis materia nacta est, concipere oportet: Idem est putredinis modus, ut diximus. Quamquam non negamus fieri pos-

*Ballonii Oper. Tom. II.*

I

se ut

se ut in fœtore oris, præsertim a male affectis pulmonibus non adesse solum putredinem simplicem, sed alienationem plane a temperamento, & perfectam διαφθοράν. Quod nos observavimus in auriga ad ripam Sequanæ, cujus ex ore fœtor ( incredibile dictu ) totam domum inficiebat, & cadaverosum olebat. Unde non ita longe post fato concessit, siderato toto pectore. Et hæc sunt quæ contra Gordonium agitari potuerunt: cui tamquam homini doctissimo habenda gratia, quod disputandi fenestram aperuerit.

Atque ut ad rem redeatur, de remediis illius fœtoris pauca dicenda. Gordonius causam maximè constituit humorem pituitosum. Mesuæus cholericum quoque constituit, unde pro materiæ biliosæ conditione instituit ea quæ humectandi vim habent, & contemperandi; ut est syrupus de pomis, & rob, de acetositate citrii, diacytonites: At in corporibus biliosis, siccis, in quibus abundat calor febrilis, videtur potius in contemperatorem versandum. In materia phlegmatica, ea quæ calfaciunt, instituuntur; ut confectio trypheræ quæ ex aromaticis constat; caryophylli, cyppeus, lignum aloes, calamus aromaticus, & quæ sint ejus generis.

Ergo quum febris illam mulierem exerceret, fœtor oris, in appetentia, urinæ ardor quidam, atque urinæ veluti purulentæ funderentur, quamam methodo utendum? cum quo agendum prius? An affectus est compositus, an complicatus? De iis brevissimè dicendum.

In morbis omnibus aliquid est quod sub sensum cadit, aliquid vero quod sensum fugit. Id quod sub sensum cadit, symptoma est; quamquam sæpe est involutum ac implicitum, ut an hujus, an illius morbi sit certo definiri non possit. Si symptoma sub sensum cadit, nullo est opus signo quo sese nobis detegat. Sensus enim fidem facit. Id quod sensum fugit, causa morbi est, & morbus ipse: Morbus quidem generali quodam modo sese nobis ostentat, nimirum actionis læsione: sed quia occultus sæpe est, & causa recondita, intusque latens, ideo concurrere debet signum quod utrumque detegat, atque demonstrèt. Signum enim est id quod sensibus nostris obvium factum, aliud quippiam latens & occultum comitatur; id enim illius signum censetur. Symptoma autem, quia conspicuum est, interioris, occultique morbi ex quo fluxit, expressum est signum. Quia autem similitudines bonis & eruditis Medicis imponunt sæpe, ob morborum, causarumque complicationem, ac confusionem; ideo in signorum ac symptomatum dignotione accuratos esse oportet: item in morborum aut connexionem, aut complicationem. Maximum autem momentum habent signa insalubria in morbis, quod & speciem morbi, & sedem, & causam alia atque alia designent.

Porro morbus aut unus est, aut multi: unus simplex, aut compositus. Simplex aut solitarius, quum nulla efficiens causa adest; nullumque grave symptoma quod curantis consilium ad se revocet; ut intemperies simplex, Comitatus, quem continens causa intus fovet; ut obstructio, aut quem horrendum symptoma comitatur, ut quum morbo dolor ingens afficit. Compositus morbus est, qui ex multis eidem parti connexis constat. At

multi

multi morbi sapius una nos exercent. Eos autem aut implicitos, aut connexos, aut conjunctos, aut disjunctos vocamus. 2 Connexi, conjuncti, & consequentes idem significant. Disjuncti conjunctis sunt contrarii. Impliciti & Conjuncti distinguntur. Impliciti dicuntur quum varia quidem partes afficiuntur, sed quæ in communem actionem omnes conspirent; implicatur enim, & communia elucet symptomata, quæque vix distinguas an id potius quam illud laboret. Ut quum difficilis est respiratio & tussis, quia hæc & in pleuritide, & in peripneumonia promiscue incidunt, ea per se non satis indicant an costa, an pulmo afficiatur. 3 Sunt enim *δμορυσίη*, sive *δμοιδίη*, ut loquitur Galenus: item & *ἰπυτα*, quæ tamquam aliquid indicatura excernuntur, sæpe difficultatem judicandi afferunt, an hæc potius quam illa pars afficiatur, quod promiscue indicent & costarum, & pulmonis, & asperæ arteriæ affectus, ut Galenus loco supra adducto probe recenset. Affectus autem complicatos indicat hoc exemplum, si quæpiam sit ceratoidis erosio, rhagoidis exitus, pupillæ distortio, & apparens suffusio, tametsi omnes hi affectus uno eodemque tempore consistant, non tamen morbum oculi compositum efficere dicuntur: sed sunt morbi impliciti, idest variis partibus insident, quarum tamen in unum opus est conspiratio. Sed quum morbus compositus dicitur, in eadem parte sunt multi morbi simplices: ut quum hepar intemperies sicca & calida cum tumore aliquo occupat, quia uni eidemque parti illi multi morbi inhaerent, morbum compositum constituunt, non simplicem. Proptereaque impliciti & compositi morbi eo tantum discrimine distinguntur, quod quum simul simplices & multi sint morbi, si varia partes in unam communem actionem conspirantes occupantur, tunc morbi impliciti vocabuntur: Si autem una tantum pars afficitur (nomine partis tamen non ita in angustum structumque adducta) tunc compositus morbus dicitur. Ut pleuritis & asthma simul existentia morbos implicitos efficiunt, quod uni eidemque functioni incommodent. Et ex recentioribus quidam morbos compositos ab implicitis accurate distinxerunt, quod a paucis observatum viderent hoc discrimen: quod tamen magni interesse existimarent. Nam quod ad curandi consilium & indicationes pertinet, in composito morbo scopum unum curationis proponi volunt, in complicato & involuto morbo diversum: Exempli gratia, in tumore præter naturam & intemperies est, & vitium conformationis, & solutio continui. Hujus timoris quum cura suscipitur, tametsi varia sese nobis offerant; unus tamen scopus est curationis, nisi forte quosdam particulares effingere velis. At quum luxatum est brachium, & juncta est inflammatio, & partis convulsio, non hunc morbum compositum dices, sed implicitum; proptereaque diversi curationis scopi proponuntur. Hoc discrimen non agnovit Galenus disputans de morborum differentiis, confunditque morbos compositos & complicatos. Recte quidem distinguit morbum partis similis a morbo partis organicæ, sive simplex, sive sit compositus. Ut tunicæ adnatæ inflammatio, non oculi morbus per se tamquam

Com. in  
part. 2. li.  
1. Prorb.

Quid proprie im-  
plicitus  
morbus.

Cap. 13.  
de mor-  
bor. dif-  
fer.



totius instrumenti dicitur, sed primum & per se tunicæ adnatæ dicitur, secundo totius corporis ipsius oculi tamquam instrumenti. Nam partium similium morbi per se, ex eventu tantum toti instrumento accidere dicuntur; sive morbi ipsi singularum partium sint simplices, sive compositi, ut quum in pupilla est contortio & inflammatio: Et morbus compositus totius instrumenti bifariam dicitur: vel quum una tantum pars morbo composito afficitur; tunc enim totius oculi affectus dicitur, sed tantum secundario; vel quum partes omnes oculum constituentes simplici morbo laborant; tunc enim omnes affectus morbum unum compositum oculi totius dicuntur constituisse. Sed recentiores non compositum morbum, sed contra Galeni mentem morbos implicitos vocant. Galenus de ea re nil primum statuit, sed aliorum affert opinionem. Nam quum unguis & lippitudo est, quum erosio cornæ, quum uvea prolabitur, hoc totum vocant quidam morbum oculi compositum, alii diversarum partium diversas affectiones. Et utrorumque probabilem sententiam asserit, mirumque est quomodo dicat Galenus nihil interesse sive hoc totum morbus compositus dicatur, sive plures morbi diversis auxiliis egentes, quoad pertinet ad curationem. Falsum enim hoc est. Quum autem satis abunde demonstraverimus interesse plurimum ad curationem si morbus compositus dicatur, & si morbi complicati; in his quippe & illis diversi omnino scopi sunt. Sed Galenus non ita exacte intelligendus. Nam ex eo appellandi morbum oculi compositum occasionem sumi vult, quod quum oculus una sit pars ex particulis multis constituta; quæ omnes ita congruunt ut in unum opus conspirent; propterea hæc simplicium morborum congeries & syndrome non inepte compositus oculi morbus dicitur. Sed clarioris doctrinæ & intelligentiæ causa appellentur multi morbi particulares & impliciti: Ut nomen (impliciti) diversas morborum ideas per se exhibeat: quomodo Galenus aliud esse docet febres compositas, & implexas: sive implicitas. Galenus autem in illo libro de differentiis morborum, postquam aliorum sententiam proposuit, ut eos inter se conciliet, videtur quid sentiat aperire. Quod ut facilius præstet, a morbis simplicibus incipit, quorum quidam totius oculi primo esse dicuntur, alii secundario tantum, & κατὰ σὺν βεβηκόσι. Exempli gratia: Suffusio totius instrumenti morbus est per se: ac ceratoidis exulceratio, instrumenti morbus esse dicitur ex eventu tantum; per se enim ad corneam tamquam similem partem refertur. Sed longe aliud statuit discrimen de morbis compositis. Nam ex compositis morbis quidam sunt proprii totius instrumenti, nempe oculi, primo & per se: alii ex accidenti; ut adnatæ inflammatio propria est tunicæ affectio, ideo ad totum oculum non refertur, nisi secundario: Ergo, ut vult Galenus, ponamus plures oculi partes simul unaque affici, vel unam tantum partem, ut patet in inflammatione tunicæ adnatæ: quum una tantum pars, ea affectio dicitur morbus compositus unius partis per se, & totius instrumenti secundo tantum: quum multæ simul oculi partes, morbus dicitur totius instrumenti primo & per se, ait Galenus: quod falsum videtur. Nam ceratoidis erosio, rhagoidis exitus, pupillæ distorsio, morbi sunt singulares; multas oculi simul

2. de differens. febr.

partes

partes (si fors ferat) occupantes, primo per se, an quia in cumulo sunt, propterea dicuntur primario referri ad totum instrumentum; quod vult Galenus: Si ceratoidis erosio per se ad partem unam refertur, & pupillæ distortio per se ad alteram partem, secundo autem uterque affectus ad instrumentum totum referatur; cur potius quam singulæ per se æstimentur ad partes suas primo & per se attribuuntur, conjunctæ autem ad oculum totum revocantur? Sed dicit quispiam: Quum Galenus vult morbum compositum totius instrumenti vocari; quum multæ simul partes afficiuntur ipsius oculi; non hoc est intelligendum quum partes multæ afficiuntur affectu sibi proprio, peculiarique: sed affectu qui per se & primo & simpliciter ad totum oculum referatur. Nam suffusio per se ad oculum refertur, sed si ad suffusionem alius morbus generalis oculi, ut unguis, & rhœas accesserit, hi omnes morbum compositum efficient totius oculi primo & per se; quia singuli per se morbi prius in sese considerati ad totum oculum referebantur. Sed Galenus non vult tantum morbum totius instrumenti vocari, quum omnes, aut multæ simul partes afficiuntur morbis, quorum singuli primo erant totius instrumenti; ut suffusio, unguis, rhœas: sed quum morbis quoque detinentur, qui singuli in se spectati peculiarem ad partes singulas rationem habent, & secundo tantum quum soli spectarentur, ad totum instrumentum referuntur. Verba autem Galeni hæc sunt loco supraposito: *Quum plures eodem tempore partes oculi morbo aliquo afficiuntur, morbi ipsi primo totius instrumenti esse dicuntur, atque eo magis si unusquisque morbus ante erat primo & per se totius instrumenti.* Hæc verba, atque eo magis, indicant affectiones aliarum partium peculiare, ut distortionem, exitum, erosionem commixtas inter se posse totius oculi primo & per se morbum compositum efficere. Unde antea dixerat nihil interesse an quis dicat eas affectiones (quarum unaquæque proprie & primo ad oculi partes, non autem oculum totum referretur) morbum compositum oculi efficere, aut multos morbos aliarum partium. Sed tandem ut hanc nos disputationem terminemus, quoniam forte noluit Galenus rem tam exacte disquirere, dicemus quid nobis videatur de morbis compositis & complicatis. Quod tamen non expressit Galenus, licet tamen id ipsum ex illius scriptis elicere & venari: ut non sit cur ea in parte recentiores sibi palmam decidi oportere existiment, ac si eorum hoc esset inventum, & hujus tantæ rei auctores essent ac principes. Quum multi morbi occupant varias oculi partes, sive per se sint simplices, sive compositi, ut tunica inflammatio, aut illi morbi quum simplices considerabantur ad partem hanc aut illam peculiariter referebantur, aut generaliter ad oculum ipsum totum. Puta unguis simplex morbus, & rhœas ad totum oculum attribuitur, nomenque dat: Ergo si multales morbi complicentur, morbum compositum totius oculi primo per se efficient. Sed pupillæ contorsio, rhagoidis hic aut ille affectus, quum secundo tantum ad instrumentum totum referatur, si multi tales morbi peculiare in hac aut illa parte, peculiaremque denominationem inducentes, complicentur, morbum efficient compositum totius oculi: sed vel di-

ces istum morbum compositum non proprie & primo totius oculi dici; sed secundo tantum, quod seorsim spectatæ affectiones has aut illas partes attingerent: vel potius vocabimus multos morbos multarum partium, vel implicitos morbos uni oculi functioni generaliter officientes. Sed hæc sufficiunt. Ergo morbi multi aut impliciti dicuntur, aut connexi, seu consequentes, aut disjuncti. Impliciti, ut dictum est, sunt, quorum ea est ratio, ut per se conspirant, ut uni eidemque actioni incommodent: ut de morbis unam vnius oculi actionem lædentibus dictum est. Item pleuritis & asthma, quia duo sunt affectus partium respirationi dicatarum impliciti dicuntur (quum simul invadunt) quia communia quædam habent symptomata, ut tussim, & difficilem respirationem. Connexi, & consequentes idem significant recentiorum opinione; quamquam nomen *Consequens* paullo latius manat quam *Connexum*. Exempli gratia: Morbi consequentes seu connexi dicuntur, quorum unus posterioris est causa & auctor, & uterque morbus simul manet: Ut quum affectus est ventriculus, & ei affecto caput condolet, & morbi consequentes, & connexi dicuntur. Quod fit aut propter morbi naturam, ut quum pleuritis necessario febrem continuam advocatam habet, & dicuntur morbi consequentes & connexi: Aut ex partium conditione, quia quæ sunt propinqua, quæque communia, ea primum & maxime affici solent, idque aut generis similitudine, aut valorum communione, aut operis societate, ut passim annotavit Galenus. Quum itaque ea est morbi ratio, ut unus alterius causa sit & auctor, atque ita ut nisi adempto uno, alter non tollatur, proprie connexi morbi illi dicuntur: sed in ratione consecutionis, quia evenire potest ut commutatione quadam morbus alteri succedat: ut quum peripneumonia pleuritici sequitur, hic non connexi, sed consequentes dicuntur. Observatur siquidem consecutionis ratio, ac connexionis nulla est. Sic nomen *Consequentis* longius patet quam *Connexi*.

De connexis, consequentibus hæc dicta sunt. Sed ut scrupulosi e coticibus tandem oratio nostra enatet, de disjunctis separatique morbis nihil dicemus, quod satis disjuncti intelligantur, qui in separatis partibus versantur, quarum non est ea communio quam supra diximus. Qui morbi in ea muliere, cujus gratia hoc susceptum est, satis innotescunt. Nam & in ore fetor erat a prolapsu putris pituitæ a capite, adjuvante quoque tetra exhalatione a partibus inferis: & renum male affectorum ac purulentorum magna quoque fuit suspicio. Atque omnia ita erant occulta, ut morbus potius in diaphthora consisteret, quam in manifesta aliqua intemperie diceretur. Febris erat lenta, cujus seminarium aut renes male affecti erant, aut mesenterium semiputre. Illud observatum in ea quod 6. Epid. scripsit Hippocrates: *Omnis extenuatio laxat cutim, deinde distendit: Resectio vero distendit, deinde laxat.* 4. Extenuationis causa, alimenti penuria, exercitationes plures, vigiliae, agitationes, dolores, morbi colligantes, evacuationes, pravitas humorum in vasis, ut narrat Galenus in historia de muliere extenuatissima 6. Epid. In hac muliere corruptionem esse se aliquam testantur omnes excretionis omni ex parte. Accedit quod in

omnis morbi diuturnitate per Galenum, comment. in aphor. *Acuti morbi in quatuordecim diebus, &c.* est obsidio partis alicujus, cujus occasione fovetur tam longus morbus. Et quum caloris, & frigoris magna sit vicissitudo, declaratur vaporis suscitatio e materia corrupta. Sic Galenus docet in Epidemiis. Sic morbus latens est ex insidiis invadens, & corpus frangens. Immo annotaverunt quidam ex veteribus, in vetulis sæpe ita humores corrumpi, ut expiret ab iis teter vapor, qui pueros teneros asthmaticos reddere possit. Quæstio est, an esset febris hæctica. Aliquando refrigeratio contingebat, sed recalcactio illa solemnis, quæ in nutritis hæctictis apparet, non aderat. Si recalcactio non aderat, an non hæctica? Erat hæctica putris, a qua non excluditur levis perfrigeratio, quæ *πρὸς τὴν ἀναδιδραμῶν* dicitur. Aut dicemus manifestam calfactionem in iis apparere in quibus viscera sunt robusta, non autem si vieta & effeminata sint. Hæc omnia indicabant cogitandum potius esse de prognosi, quam de vita protrahenda. Salutis enim exigua admodum spes supererat. Nam quum morborum securitas aut ex parte ipsius affectus petatur, aut corporis subjecti, aut utriusque: quodlibet horum spectaretur, de salute nil sperabatur. Morbus autem sui indicationem exhibet, aut *ἢ ἰνδία*, aut *κακονδία*. Subjectum, quum vis aliqua est restibilis: nam quum specie & ingenio morbus malus est, & subjectum male constitutum, male prælagendi occasio sese offert. Et quum omnia in ancipiti forent, deque funere potius quam de vitæ fenore cogitaretur, in eam itum est discessumque sententiam, ut oppugnanda in putredine laboraretur, & viribus adaugendis. Itaque ratione putredinis breves & faciles ex rheo purgationes sunt institutæ. Ut autem corpus & vires recuperaret, serapium instaurans ex testudinum carne est præscriptum.

His ita institutis, domita paullum putredine, ne contagione putrium humorum lactis asinini bonitas superaretur, consultum est ut exactis aliquot diebus ad ipsius lactis usum veniretur. Hoc ita factum est. Recreata natura surrexit, morbumque occultum tandem vicit, & præter omnium Medicorum opinionem superfuit; Ut mirum non sit si præjudicata Medicorum judicia sæpe non ita magni fiant, quum ab iis provocare & liceat & conveniat.

#### A N N O T A T I O N E S.

1. *Comitatus morbus, ut quum febrem fovet atque alit obstructio continua, comitatus est morbus.*
2. *Quamquam multi morbi consequentes dicuntur, qui necessario connexi non dicuntur, ut pleuritis sequitur peripneumonia. At propterea connexi non dicuntur morbi.*
3. *Quum signa sunt communia, & hæc & illa significantia, oportet Medicos diligenter suam intelligentiam excutere, ne decipiantur.*
4. *Si corpus capit multum alimenti, & tamen non bene nutritur, vel corrumpitur alimentum, vel non distribuitur, vel consumitur ob ingenem calorem naturalem.*

*Consultabant Riolanus, Magnus, anno 1573.*

## CONSILIUM XLII.

*De pulmonum affectibus, in quo queritur, an ad pulmonum morbos quadret tenuis diæta.*

**H**IPPOCRATES optimus instituendæ diætæ architectus, in libris de Diætâ acutorum, disputans de pleuritide, exactam diætâ præscribit: Immo primis diebus ita accuratam illam esse vult, ut quamdiu morbus siccus manet, tenuissime vivendum censeat. Siccum autem morbum vocat, quum nil dum excernitur materiæ morbificæ, quum sputum in os nondum occurrit. Quin etiam tantum periculi creari vult usu solius cremoris ptisanæ, sicco manente morbo, ut inde homines suspiriosos fieri asseveret. Et quod de pleuritide dictum est, idem sanciri debet de omnibus morbis acutis. Pleuriticis enim pro omni morbo acuto in exemplum subijcitur. Item cremor hordei pro alimentorum ceterorum examine proponitur. Et quoniam inflammatio pulmonis ex acutissimorum morborum numero censeari debet, quæstione digna res proponenda, an ea lex quam Hippocrates in pleuritidis cura sancivit, tenenda, confirmandaque in inflammatione pulmonis? Duabus enim de causis idem juris esse videtur. Prior est, quoniam Peripneumonia acutissimus morbus est, cito litis controversiam dirimens: Posterior, quoniam, ex sententia omnium veterum & recentiorum, eadem diætæ ratio & therapias servatur in curanda peripneumonia & pleuritide: immo eorum plerique leviter tantum attigerunt de peripneumonia, & peculiare caput non descripserunt, volentes peripneumoniæ curandæ rationem ex capite de Pleuritide depromi. Atque hoc non ita relinquendum est intactum, cujus explicatio & enodatio plurimum profectura est ad curationem morborum, quam omnes diligenter, & prout nostri muneris est, proficere debent.

Galeni locus observatione dignus est: *In pulmone, (ait) spiritus tenuis est, & levis, & quem coerceri oportet, sanguis vero crassus, & quem in singulas pulmonis particulas dimitti opus sit.* Nam pulmo copiosiori alimento eget quam partes ceteræ, tribus aut quatuor de causis: Prima est motus perpetuus: secunda, caliditatis copia. Caliditas autem & propter cordis viciniam, & propter motus assiduitatem & constantiam. Addo & nativam, vernaculamque caliditatem, quum & spirituosa sit pars, & rara. Et paullo post, tria adinventæ (*επιρρηξιες* Græci vocant) ad affluentiæ alimenti ad pulmonem ipsum, idque necessario. 1. Primum copia vernaculæ caliditatis, quæ efficit ut alimentum omne in partes minimas comminuetur, diffundatur, ac citius evaporetur. Alterum pulmonis dilatatio est in inspirationibus, quæ efficiat ut ex densissimis instrumentis (cujusmodi est vena arteriosa) violenter quippiam arripiatur. Tertium ac omnium maximum ab eo sanguine qui soli pulmoni a corde mittitur prius in illo plane confecto atque extenuato. Tertia hæc periodus implicita est atque obscura, nec intelligi potest. Nam propositio illa, *Ab*, in textu Græco non reperitur, & interpres male convertit genitivum Græcorum absolutum. Ita enim legi-

legitur in Græco, τριτήν ἢ μέγιστην πᾶσων ἀπὸ τῆς καρδίας ἀυτεμπομένη μόνω τῶ ἀίματι ἀκριβῶς ἐν ἐκείνῃ κατηργασμένη ἢ λεπτυσμένη. Ita interpretor: Tertium autem, idque maximum (supp. ad affluentiam alimenti ad pulmonem pertinens) est quod sanguis a corde mittatur ad solum pulmonem exquisite in illo prius elaboratus ac attenuatus. Et quum dicit tria esse præsidia ad affluentiam alimenti ad pulmonem, hoc bifariam potest intelligi, vel quod tres illæ causæ recensitæ hoc efficiant ut multum alimentum affluat: vel potius cum præcedentibus hæc connectantur, hoc efficiunt, ut multum affluere debeat. In utroque sensu periodus hæc intelligi potest. Reddamus ad rem. In pulmone (ait) spiritus tenuis est, sanguis crassus & gravis, quem ad omnes pulmonis partes ferri oportet; siquidem pulmo ob causas tres multo alimento præ ceteris partibus indiget. Quorsum hoc scribit? Ut occurrat objectioni eorum qui tueri velint frustra a natura constitutam esse venam arteriosam, & arteriam venosam. Nam si spirituosus halitusque sanguis in pulmone contineatur, necesse est eum arteria dura robustaque contineri, alioqui effluet ut in aliis partibus continetur. Item si crassus sit sanguis, & gravis, utpote nondum elaboratus, quid attinet venam arteriosam architectatam fuisse, quum simplex tunica, ut in partibus aliis fuisset satis? Tacite autem fatetur Galenus eas rationes probabiles esse, ut convincatur frustra machinatum fuisse naturam ista vasa ab aliis ejusdem generis diversa. Nam in partibus aliis arteria dura est, ne cito efluant spiritus per corpus arteriæ: mollis vena, ne diutius insistat sanguis (siquidem per tunicam venæ nutritio fit, ex sententia Galeni) & ita nutritio retardetur: tamen natura necessitate adducta arteriam venosam, & venam arteriosam est machinata. At ampliorem disputationem de vena arteriosa in locum alium non longe rejiciemus, explicantes an legitime, optimaque ratione vena arteriosa a natura sit instituta. Nunc autem quod instituti nostri est explicemus, nimirum copiosiore alimento uti debere pulmonem quam partes ceteras, & ratione caloris tum sui nativi, tum alieni a corpore cordis mendicati, tum constantis perpetuæque agitationis. Si enim hoc verum est, exquisita diætâ in pulmone inflammatione non est cura, licet morbus sit acutus, quod & ratione alienum non videtur. At dicat aliquis: Quid tum vero pulmo copiosiore alimento egeat quam ceteræ partes, an propterea tamen exquisitæ diætæ locus non est in pulmone inflammatione, ut & in pleuritide ab Hippocrate sancitum est? Nam quum Galenus usum venæ arteriosæ docet, necessariamque pulmone alimenti copiam non ut affectus est pulmo, sed ut sanus, sermo habetur. Nos autem non negamus quidem injici mentionem de sano pulmone: sed tamen ex ea sententia desumimus postulatam ac hypothesin ad id quod instituimus maxime pertinentem. Etenim diætæ instituendæ ratio revocari quoque debet ad naturalem symmetriam partium. Nam si in usurpandis medicamentis dum pars laborat, diligenter sanæ partis naturam ac symmetriam inquirimus, ut quoad fieri potest maxime parti consulatur: idem in diætâ factitari debet. Illud enim est quod Hippocrates monebat, dandum consuetudini, quod non solum de consuetudine intelligitur, sed de pristina natura partis. Ut si cerebrum laboret intemperie humida, & siccam victus ratio-

rationem instituimus, quæ a nobis siccandi vi prædita diæta præscribitur, non talis est, qualis in aliis partibus servaretur, quæ minus humidæ forent. Nam etsi intemperiem humidam in parte humidissima corrigere consilium est, tamen intra limites consistimus. Sic in calida intemperie partium calidarum natura, impense refrigerare non debemus. Idem quoque in diæta instituenda observari debet. Nam positus in hypothecin duabus partibus, quarum una copiosiore alimento eget, altera non item: In paribus effectibus non par diæta præscribi debet. Nam in affectibus ejus partis cui copiosius alimentum natura concessum est, liberaliores paullo nos esse oportet. In affectibus autem ejus partis cui minus alimenti suppetit, paucos nos contentos esse oportet. Nam ut multum alimentum in aliis requiritur, ita paucum abunde est. Quod & in universi corporis nostri nutritione dum morbo detinemur, observari debet. Nam qui paucos contenti cibo dum integra fruuntur valetudine, vivunt, in iis nos accuratiores, parciores, restrictioresque esse oportet: si minus multo copiosoque cibo vitam propagarent, in iis dum infirmi jacent, liberaliores simus, ratio postulat. Immo Hippocrates iis congruentibus dum de qualitate cibi scribebat, monuit in diæta præscriptione deteriorem paullo cibum consuetum, suaviorem esse ægris magis bono non consueto: adeo nos sollicitos esse oportet, ut & consuetudini, & temperamento, & vitæ instituto aliquid tribuatur.

Itaque si sanus pulmo copiosiore cibo dum sanus est, eget, quam partes ceteræ, ut hepar, & ventriculus, dum inflammatione tentatus est; minus exquisita diæta definiiri, describique debet inflammato pulmone, quam aut hepatis, aut ventriculo. Cujus rei confirmatio & fides desumi potest ex Galeni auctoritate, si huic ea in parte fides abroganda non est: *Non sicut in jecinore & ventriculo, ita in pulmonibus tenuissimo victu utendum est. In ventriculo enim & jecore alimentum coquitur, metusque est ne ipsis plegmone laborantibus nutrimentum rite non concoquatur, & phlegmone augeatur: in pectus vero tantum alimenti jam cocti pervenit, quantum uni ipsi particula nutrienda conveniat.* Hic locus admirationi esse possit: Etenim Hippocratica disciplinæ e directo contradicere videtur. Si enim ideo exquisitissimo victu utendum non est in pulmonis inflammatione, qui locus morbum acutum producit, quod tantum alimenti ad pulmonem affluit, quantum ipsi convenit tantum, cur non idem contingeret in tunica costas succingentis inflammatione? At in pleuritide accuratam multum victus rationem præscribit, & dolore præsentem, & dum siccus manet morbus, non multum dare ptisanæ jubet, ne natura a coctione avocetur, ne dolores augeantur, ne anhelosus æger reddatur. Ita enim scribit: *Quibus cibus, ( idest stercus ) statim inclusus, si quis non vacuato eo sorbitionem dederit, dolorem, si adest, augebit; si non adest, proxinus inducet, frequentiorque reddetur spiritus; quod malum est: nempe pulmonem exsiccatur ( quia augetur respiratio ab usu cibi ) & fatigat hypochondrium, tum ventrem imum, tum septum transversum. Et ob similes causas qui tota utuntur ptisana septimo die, vel celerius moriuntur: alii mente lasi, alii ob difficultatem spirandi stertoremque præfocati.* Sed hic locus an alteri superiori contradicit, quo negat Galenus

*Part. 32. Comm. 1. in lib. de Diæta aegrot.*

ius locum esse tenuissimo victui in pulmonis inflammatione (quod idem de pleuritide intelligi debet, quum Galenus & in peripneumonia & in pleuritide siccitatem ex eo iudicet, quod sputum humidum non procedat) quum hoc loco ne ptisanæ quidem locum esse neget? Nequaquam hæc pugnant. Sed ex collatione locorum intellecta conceptaque esse oportet. Utrumque conciliabimus, si prius unum explicuerimus.

Causa hæc est cur pulmo inflammatus respuat exquisitum victum, non autem jecur & ventriculus, quod in ventriculo & jecore cibus coquatur: si plenius nutrimentum ingeritur, nec bene coquetur ratione morbi, & augetur inflammatio. Hæc ratio Galeni est. Alteratio petita ex eodem Galeno, ut antea abunde monuimus, pulmo ob motum perennem, calorem, copiosiore eget alimento quam partes ceteræ: si dum sanus est copiosius cibandus pulmo est quam partes reliquæ, ob eas causas, dum laborabit ea consuetudo, & temperies pulmonis erit inspicienda. Nam Galenus consilio nifus Hippocratis, non vult quicquam peccari nec in commoda universalis nec particularis naturæ. Et quæ ratio unius partis, eadem & totius corporis; & quæ totius corporis, eadem & unius partis. Ita enim scribebat Hippocrates: *Qui bis die cibari consueverunt, bis ptisanam dare &c.* Confer statum ægrum cum statu sano (ut ita loquar) Et paullo post: *Inter initia neque multam, neque crassam ptisanam dare oportet, sed quantum & ob consuetudinem, & ne multa fiat vasorum inanitio, ingerere convenit.* Ac si dicat Hippocrates: Et si principium morbi, aut adjectionem magnam suadeat, nimirum si vigor longe abesse videatur, ut ager in vigore morbi sufficiat, ne in illo cogamur præter rationem accedere ad nutritionem, aut detractionem alimenti, si vigor nempe in procinctu sit, & non est metus læsionis magnæ virium: tamen ita se gerere oportet vel in substrahenda ptisana, vel in eadem aut simpliciter danda, aut augenda, ut consuetudinis ratio habeatur: Hujus enim magna vis est, ne aut temere inaniamus, aut repleamus. Ita enim veteres quidam magnis mutationibus magnas opponere volentes, aliquando perfectam inediam præscribebant, aliquando tantillum dabant alimenti, ut cogerentur tandem cibum in medio vigore morbi adjicere non citra damnum ingens.

Ergo pulmo sanus multo eget alimento. Quum itaque erit inflammatus, habita ratione consuetudinis, non ita exquisita diata erit præscribenda. Scitum enim illud Hippocratis 6. Epid. *Attractio pulmo incendium, evacuationem siccatur somnus multus.* In ejus textus enarratione cæcutire mihi viderur Galenus; vult enim conjungi eas duas voces, pulmo incendium, quasi dicat Hippocrates: *Attractio fit quum in pulmone est incendium.* Hoc quidem verum, sed non est sensus Hippocratis. Itaque sic legendum, *Attractio, pulmo, incendium: idest, incendium per se attractionis causa est: pulmo autem una est ex partibus quæ attrahit maxime undelibet, a capite, a partibus inferioribus, ob calorem, & motus perpetuitatem; quæ duo pulmonem reddunt attractionis capacissimum.* Pulmo itaque inflammatus seipso propter phlogosin calidior effectus expetet copiosius alimentum, alioqui rarefiet motus perpetuitate, & majori celeritate propter idem incendium icho-



res attrahet a partibus inferis. Quo pacto libris de sanitate tuenda scribit in hominibus biliosis ob inedia[m] capitis dolores oboriri, attractis sursum missisque vicissim vaporibus. Præterea facile colligi licet vim potentiamque pulmonis excalfacti ex eo loco Hippocratis in libris de differentiis morborum, aut potius de morbis, præsertim quum agit de erysipelate & inflammatione pulmonis. Docet enim tenuissimum sanguinem a magna vena atrahi quum ardet pulmo, unde inflammatio fovetur: at blanda anathy-miasis, idest halitu, vaporeque succulento cibi humectatur paulum pulmo, ac proinde refrigeratur. Atque huc facit maxime quod dictum a Galeno, tantum attrahi alimenti ad pulmonem, quantum uni parti sufficit. Ut propterea ei non sit metuendum a paulo pleniore diætâ.

Nunc autem locus postulat ut locorum Galeni & Hippocratis sensum venemur ac colligamus, ne temere aut adjiciamus, aut detrahamus: quod utrumque cavet Hippocrates, ut mirum non sit modo adjectioni, modo detractiõni attendendum esse censeat. Locus Galeni est, *In inflammationibus pulmonis tenuissimo victui locus non est, quod in pectus tantum attrahitur alimenti cocti, quantum uni parti tantum satis est.* Alter præterea locus dum de usu venæ arteriosæ disputat, quo scribit præ partibus ceteris corporis pulmonem largiore alimento frui debere: Hippocrates autem in pleuritis & inflammationibus thoracis, idest, & membranarum & pulmonum exactam admodum ac statam diætâ imperat. Si, ait, *lateris dolor assiduus est, calidis fomentis non remittitur, sputum non procedit, sed citra coctionem glutinosum est, nisi dolorem vel alvi subductione, vel secta vena solveris; si hic ptisanam das, agrum jugulas:* Immo si tota utuntur ptisana, vel septimo, vel citius intereunt. Et paulo ante dixerat: *Si quis sorbitionem dederit non vacuata alvi, dolorem, si non adest, inferet; si adest, auget: major difficultas spirandi orietur, & pulmonem exsiccet, &c.* Ubi videre licet accuratum admodum esse Hippocratem in præscribenda diætâ pleuritis laborantium, immo ne cremorem quidem ptisanæ concedit: & ut a præscribenda ptisana avertat, proponit terrificâ symptomata quæ talis ptisanæ usus est statim allaturus. Si per Galenum tantum affluit ad pectus alimenti quantum uni parti satis esse potest, quorsum & in peripneumonia & pleuritis plenior cremoris hordei usus pertimescitur? Quorsum reformidatur vaporum, flatuosique spiritus sursum reciprocatio, & prava ad partes thoracicas distributio, quod annotavit Galenus in quodam commentario? Immo si plenior victum in acutis morbis tenuiori, exquisitoque antepone Hippocrates, curiosa illa sollicitaque ptisanæ præscriptio locum in medendo est habitura.

Ut res tota decidatur, ac lis controversiæque dirimatur, dicimus non abs re exquisitissimam diætâ in inflammationibus thoracis ab Hippocrate præscriptam ac sancitam, & non abs re a Galeno in inflammationibus istis plenior cibum requiri. Sed quo nexu hæc inter se coherere copularique possint, paucis explicamus.

Hippocrates alias plenior diætâ præscribit, alias tenuior, pro robore, natura, temperamento, morbi temporibus, in eodem morbo circumstantiis

Part. 33.  
com. 1.  
in lib. de  
Diætâ  
acut.

Com. in  
part. 12.  
com. 2.  
in lib. de  
Diætâ  
acut.

stantiis & occasionibus, morbi natura, consuetudine ægrotantium : Etiam eodem tempore morbi aliquando accuratus victus consulitur, aliquando paullo plenior : immo in uno loco adjectionem in morbis commendat, in alio eandem rejicit, habetque rationem universalis & particularis naturæ. Quæ omnia si minus attente audiuntur, avidaque aure non minus accipiuntur, quam prudenti sagacique mente exiguntur, in infinitorum errorum scyllam non præcipites delabemur ? Atque id tantæ difficultatis in unius diætæ præscriptione oboriri mihi videtur duabus de causis. Una est, quod difficilis admodum conjectura quam quisque prudens Medicus habere debet de morbi ingenio, vigore vel statim futuro, vel longe post, item difficilis cognitio naturæ universalis & particularis cujusque consuetudinis, anteaque vitæ, ne temere ab otio ad negotium, aut contra, conversio fiat. Quæ in primis omnia magnum injiciunt scrupulum prudenti Medico omnia ex arte facturo. Ut exempli gratia, si intra triduum futurus vigor sit morbi, non est dubium quin tridui, aut bidui inediam ferre possit, & ita in exquisitissima diætâ perseverandum : sin longius ab sit, quis dubitat ineunte morbo plenius alendum esse ægrum, ut morbum ferendo esse satis possit, ne quod cavet Hippocrates sub vigoris tempus plenioribus cibum offerre magno incommodo cogamur. Item, si quis ter cibum capere consueverit, quum morbo præditus fuerit, eodem jure velit agere ac cum eo qui semel aut bis cepit ? Ille quum ægrius alimenti subductionem ferat, hic ejusdem adjectionem non bene fert.

Altera ratio tantæ difficultatis est, propter veterum in ea re ancipites, ambiguasque controversias : Nam nullo fere adhibito judicio, nulloque diorismo, modo absolutam tridui quatruidui inediam præscribebant, & sic fame ægros misere necabant : & sub vigoris tempus cibum offerre cogebantur ; aut quum intelligerent ineuntibus morbis adjectioni potius attendi debere ægros saturabant, pleniusque cibabant ; unde incommoda sequerentur, quæ nulla fere ars corrigeret ac emendaret. At Hippocrates singulari judicio præditus, neutris calculum additurus, exquirat diligentissime & maxime artificiose diætâ in acutis ex ratione temporum morbi, consuetudine ægri, morbi indole, privata, universaque cujusque natura, cujus maximum est in medendo momentum. Itaque sententiam suam ita protulit : *Non intempestive oportet fortes vasorum inanitiones moliri, nec quum morbi urgent feruentque cibum offerre, nec repente in hanc illamve partem mutare licet.* Quæ ratio primum convellit ac labefactat veterum ea de re latas sententias.

His itaque positis, an sine distinctione & temere Hippocrates in inflammationibus thoracis, ut ex illius verbis constat, exquisitissima diætâ retinenda ? Nequaquam. Sed primum hoc cæferi debet, ineunte morbo, aut in principiis morborum ( nomen autem principii late funditur ) dum sicci manent potius in curam eorum incumbere debemus, quam paullo plenioribus victu naturæ consulere. An propterea inedia præscribenda, ut quidam volunt ? Nequaquam. Nam quum dicimus, potius, aut magis, non excluditur omnis cibi adjectio. Primum enim in Aphorismo 50. *In*

tenui

*tenui victu acri delinquent*, ait, & *error qui committitur magnus, major fit in tenui victu, quam in pleniore*; duabus de causis, ait Galenus; Quia natura a tali victu debilitatur plurimum, & quia ad insuetam dietam tenuem conversio fit. Nam quum ita tenuis diæta non præscribitur per spectata morbi natura, & viribus ægri, contingit nos vires eas tridui inedia frangere, & cibi accessionem adungere affecto jam morbo, quum minime sit opus ac deceat. Quum enim graviore sint mutationes quæ fiunt ab otio ad negotium, quam contrariæ, sic gravius in se peccat qui defraudato genio repente ciborum pleniore manu indulget, quam qui a satietate ad cibi abstinentiam sese convertit.

Præterea idem Hippocrates 1. de Diæta acutor. satis aperte docet non ita amplecti se ineuntibus morbis exquisitam diætam; *Qui in morbis ptisanâ utetur, ne uno die vasa inaniri permittat, nec ab usu desistat, nisi propter medicamentum, aut clysterem, aut sectam venam*. Tunc loquitur de morbis nondum validis. Nam si dolor urget, ut locus sit medicamento, aut sectioni venæ, non ita plena manu cibandus æger. Sed dandum vult consuetudini; ut si bis cibum capere consueverit, bis detur ptisanâ, ut duabus vicibus, propter consuetudinem tantum expleatur, quod semel si morbus non adesset, expleri deberet. Paulo post subjicit, initio non multam & crassam ptisanam dari oportere; sed videndum qualis consuetudo, tum ne magna vasorum inanitio fiat. An illud est tam accuratum esse in diæta præscribenda? Nam dum de morbi siccitate paullo post loquitur, quæ videatur alioqui abstinentiam suadere, quoniam cruditatem significat, scribit, si morbus siccior sit, non multum dare oportet. Aliud est dicere, in morborum cruditate, de qua hoc loco mentio injicitur, non multum dari alimenti oportere, aliud est dicere omnimodam abstinentiam a cibo præscribi, ut Prodicus & Diatritarii Medici factitabant. Hippocrates enim illa superiore ratione, & quia utitur in hoc morbo (de ceteris idem judicetur) alimento medicamento nec tenuius nec plenius alit: sed mediam quamdam formam, & æquabilem retinet, tametsi Theſſalus eum hoc loco ægros implere asseveret, & Erasistratus eodem fame & inedia necare. Est enim in morbis thoracis cibo consulendum, viribus & ad educationem, & ad actionem: est & naturæ consulendum, subducta alimenti portione ad mitigationem, materiæque præparationem.

Cautiones autem istæ, cibare oportet in morbis, nisi vel clysteri, vel medicamento, vel venæ sectioni locus sit, indicant aperte detrahendum quippiam de cibo, si dolor absit, ut ejus occasione aliquod illorum præſidiarum usurpandum sit. Nam ita occurrimus objectionibus quas prius movimus, quasque educat quis ex duobus illis Hippocratis locis quos paullo ante enarravimus: si incluso cibo, idest, stercore diu retento, ut ait Galenus, sorbitionem quis det, statim dolorem augebit, si adest; si non adsit, inferet: Nec enim hoc impedit quominus adjiciamus aliquid alimenti, sed quum alvus adstricta est, quoniam assumptæ ptisanæ exhibitæ distributio prohiberetur, vult præmitti clysterem, aut secari venam, priusquam de nutritione cogitur. Si enim in sanis alvo minime libera ingestio esculentorum sæpe tormina

ac

ac contorsiones afferat, multo magis dum aut morbus adest, aut imminet. Alter autem locus videtur urgere paullo amplius: Si lateris dolor assiduus est, calidis fomentis non cedens, si sputum non procedit, nisi quis vel subductione alvi, vel medicamento dolorem laxaverit, ptisanam autem dederit, in perniciem præcipitat ægrum. Itaque, dicit aliquis, in peripneumonia, in pleuritide quum dolores adsunt, cibum dare nocentissimum; sed omnino inedia præscribenda est. Non hic est animus Hippocratis. Atque eum locum bifariam intelligimus, objectionemque diluimus: Prior quidem ratio, illic de vigore morbi agit Hippocrates in superioribus textibus, ut demonstratum est, plus minusve ptisanæ exhibuit ineunte morbo, docens non multum dari oportere si ficcus manet morbus, nunc autem omnium dolorum & symptomatum vehementiam proponit, & vigorem morbi designat, quis adeo hebes sit, qui quum dolores urgeant ad nutriendum se convertat, quum præmonuerit alendum ægrum plus minusve pro re nata.

Altera ratio, scribit, Nisi quis dolorem vel medicamento, vel phlebotomia solverit, hoc satis indicat urgentibus doloribus vigentibusque succurrendum esse præsiis artis quum illis symptomatis vires deterreantur, priusque ptisanam exhibeamus, præsertim julepum, idest, priusquam plenius cibemus. Præmissis autem clystere, & secta vena, tum de cibando consulitur. Ex quibus manifesto patet eam numquam fuisse Hippocratis mentem, ut velit etiam in pleuriticis exactam admodum diætam observari, præsertim initio morbi. Quum dubium esse non debeat, in omnium morborum vigore ac statu, quum dolorum summa sunt omnia, tutius esse morbi depellendi provinciam naturæ committere, quam adjectis cibus eandem ab instituto avocare.

Hæc satis sunt, ac priusquam disputationis finis fiat, conciliare locos duos Hippocratis in animo est, qui plane dissentire videntur. Prior est Aphorismorum lib. 1. ubi in morbis adjectioni ciborum attendendum esse vult, ac in tenui victu delinquere ægros potius scribit quam in paullo pleniore: Alter ei planè contrarius est. In libris acutorum ciborum adjectioni intendendum multo minus. *Nam subtrahere omnino sape expedit, quum æger sufficere possit, donec morbi vigor maturescat.* Huic & similis est apud Galenum: *In quibus morbis vigor primo quaternario adesse debet, modo natura fortior sit, integram inediam servare debemus: In quibus non ultra primam septimanam fortis natura existente solo utendum melicrato. Si nature robori non fidimus, ptisanam utemur succo.* Quasi vero succus ptisanæ multum ad robur naturæ addendum sit collaturus. Ex adverso pugnant duo illi loci. Sed si mens Hippocratis intelligatur, satis abunde omnibus factum putabimus. Docuimus ante non abs re Hippocratem alias paullo plenioribus ciborum adjectionem concedere, alias eandem plane dissuadere, ob gravia quæ inde sequerentur incommoda. Atque id duabus de causis: priore quidem, quod ex veteribus medicis magistris quidam absolute plenam diætam instituerent, alii vero omnino cibum subtraherent: quos utrosque ut errare ostenderet, est ubi paullo plenius in morbis cibus, est ubi tenuissime: Sic modo unum consulit, modo alterum, non immemor, ac dissimilis sui; sed ut ostendat quam erroneum sit aliquid ea in re statum *rationemque statuere. Posteriori autem, quod quum cognosceret præsidiorum singularum*

Aphor. 5.  
lib. 1.

Part. 37.  
com. 2. in  
lib. de  
Diætâ  
acut.

Commen-  
tario præ-

lorum

diff. ver-  
ba hac  
scribun-  
tur:

lorum quantitatem artificiosa egere conjectura, hanc autem assequi conjiciendi vim difficillimum esse, & ad eum pertinere, qui omnium quæ in arte sunt vires norit, & aluit in ea re ancipitem, dubiamque sententiam suam proponere, quam aut hoc, aut illud certo definiendo, multis errandi occasionem porrexisset.

Itaque dum primo Aphorismorum paullo pleniorum victum laudat, universalem plane non proponit regulam, ut hæc est quam in libro Acutorum scripsit, quum ciborum adjectioni in morbis multo minus attendi oportere dixit. Nemo enim dubitat corpus ægrum non tam indicare refectionem sui, quam ablationem morbi quo occupatur. Ut enim cibus sano corpori præfidio est & robori, ita ægrum morbosumque corpus offendit, ac lædit. Sed offensio est major minorve, prout plus minusve cibi offertur. Itaque 1. Aphorismorum vult evertere dogma eorum qui magnis mutationibus magnas mutationes opponere in animo habentes, initiis morborum sine ullo delectu inedia absolutam præscribebant, & quod citra damnum fieri non poterat, tempore vigoris cibum adjicere cogebantur. Satius autem esse vult Hippocrates, initio morborum alimento vires recreare, ut quum ad vigorem ventum sit, absoluta inedia minus æger offendatur: ita tamen ut si brevi vigor futurus sit, tantum demamus de cibi adjectione, quanto propinquior is videatur. At libro acutorum præceptum generale ponit in morbis dum multo minus adjectioni attendi debere opinatur, quod adhuc per comparisonem dicitur, ut nil temere & absque ratione dicere consuevit. Quoniam, ut dictum est ante ex comm. Galeni in hanc particulam, artificiosa conjectura quam consequi debet quisquis quantitate remedium rationem ad unguem tenere velit, difficillime omnium attingitur. Accedit quod scribit Galenus ibidem: *Quod plus est (ait) & exsuperat, noxas inemendabiles facit, quod vero minus est, facile emendatur: nempe si virtus labascere videatur, cibi exiguum ministrare debemus. Quod in ventrem injectum est, tollere est difficillimum.* In illis locis conciliandis & ad legitimam medendi formam revocandis diligenter laboravit Manardus epist. 2. lib. 5.

Id quod in quæstione erat positum nunc absolvamus; nimirum an in inflammationibus pulmonis, quod vult Galenus, tenuissimo victu utendum non sit. Jam docuimus in pleuritide, quam pro exemplari & typo morborum acutorum proponit Hippocrates, quatenus adjectioni, aut detractiōi ciborum studere oporteat. Quum Galenus non vult tenuissimo victu utendum in pulmonis inflammatione, notari primum debet quod tantum per comparisonem loquatur. Ait enim, non est tenuissimo victu utendum in pulmonis inflammatione, ut & in jecoris & ventriculi phlegmone. Nemo enim negaverit duos hos morbos accuratissimum victum exigere, quod ratione inflammationis injectum alimentum corrumperetur: & quia officiales sunt partes, & in quas alimentum integris viribus injicitur, magis offenderentur. Pulmo autem pars naturalis non est officialis saltem, & ad eum, auctore Galeno, tantum alimentum advehitur quantum uni parti alenda sufficit. Quocirca non ita incommodum sequeretur ex pleniori cibo. Dicemus autem ad hanc controversiam dirimendam, aliud esse considerare pulmo-

nem

nam inflammatione laborantem tamquam morbo acuto, aliud esse eundem laborantem conferre cum ventriculo & jecinore. Priore enim modo quum acuto morbo affligatur, non est dubium quin quamdiu morbus siccus erit, diæta revocari debeat ad eam quam de pleuritide Hippocrates explicavit: Posteriore autem, revera accuratior victus esse debet in ventriculo inflammato ac jecore, quam in pulmonis inflammatione.

Duplex tamen dubium hoc loco esse possit: Prius, an hoc verum sit in ventriculi & jecoris inflammatione tenuissimo victu uti nos debere, quod pars officialis & naturalis. Immo, dicit aliquis, quia penu est & promptuarium omnis alimenti, & quo nisi agente, & alimentum partibus ceteris ministrante, animal brevi concidat, plenius ea ratione alendum est: alioqui alia partes quæ mutuas ad opus curationis tradunt operas, fatiscerent, ac laborentur. Pulmo autem & cerebrum, & partes alia; quia naturales non sunt, nec ciborum promptuaria, parcius cibandum, quod ventriculus integer sit, & alimoniam ad tempus sustinere possit. Aut si ita sane alatur plenius corpus, aut tenuius, quid intererit? Dicimus ideo tenuissime hic alendum in inflammatione hepatis & ventriculi, quod morbi omnium sint acutissimi, proptereaque extremos habent labores. Vigor enim in propinquo est. Et hic plus occupatos nos esse oportet in oppugnatione morbi qui plurimi est momenti, quam naturæ corroboracione, tametsi magna virium jactura sequatur. Præterea ex eventu tenuissimæ diætæ occasio sese profert. Quum enim partes illæ extreme laborent, dubium non est quin in eis alimentum corrumpatur: corruptio autem illa agris damnum est magis auctura, quam si in totum alimento abstinenceatur.

Posterius dubium, an omnino verum hoc sit, nulla facta comparacione cum inflammato ventriculo, in pulmonis inflammatione morbo alioqui acutissimo, & suam historiam statim absolvente locus sit tenuissimo victui? Videtur ita, quia in iis morbis qui extremos statim labores habent, extreme tenuis diætæ conferat: Item quia exhibitæ etiam pituitosa homines *πνευμονία*, fiant anhelosi. Præterea quum a corde nutriatur pulmo, si multum ingeritur cibi, plurimum ad cor sanguis deferretur: & ita ad pulmones attrahentes ad invicem, sic inflammatio augebitur: in omni autem inflammatione iis abstinendum quæ multum sanguinis generant. Videtur quod non, dum sanus pulmo multo copiosoque alimento eget comparacione cum partibus aliis, ex mente Galeni. Ergo, ut ante docuimus, consentaneum erit ut non ita parce ac duriter peripneumonicos nutriamus. Præterea calfactus pulmo multum consumit, multum attrahit etiam ratione caloris & motus aucti, si desit ob inedialem alimentum pulmoni undelibet rapiat, immo potius ichorosos humores ex quavis parte; sic augebitur peripneumonia, præsertim biliosa: venæ enim arefactæ biliosos & ichorosos humores ad se ex aliis partibus attrahunt, sic & pulmo: præterea arefiet cor raptis & sanguine, & spiritu ob incendium pulmonis, unde peripneumonicos animo deficere videmus. Etsi auctore Mesuæ peripneumonia fit aut a pituitoso, aut a bilioso humore: si a pituitoso, tamquam ab excremento; si a bilioso, tamquam a nutrimento: in biliosa peripneumonia plenius cibare

*Bailonii Oper. Tom. II.*

.K

opor-

oportebit: & quod nutrimentum adesse parti oporteat, non tantum quantum quidem si sana esset, sed ut in sanis robur alimento augeamus, saltem in ægris servare quoad possumus, debemus. Item quod biliosi ichores ferociunt magis, proterviuntque detracto alimento: nutrimentum enim temperat eos, humefacit, & expectorationem promovet humectando. Sed horum omnium explicationem venari possis ex ea longa oratione quam nos de industria habuimus.

Quod paullo ante sumus polliciti nos præstatueros, illud nunc exsolvendum. Quum enim de usu venæ arteriosæ, ac arteriæ naturam & conformationem venæ referentis, mentio injiceretur, ne disputationis ordo everteretur, plenior ea de re disputationem in tempus ac locum aliquanto commodiorem rejecimus. Ad quam nos accingemus, quoniam plurimum habet utilitatis & voluptatis. Utilitatis quidem ad cognitionem eorum quæ dicta sunt de observatione diætæ in inflammationibus pulmonum, quod pulmones multo ubereque alimento ad recreationem sui indigerent. Voluptatis autem in inquirendis contemplandisque naturæ operibus, quæ quum cæca, bruta ac temeraria videatur, tamquam mirus & ingeniosus artifex in iis condendis apparet: sive quod ei mentem tribuere nos cogat divina operum præstantia, quæ citra rationem, intelligentiam, ac consilium temerario fortuitoque nisu talia evadere nequiverunt, seu potius quod Deum & numen in iis suam vim ac potentiam explicuisse necessario fateri cogamur. Quod si renuerimus, id nobis invitis extorquebit admirabilis & naturam superans effectio, quæ quotidie in oculos nostros incurrit.

Res autem quæ proponitur ejusmodi est, cur non ut in partibus reliquis eam venam quæ a dextro cordis ventriculo derivatur, non autem oritur non ut ceteras effinjerit, sed arteriæ conformationem ob tunicæ crassitiam quæ quintuplo aut sextuplo crassior est, sortita fuerit: contra vero arteriam quæ sinistro cordis sinui implantatur, raram, subtilemque, & proxime venam referentem esse voluerit. Si rationem conformationis venarum & arteriarum perstrinxerimus, earum quæ partibus ceteris inserviunt, facile causam sumus reddituri, cur in pulmonibus utrumque vas contrariam suæ naturæ conformationem nanciscatur. In partibus quidem ceteris venæ simplex est tunica, arteriæ vero major crassior quam quæ venarum est. Hujus ratio hæc est, quoniam si qui in arteriis continetur spiritus tenuis, calidissimus, ac incitatus maxime, crassis, compactisque vasis non coereretur, evaporaret statim, ac evolaret. Sanguis autem quoniam piger, crassus, & gravis est, nisi vase maxime perspirabili contineretur, non bene nutritio fieret. Nutritio porro fit non modo per venarum oscilla, sed per tunicas, transumpta scilicet materia quæ partes irroret, adhæreat illis, & propter adhæsum tandem in earum naturam cedat atque faceffat: Ac contrariam multum in effingendis pulmonum vasis rationem habuit. Nam & aliam nutriendi rationem notam perspectamque habuit, & alimenti copiam superesse pulmoni oportuit, & spiritus communicationem non ita difficilem ut est in partibus ceteris. Itaque crassæ venæ conformandæ & arteriæ raræ ac simplicis consilium hoc fuit.

Unum

Unumquodque simili nutritur appposito cibo : pulmonis autem carnem raram, mollem, spirituosamque esse nemo nescit : Eoque factum consilio, ut vena crassior esset, ut diutius sanguis restitaret in ea, & sic elaboraretur. Si enim mollis fuisset tunica qualis a corde manaret sanguis, talis perspiratione & transumptione celerrima in nutritionem pulmonis concederet. Accedit quod in aliis partibus non est ea motionis agitationisque perpetuitas, & continuatio, quæ efficit ut calfactus impense pulmo vi quadam vel ex densissimis vasibus sanguinem arripiat. Tamen ea crassities validam pulmonis attractionem quodammodo retardat atque eludit, ut nihil nisi quod tenuissimum est, e vena arteriosa elabatur.

Arteria autem rara effecta est duabus maxime de causis : Tertiam ac quartam in orationis tractu explicabimus; ut nimirum suppetias venæ arteriosæ ferat; nam quoniam non ita multum promptumque alimentum vena arteriosa præ sua crassitie & opacitate tribuit, id arteriæ tenues, rare resarciunt ac compensant. Secunda ratio, quoniam ceteris partibus non ita confertim affatimque concedi sanguinem arteriosum convenit, ideo crassæ effectæ sunt arteriæ, pulmo quum ex superioribus rarus ac spirituosus esse dicatur, oportuit arterias non ita crassas, ut quæ perpetuo sinere debeant effluere sanguinem eum ad pulmonem rescindendum, qui multum consumit. Tertio ob motum perpetuum, & attractionem aeris externi, ejusdemque exclusionem obedientes esse arterias fuit necesse. Præcipuum autem hoc munus in pulmonum arteriis spectatur; nam nobis inspirantibus expirantibusve continenter ac facile vehi, revehique sputum oportuit: quo maxime contulisse videtur vasorum arteriosorum mollities & obsequium. Venas autem non necesse fuit contrahi & dilatari ut & arterias, quod notandum.

Præterea crassities venæ hoc affert adjumenti, quod non ita facile effluit sanguis e vena arteriosa præ crassitie, & quia diutius remanet, duo affert commoda; unum ante dictum est, quod nihil nisi elaboratum finit elabi: alterum quod dum diutius manet, diutius fruitur pulmo, minus quidem habet alimenti ea ratione, sed habet diuturnius: si enim rara esset tunica, absumeret statim ac exsorberet: plurimo enim egere alimento demonstratum ante est.

Sed dicit aliquis: Ergo commode non est effecta ista crassities, quoniam minus effluat alimenti, proptereaque suo defraudatur pulmo genio. Huic inopiæ (idest quod non multum alimentum simul, sed paucum paulatim, sensim, & quod Græci dicunt ἐκ ποσυχωγῆς) duabus rationibus occursum est: Una quidem, quoniam arteriæ supplet id in quo deficit vena arteriosa propter suam crassitiem; hæc enim impedit quo minus transportet alimenti a vena arteriosa ad pulmones nutriendos; arteria autem venosa raritatis suæ ratione redimit hoc, resarcitque tenuem vaporosumque spiritum tribuendo. Altera ratione, natura occurrit dum construxit venas in pulmone maximas: ita enim effectum est, ut quantum justæ nutritioni propter tunicarum crassitudinem detrahatur, id venarum magnitudine expleatur, Ostensum enim est crassitiem venarum, quatenus talis



consideratur, efficere ut minus quidem alimenti simul & semel affluat, sed diuturnius est & elaboratius.

Dicat aliquis: Si arteria venosa supplet id in quo ob suam crassitiam deficit vena arteriosa, satius fuisset venas naturales esse, ut quæ luculentum dedissent alimentum ratione tenuitatis, & arterias quoque crassas & compactas ut in aliis partibus, ut quæ tenuem & vaporosum alimentum dedissent, non ita affatim ut faciunt quum tenues sunt & venosæ; siquidem venæ ipsæ supplevissent. Nam & pulmo calidissimus & mobilis facile ex arteriis crassis attraxisset etiam sequacem sanguinem spirituosum, quod ex rationibus Galeni patet, qui dilatationem pulmonis sufficientem causam esse ait ad attractionem, etiam ex densissimis venis. Eæ quidem rationes satis per se virium & ponderis habere videntur ad efficiendum naturam frustra architectatam esse aliam conformationem venarum & arteriarum in pulmonibus, aliam in aliis partibus. At illa flexilitas & obedientia quæ desiderabatur in arteriis ob continuam inspirationem & expirationem, unde deductio spiritus & exhalationis foris, intro, intusque foras impedit fortasse quominus idem artificium in vasis pulmonis appareret, ac aliarum partium. Quod paullo post plenius demonstraturum recipio.

Quicquid sit: Natura conformando & arteriam venosam, & venam arteriosam, id semper pensi propositique habuit, ut pulmo & ubere alimento abundaret, & convenienti. Conveniens appello spirituosum, vaporosumque. Diu enim sanguis in vena arteriosa resistit ut attenuetur, & ita familiare reddatur alimentum: arteria autem venosa fit ut & luculente & in propectu pulmo fruatur spiritu & vapore. Quod non ita liberum fuisset, si arteria sextuplo major, idest crassior fuisset.

Atque quoniam huc disputatio nostra adducta est, ut de qualitate sanguinis qui continetur in vena arteriosa diceretur, quærendum nunc an talis sit ut sit subtilis, vaporosus, tenuis; an vero crassus, in crasso corpore contentus, & minime alendo, reficiendoque pulmoni idoneus, qui subtili attenuato sanguine refocillatur & delectatur: Quæstionis hujus prima disputatio tamquam levioris armaturæ excursio facta est, nunc eam plenius excutere ac elimare lubet.

Pulmo nutritur sanguine halituoso tamquam familiari proprioque alimento. Omne autem alimentum quum tribus quatuorve modis ab Hippocrate dicatur, illud demum alimentum dicitur quod nutrit proxime, quodque jam nutriendæ parti assimilatur. Ita nimirum id quod ingeritur nunc potulentum ac esculentum reapse simile non est rei nutriendæ, sed quum initio absimile sit, multiplici alteratione tandem assimilatur, idemque fit. Eadem ratione qui in vena arteriosa sanguis continetur affluens a dextro cordis ventriculo non necessario est spirituosus initio, sed quum crassus sit, & in crasso opacoque vase contentus, nempe in vena arteriosa, quia non cito effluit & transbitur ob vasis crassitiam, datur spatium attenuandi, comminuendique in partes minimas. Dubitatur autem an quum a corde rapitur sanguis, non jam attenuatus sit & crassus. Occurrunt enim loci

con-

contrarii apud Galenum in lib. 6, de usu part. Prior locus est: *Omnino, opinor, in pulmone spiritus tenuis est & lenis, & quem coerceri oportebat, sanguis crassus & gravis, & quem in omnes pulmonis partes ferri oportet, ut qui copiosiore utitur alimento quam partes cetera.* Hic abunde patet Galenum docere velle sanguinem rudem ac crassum esse, dum probat verisimile esse venam debuisse esse simplicem in pulmone, ut in partibus ceteris. Atque ut vere dicam, vas crassum redditum est non ratione sanguinis tenuis ne foras exiliat, sed ut diutius retineatur in vase, nec effluat quin elaboratus sit: eo accedit quod pulmo ratione & motus & caloris attraheret sanguinem incoctum, nisi vasis crassities impediret. Locus alter est plane contrarius eodem capite. Nam dum reddit rationem Galenus cur pulmone copiosum ac uberrimum alimentum conveniat, tria affert locupletissima argumenta. Primum copiam caliditatis vernaculæ, unde alimentum facile comminuitur, ac diffunditur: alterum, pulmonis dilatacionem in aspirando: unde attractio fit alimenti etiam ex densissimis corporibus: tertium ac omnium maximum, quod mittatur sanguis a corde ipso prius attenuatus ac elaboratus. Itaque priore loco vult sanguinem rudem ac crassum, & indigentem crasso vase ut attenuetur: Posteriore hoc vult a corde attenuatum ac elaboratum mitti. Ergo inutilis constructio venæ arteriosæ in eum præsertim finem ut nihil ab ea effluat & resiliat quod non ad unguem extenuatum sit. Ita conciliare oportet eos locos. Quum dicit indigere multo alimento, quoniam a corde mittitur elaboratus & attenuatus, unde facilis ejus fit & alteratio, & dissipatio a parte præsertim calida, illud per comparationem debet intelligi cum sanguine aliarum partium. Nam si ab hepate immediate mitteretur sanguis, non est dubium quin diutius nutrirer: minus alimenti daret ob crassitiam (ut abunde docuimus ante) sed diuturnius. Oportet autem diuturnius alimentum esse, alioqui pulmo contabesceret. Nunc autem quo magis sanguis procedit, eo magis elaboratur, præsertim si non attingat ad venas (ut de lacte constat) qui in dextro sinu continetur, elaboratus est comparatione cum seipso dum ab hepate fluit, nondum est elaboratus, si comparetur secum postquam moram traxit in vena arteriosa: Etsi libere dicam quod sentio, ego existimo venam arteriosam ita crassam effectam esse, non tam ut subtilior accuratiorque reddatur sanguis ad nutritionem pulmonis; quam ut non ita repente a pulmone arente, calente, & dilatante se rapiatur, atque consumatur. Quod mihi videtur probabilius. Ita enim vena arteriosa non sinens ob conformationem cito exsugit, abripique sanguinem, est veluti penu & promptuarium sanguinis ad nutritionem pulmonum. Quamquam & ad hanc rem magnitudinem & copiam vasorum effectam esse vult Galen. ut quod iustæ nutritioni ob tunicarum crassitudinem detrahatur, ipsarum venarum magnitudine compensetur.

Quod autem sanguinem qui continetur in vena arteriosa sit necesse paulo crassiorem esse, & paulo crassiore vase coerceri, satis abunde apparet ex his incommodis quæ consequi solent, quæque apparent in iis qui sanguinolentum sputum e pectore extundunt. Omitto casus, ulcuscula, diau-

*Ballonii Oper. Tom. II.*

K 3

rosicis,

Cap. 10.  
6. de usu  
part.

roses, quæ sæpe *αἵματος πτόσιν* promovent, persequor tantum commentationis ergo eos quibus aut arteriosa vena tenuior, delicatiorque est, aut sanguis qui e corde ad venam arteriosam confluit spirituosus halituosusque magis. Positum enim ante est, quod diligenter debet annotari, nutritionem per tunicas vasorum fieri, si per tunicas sit, si vas rarius, pulmo continenter attrahens potest facillimo negotio id educere quod tingat sputum: præsertim quum aut exercitatio violenta præcesserit, si generosiori vino indultum fuerit. An ejusmodi cruenta excretio formidanda? Non hercle; Siquidem tenuitas sanguinis, & vas raritas facile hoc inducunt. Unde frustra fatigantur venæ sectionibus, frustra incutitur metus tabis ab ulcere: quod cruentam expectorationem sequatur necessario ulcus: ut quum mejitur cruentum, falso comminiscuntur ulcerationem secuturam. Tantum enim abest ut illi juventur sectione venæ, ut contra illis eo pulmones debiliores reddantur, & sanguine tamquam freno in ejus generis hominibus detracto bilis protervit, ferocitque magis, ut placuit Arabibus, quicquid contra dicant veteres aliquot, & recentiorum nonnulli. Tamest enim objiciant in ardentissimis febribus Galenum misisse sanguinem, quum in illis uberrimæ bilis impetus acque impressio appareat. Respondemus in illis febribus ardentissimum sanguinem detraxisse Galen. non simpliciter, idest, non parca manu, ad evacuationem tantum nonnullæ materiæ, & refrigerationem nonnullam, sed ad animi usque deliquium, ut refrigerationis ratio omnino habeatur. Quod diligenter notandum. Nam qui in biliosa febre parce detrahit sanguinem, is furentem magis bilem reddit: at si liberaliter, non est dubium, quin sequatur magna refrigeratio, & bilis temperatio. Atque quum in biliosis hominibus cruentum expectorantibus ob sanguinis tenuitatem sanguis mittitur; parca manu mittitur; unde ex superioribus patet eos offendi non leviter. At dices, juvantur tamen. Quid tum si id temporis juventur? Sæpe enim sectio venæ, & calfactio, & dolorum per narcotica sedatio uno tempore tentatur, & fit quum clam, occulte & furtim lædatur plurimum æger: & læsionis argumenta nonnisi longo tempore apparent. Unde videmus eos quibus pro aliqua re nata sanguis mittitur ad obeunda munia ineptos, pulmones habere imbecillos. Juvabantur quidem olim his remediis, sed plenior fidem faciunt quæ sequuntur. Præterea in pravam consuetudinem corpus adducitur, ut Galen. lib. de consuetud. doctissime annotavit. Itaque quibus ea hæmoptysis contingit, consuli deberet humorum potius temperatio, quum eis potius sit metuendum ab ariditate pulmonum quam ab ulcere, ut falso plerique comminiscuntur ex rejectione sanguinis, quam ut antevertant, statim sanguinem mittunt.

4. Ariditas autem sequetur, & ex sanguinis tenuitate, & vasorum non legitima conformatione, ut si vena arteriosa sit rarior: præterea ex frequenti sectione venæ quæ celebratur falso & erronee. Illud enim confirmari potest experientia, omnem venæ sectionem parciū propinquissimarum parti a qua detrahitur sanguis, imbecillitatem asserre. Ita enim quum vena puppis aut temporum aperitur, multorum judicio & imminutio memoriæ, & imbecillitas partis aliqua consequi solet. Et quibus in malleolo mitti-

tu:

tur sanguis, non ita liberi gressus sunt potentes ut antea. Quare? quoniam detractio sanguinis imbecillam reddit partem in qua feritur vena, & eas quæ sunt propinquissimæ. At quum hepar remotum sit a vena gibberi, non ita infirmatur. Pulmo autem quoniam proximus est venæ mediæ & basilicæ, siquidem immediate fere mittitur sanguis (ut testatur subita sedatio, quiesque doloris secta in pleuritide vena) nemo inficias ear crebra frequentique detractio sanguinis & spirituum, & laterum robur, & nervos, & pulmonum vim relaxari ac debilitari. Unde quibus in pleuritide liberalius detractus sanguis, ii sæpe dolores lateris experiuntur, & illis paululum sciantibus e vita abripiuntur.

Itaque ut redeat nostra oratio, de his melius natura meruit quibus sanguis paullo crassior est, quam quibus ita tenuis. Quum enim tenuis est, promptius sufficitur in locum deperditi, & alimentum ad manum dat, sed brevius nutrit: quum crassior, diuturnius, sed minus; Hoc autem optabilius est.

Et ut de vase arterioso dicatur adhuc aliquid, dicimus venam arteriosam non affatim quidem præbere alimentum, sed continenter: & crassities venæ facit ut tenuissimus detur sanguis: raritas arteriæ venosæ ut copiosus spiritus, & affatim: quod huic parti necessarium in primis fuit.

Est & aliud notandum, nimirum quod subiungit Galenus, commodum non visum fuisse naturæ ut a vena cava statim & immediate sanguis ad pulmones ferretur: vel quia in cava venâ crassior sanguis est quam qui alendo pulmoni sit idoneus. At in cordis dextro sinu elaboratur aliquantum: aut quia necesse aliquandiu retineri antequam ad pulmonem affluat, ne statim absorbeatur, & propterea a sicco pulmo laboret. Item si ita immediate ad cor ferretur per continuationem quamdam vasorum, nulla vena arteriosa fuisset, & nullæ epiphyes membrarum, sed vena quæ vulgo arteriosa dicitur, verarum venarum naturam expressisset.

Posset quis objicere, frustra naturam machinatam fuisse venam arteriosam. Prima ratio: Sanguis qui a corde ad pulmonem affluit, tenuis & elaboratus est; non necesse itaque fuit crassam fuisse venam, & arteriam similem, ne inelaboratus sanguis ad pulmonem allabatur. Sed huic rationi validissimæ ante responsum est. Altera ratio: Sit ita sane, sanguis qui in venis continetur pulmonis, esto crassus, & gravis, non propterea tamen necessaria fuit vasorum densitas ad elaborationem: pulmo enim quia calidissimus est & per se, & ratione vicinæ cordis, & quia movetur perpetuo, comminuit facile sanguinem quantumlibet crassum & gravem: quin si crassus, transfumatur ante tempus, quia diutius in partibus hærebit, minus siccabitur pulmo, sed præsens habebit alimentum circa quod sese exercent. Huic rationi ita respondebitur: Non fuisset necesse pulmonem in eo occupari ut crassum illum sanguinem in vena simplici contentum, & ab ea assumptum comminueret; gravior enim ea ratione fuisset, suoque muneri defuisset, quod in eo versatur ut refrigerium cordi afferat, & inspirationi, expirationique inserviat.

Ad duas rationes accedit hæc de evertenda arteria venosa. Si arteria talis fuisset qualis naturaliter in aliis partibus existit, idest crassa, melius pulmoni consultum fuisset; nam & non ita spiritus exinaniti fuissent, & satis abunde suppeditasset spiritus, quia pulmo calidus ex denso corpore arteriæ attraxisset, & per se spiritus satis sequax est. Perperam enim id fit quod scribit Galenus, arteriam venosam sua tenuitate supplere id in quo arteriosa vena propter suam densitatem deficit. Nam si vena naturalis fuisset, supplevisset id in quo arteria propter suam crassitiem defecisset. Vera quidem hæc sunt, & quæ pro evertendo naturæ instituto sufficiant: sed aliud est præterea considerandum. Nam quod arteriam venosam instituit natura, non eo consilio id fecit, ut suppleat aliquid pro vena arteriosa, id enim tantum ex eventu fit. Sed quum pulmo sit pars spirituosa, & quæ spirituosi instrumenti rationem habeat, oportet illam abunde spiritum suppeditare: non potest autem commodius id fieri, quam si receptaculum spiritus rarum fecisset. Altera ratio potior est, quæ eo naturam induxit, nimirum quod necessarium fuerit arteriosum vas obsequens & flexibile esse ob inspirationes & expirationes. Nec enim dubium est quin nisi ea ratio impediret, arteriam venosam optimum fuisset crassam esse ut diuturnius esset alimentum, & diutius spiritus suppeteret. Quæ omnia a nobis exagitata pertractataque sunt ut in veterum libris, si quid sit scrupulosum, eruatur, ac innotescat. Abunde autem id fit expansis orationis velis.

### A N N O T A T I O N E S.

1 Ergo perperam faciunt qui in morbis thoracis multum sanguinis detrahunt, quia fraudant alimento.

2 Nam quemadmodum in generali diætâ præscriptione non ad unguem observatur dictum Hippocratis, ut quum extremi labores fuerint, extreme tenui diætâ utamur; sed sæpe, & temporis, & ideæ morbi, immo & peculiaris naturæ ægri ratio habetur: Ita in speciali diætâ præscripto peculiaris ratio harum aut illarum partium initur.

3 Vena arteriosa, ait Fernelius, nil intercedit cum vena cava: quoniam duplex simplici non continuatur, nec cohærescit. Sic totam hanc venam arteriosam ex corde nasci oportebat.

Arteria venosa sic condita, quoniam qui aer attractus in cor irrepit, nondum spiritus modo attenuatus est.

4 Item in iis quibus spirituosus sanguis, fatiscit pulmo, arefcit, & adheret costis, ut experientia docet. An quia aliquando cruentum spumit, sanguis mittendus? error est fœdissimus.

CON.

## CONSILIUM XLIII.

*De ventriculi gangrana & sideratione.*

**A**BUNDE alio loco docuimus verum esse quod scribit Hippocrates, similitudines bonis & eruditis Medicis fraudem facere : quod artem Medicam conjecturalem admodum facit. Etsi enim in plerisque ratiocinationi locus est; demonstrationisque leges sunt certissimæ : in aliis multis ita ambigit ac fluctuat ratio ipsa ob signorum complicationem & verisimilitudinem, ut quod tenendum vix explicatum exploratumque sit. Id quum alias a nobis expositum est in variis morbis, tum in hoc uno quem explicandum suscipimus a nobis præstandum est.

Jacobus Gallus annos 50. natus, melancholico temperamento præditus, quum olim biliosus fuisset, conqueritur de dolore ad umbilicum. Solemnis illi erat excretio cujusdam materiæ purulentæ per anum, quod in recti intestini extremo pene ulcusculum ibi conceptum putaretur. Duodecim pæne annos post vim recto intestino illatam eo fluore recreatus est aliquantum. Restitit ille, aut non eodem modo perseverabat. Doloris illius ad umbilicum desidentis causam referre poteramus ad illam suppressionem. Clysteribus, medicamentisque est allevatus. Non ita paullo post dejecta appetentia, vomitiones, languor, partium extimarum quædam levis perfrigeratio, tamen incedebat. Et liquida & esculenta vomitu rejiciebat. Veneno infectum putabant. Ac revera præterquam quod manifesta leipothymia non prehensus est; assumti veneni argumenta aderant pleraque. Tamen eum ea suspitione liberavimus, quod nullam de foris occasionem præcessisse videremus : Per dies quadraginta pæne perseveravit vomitio illa. Quod mirum fuit, nec ulla ratione allevati potuit. Digito indicabat sedem affectam, nempe superius orificium ventriculi & pylori regionem. Sensum quemdam ponderis habebat. In horas marcescebat, facies concidebat, & totus venter collapsus est, præsertim qua parte subjacet ventriculus. Quidam, ut aliquid afferre viderentur, jecur & lienem putruisse dicebant : alii ad mesenterium obstructionibus plenum confugiebant. Et illud commune Medicorum asylum est, sine quo vix rem, lucrumve facere possint. Sed id non sine magna ægrotantium clade, & Medicorum opprobrio : quasi vero in illis duabus partibus solum omnium morborum sedes existat. Ad syrupum de cichorio solemnem confugitum est : sed omnia frustra. Tamen qui paullo accuratius rem inspicere, quum viderent tamdiu perseverare vomitionem, dolorem ad ventriculum non admodum urgentem, nil profici fotu, litu, delectu ciborum, balneo quoque ipso, necessario pylori vias obstructas collegere. Satis apte quidem. Sed unde obstructio ? an a scirrho, an ab inflammatione ? Et si ab inflammatione, cur febris non erat acuta, & cur non perimebat intra paucos dies ?

Interiit tandem plane emaciatum ac si sphacelatum corpus esset. Aperto cadavere, illud utrumque viscus, lien & hepar, quod fomitem malo-

malorum falso iudicabant, satis erat integrum; quamquam forte intemperie quadam, malaque diatresi utrumque affectum erat, non ita tamen ut mortis inde occasio nasceretur. Ventriculi facies externa erat vermiculata, pylorus talis & pæne restrictus, facies interna corrupta & putris, & statim laceratus est ventriculus, adeo (quod mirum fuit) in tota sua natura erat putris & cadaverosus. Humor qui in eo erat, nigricabat. Gangræna & sideratio erat ventriculi, quod numquam fere contingit. Et mirum, quum tam male affecta esset illa pars, & ejus vis deperdita, quomodo tamen facultas ejus expultrix in citando vomitu vigeret. Vomitus illa plane erat contra naturam, non a facultate excretrice vegeta, sed a retentrice deperdita, agente superiore orificio ventriculi, obturata pylori viâ, hinc residua vi quantulacumque in ea parte, statim remeabat id quod in ventriculum injectum erat.

Quæstio esse potest, unde illa sideratio ventriculi, an ab inflammatione, an a veneno, an ab alia qualitate; Si ab inflammatione, febrem adesse oportuit, quod præsertim ea pars inflammaretur, quæ locum maximum in corpore obtineret. Ille quum genio indulgisset, & generosissimis vinis usus esset, credibile ventriculum tandem vitium aliquod concepisse, sive per se, sive per refluxum materiæ ab hepate, aut occasione suppressæ illius materiæ, quæ solemni evacuatione excernebatur. Ita enim ventriculus ut & alia pars potest in tota sua substantia affici & corrumpi, ut & partes aliæ. Accedit quod phlogosis quadam potuit oriri in pyloro, & ejus contagione affici ventriculus, citra tamen febrem continuam ardentem. Docuimus enim ante id contingere in melancholia hypochondriaca laborantibus, in quibus pylorus phlogosi detinetur citra manifestam febrem. Quod est notandum. Quod autem verisimile sit in ventriculo & partibus ei vicinis illam phlogosin conceptam fuisse, satis indicavit refrigeratio partium externarum quæ viginti quinque dies perseveravit, & quinque diebus antequam e vivis excederet febris apparuit in omnibus partibus.

#### A N N O T A T I O.

i. Eodem pæne modo interiit Dominus Vignerot, in vico Templi qui per sex hebdomadas laboravit, & de stomacho tantum querebatur. Sentiebat pondus quoddam, nec in latus alterutrum decumbere poterat. Vomebat sæpe. Aperto cadavere hepar superiore parte adharebat diaphragmati, & idipsum hepar putre erat, & pulmones fere.

#### C O N S I L I U M XLVI.

##### De vena sectione in febribus tertianis.

**A**RABUM hoc fuit decretum, In tertianis febribus non mitti debere sanguinem nisi exacto jam tertio paroxysmo, & postquam sanguis putruerit. Quod forte non abs re dictum est: nec credibile ita veteres

Ara-

Arabes, aut alios aliquid sine ratione, aut experientia pronuntiavisse. Ejusmodi autem decretorum limanda eruendaque ratio, ut ea boni æque consulantur. Videmus plerisque ante tertium paroxysmum missum sanguinem magno quodam profectu: aliis non item. Sed cur expectandum donec putruerit sanguis? Numquid satius est statim demere sanguinem, ut natura recreetur, & non expectare quoad sanguis contaminatus fuerit? Si plethora est, eaque naturæ molesta, solvatur is habitus, & pertundatur vena: si cacochymia, relicto alio solemnī remedio, de purgando corpore cogitetur. Quamquam non desunt ex recentioribus qui nitantur & auctoritate veterum, & ratione docere, non posse cacochymiam adesse, quin adsit simul & pleonexia si non ad vasa, ad vires saltem, quod ii pravi humores non solum sua qualitate infesti sint (a qua cacochymia nomen desumitur) sed etiam sua quantitate. Sed iis salebris relicta, quarumvis nūm in febribus tertianis (quod & ad alias a putri humore natas febres extendi potest) tuto vena secetur ante tertium paroxysmum. Materia quæ committit tertianas, extra vasa est: humor est primum laudabilis sua natura, sed qui per putredinem quæ tempore aggreditur, & per gradus quosdam naturæ infestus sit: febris essentia & ὑπερθερμία in ignea natura consistit (unde absoluto nomine θερμὸς vocatur) materia quæ accensa calorem illum fovet, conscripta conclusaque loco est, an ea educitur sectione venæ? Hic multa occurrunt quæ limariis excuti possent, & longiore tempore, sed non est hujus loci atque instituti. Primum, an quia in majoribus venis materia non continetur, quæ intermissionis participes febres committit, ideo locus sit sectioni venæ? Quod quoniam a Neotericis disputatur, & contra a majore eorum qui cum nominis celebritate, & ægrotantium auxilio Medicinam facit, agi solet, hac disputatione sumus superessuri. Constituatur enim tamquam postulatum in intermittentibus febribus, venam tuto ac ex arte secari. Quæstio tantum est de tempore, & an expectanda sit humorum putredo, antequam aperiat vena, ut Arabum familiæ placuit. Quod diligenter intelligendum est, ne quid hic temere fiat & peccetur. Humor qui hodie paroxysmum committit, an putris, an imputris? si putris erat, quare superioribus diebus non committebat febrem? si imputris, & intra naturæ limites contentus, quomodo febrem putrem committit? Quia putrescit (inquires;) ergo quamdiu aderit putris humor, tamdiu perseverabit accessio? Verum illud est; nam diffiatur humor qui in hac accessione putruerat, unde perfecta ἀποπύρεσις. Quæ non contingeret nisi discutiretur humor putris; hinc confusa urina, hinc sudores. Ergo reliqui humores imputres sunt? Quorsum itaque expectandum donec putruerint humores? Nam tantum humoris putris, quantum uni accessioni satis est. Et sic humores non educuntur venæ sectione nisi laudabiles in causa antecedente (ut ajunt) & illaudabiles in causa conjuncta. Sic multa parvo quasi fuscitabulo quæstionis genera excitantur, quæ non erit facile delere nisi major occasio & otium nobis suppetat, quum eorum alioqui evolutio & explicatio magnum sit allatura commodum juxta ac voluptatem. Sed non possunt omnia uno loco. Ut autem



autem paucis terminetur quæstio, quæ paucis fomitibus excitata in intermenſum excreſcere poſſit, id quod ratione & experientia percepimus, aperte declarabimus. Non eſt in eo diutius hærendum, in quo dubitatur, ſi in unaquaque acceſſione diſcutitur totum quod putret, unde in quartanis & tertianis perfectam eſſe apyrexiam, Galenus oſtendit ( niſi quod in quartanis die intermiſſionis raritas & tarditas in pulſu manet. ) Si totum quod putret diſcutitur, quid eſt quod exſpectemus hunc aut illum diem, hunc aut illum paroxyſmum, donec ſanguis putreat? Nam finita acceſſione humores reliqui expertes putredinis manent, ut videtur, contra tamen fit. Aliud enim eſt humorem paroxyſmi auctorem putrere, aliud eſt maſſam ſanguinis vitium concipere. Etſi enim humor qui acceſſionem committit nondum putruerat, & poſt paroxyſmum totus diſcutitur, tamen aliud eſt vitium in ſanguinis maſſa tamquam cauſa antecedente morbum diutius alitura, futuraque, cujus occasione demendi ſanguinis captatur occaſio. Quotieſcumque enim in corpore febris concepta eſt, febrilis caloris vi, humorum moles facile corrumpitur. Unde ſæpe ſecundo aut tertio morbi die miſſum ſanguinem laudabilem deprehendimus, progreſſo tantisper morbo aperta vena putrem ac virentem fluxiſſe: quod argumento eſſe debet minimis momentis magnas in corpore oriri mutationes in hanc aut illam partem. Sic ratione illius putrentis ſanguinis celebratur venæ ſectio. Quorſum itaque ante putredinem in maſſa conceptam celebratur? ratione plethoræ. Sed juvatne exſpectare quouſque vitium in maſſa conceptum fuerit? illa quæſtio eſt de qua diſputatur. Id duabus rationibus aut tribus fieri debet. Prima eſt, ſi incendii concepti in humoribus major habetur ratio, quam copię humoris morbiſici in præcordiis. Nam quum in paroxyſmis urget æſtus, aperta vena ille præcipitatur, prævertiturque; unde minus empyreuma, minus poſtea incendium & febris: ſed ſi major occaſio materiæ in præcordiis, ad purgationem veniendum. Secunda, quoniam quum vitium maſſæ ſanguinis communicatum aut ratione caloris febrilis, aut ratione vaporis, paullo tum morbus dicitur maturior, & natura irritatur magis: atque ita irritata natura per miſſionem ſanguinis illius putris paullo poſt reficitur ac recreatur. Nam poſt ejuſmodi evacuationes ſequitur aut alvi fluor, aut ſudor, qui facile morbi reliquias diſcutit. Tertia ratio eſt ejuſmodi, quum plethora adest, aut ad vaſa, aut ad vires, ſine ulla mora ferire venam oportet: nam præſente incendio febrili, & ſanguinis copia facile ſtrangulatur calor naturalis, hinc ſuffocationis periculum: hinc raptus humorum ſuſum, deorſum, & ſymptomatum augmentum.

Ratio quæ efficiat ſæpe ut primæ venæ ſectionis nulla fere ſit utilitas, eſt quod parca manu nimium ea celebretur. Si enim liberalius ſanguis mitteretur, dubio procul maniſteſtior foret utilitas. Cetera alio loco ſuſius poterunt explicari.

#### ANNOTATIONES.

1. Ne quis forte litteræ Arabum vim afferat, imponatque, ut quidam

ſa-

solent facere, contradicendi studio, nos ipsius Principis verba referemus. Nec enim absolute tertiam accessionem pratermittendam vult antequam venam secemus. Verba autem ejus sunt dum curam instituit febris tertiana vera, si possibile est ut non phlebotometur ager nisi post tres paroxysmos. Non est itaque cur absolute quidam dicant Principem in febribus tertianis non secuisse venam nisi post tres paroxysmos: Galenus 1. ad Glaucon. in cura tertiana vera non meminit vena sectionis, totus fere est in alterando. Paraphrastes ait illo loco non multum Galeno placere curationem, qua fit aut per vena sectionem, aut per vehemens medicamentum. At dum ex professo tractat de febre tertiana notha, meminit vena sectionis. Sed notanda verba sunt, quoniam circumstantiis plena sunt. Sunt autem haec: Si sanguinis missione opus est, nec est ea omittenda, sed initio statim detrahes, distinctis iis qua probe nosti: idest, videndo an ex collatione virium cum morbo, & hujus cum illis ager sufficere queat prostigando morbo: item observata etate, tempore, & ceteris. Rondeletius carpit Galenum, quod is voluerit in febre tertiana (de exquisita loquitur) expectandum esse tertium paroxysmum antequam vena aperiatur. Quod falso a Rondeletio dictum est. Nisi forte ex cap. 15. lib. 11. Methodi hoc desumerit. Sed hoc verum non est, nec de ea re audiendus est.

2. Mirum quod scribit Galenus comment. in aphor. 43. lib. 2. de diata quibus sanguis copiosus & nondum insigniter immutatus in naturam alterius humoris, iis detrahendus etiam audacter: quibus vero jam mutatus est, non detrahendus. Tamen contra facitamus, liberius vacuumus & audacius quum videmus alteratum, quam quum parum. Immo Galenus in melancholia audacter sanguinem mittit quum videt sanguinem in habitu esse melancholicum. Et nisi ille locus de pleuritide & inflammatione partis intelligatur, non potest tolerari, de quo est videndus comm. in aphor. 10. lib. 2. de diata acut.

## CONSILIUM XLV.

## De Lethargo.

**V**IDUA Domini Garnier Procuratoris annos 45. nata in morbum incidit. Habitu erat satis succulenta, alba, genis rubentibus. 1. Aegritudine aliqua animi detinebatur qua sese eximere facile non poterat. Circa æquinoctium autumnale, quum præcessisset temporis constitutio inæqualis (qualem pauci admodum animadverterant) putredinis parens, in morbum incidit. Primum totum corpus maculis rubris, ac si morbillis laboraret, aut si ingens æstus foret, erat defædatum, nonnullus corporis torpor, appetentia dejecta, ignavia, rerum omnium contemtus, quum alioqui prudenter rerum omnium satageret, & ad omnia obeunda munita esset alacris: Quod magnam morum dissimilitudinem significabat, & ad judicandum de dubio ancipitique exitu occasionem porrigebat. Febris continua fuit, de nocte maxime exacerbabatur, nec exacerbationis nullum  
signum

signum erat quod anteiret. Sed confusa erant omnia. Magna non ita febris apparebat, ut ea nos moveret. Febres eo tempore grassabantur mali ingenii. Urinae fallaces erant: nam nec incendii indices erant magni: & sedimentum laudabile satis, & enaorema continebant. Comatosa erat, nec nisi interrogata respondebat: alieni tamen iudicii nullum erat signum. Capiebat satis belle cibum oblatum: Diebus iudicibus nil natura movit, nihilque excrevit nisi arte sollicitata. Dejectiones variae, putres admodum: sanguis bis missus plane putris: vires plurimum dejectae apparebant, praesertim animales, quarum etsi non magna necessitas est, in morbis, auctore Galeno in Methodo medendi: tamen ad iudicandum nobis magnam praebent occasionem. Primis decem diebus exactis, omnia satis moderata, pacataque fuerunt: sed ab undecimo aut duodecimo die magnum apparuit incendium, ex intervallis graveolentissimae dejectiones, levia deliria, oculorum lacrymae involuntariae: genarum, ac praesertim finistrarum rubor satur admodum. Tandem quum urinam redderet involuntariam, aut retineret aliquando ac si suppressa esset, involuntaria quoque alvus descenderet decimo quarto morbi die ab illa exacerbatione manifesta: vicesimo autem totius morbi historiae die, cum sudore magno (nullus autem toto tempore febris apparuerat) deliria, risus, taciturnitas summa, tremores, & quasi subsultationes manuum aderant. Potus omnes sine discrimine admittebat, non sitiebat graviter febriens, potus veluti in profundum descendere videbantur: quum colluere os aqua juberetur, non poterat ore rejicere: bene ratiocinabatur. Interiit.

Hac historia intelligi volumus saepe morbum satis securum apparere, quum tamen per se funestus sit, nec satis pravae diatheseos argumenta apparent. In plerisque initio morbi observavimus totam corporis cutim maculis rubris suffusam, quibus tamen nil praeterca alienum contigit. Saepe enim aut sanguinis aestus, aut cum fervore quodam juncta malitia aliquid tale promittit: sed illum nihil periculi junctum habet, sola aut sectione venae, aut blando cathartico quicquid est praeventur. Tamen tribus quatuorve argumentis malignitas & cacoethia morbi deprehendi poterat. Primum in eruptione illorum exanthematon positum erat; nam nisi ingentis incendii tamquam manifestae occasionis excusatio subsit, quoties apparent aliquid maligni subesse demonstrant: Secundum, in dejectione virium subita. Quoties enim vires non constant, nulla praesertim praeviente evacuatione manifesta, aut simili aliqua re quae jacturam virium faciat, aut quum febris vehemens non adest, malum illud est ut signum. Arguit enim aliquid aliud subesse latens ac reconditum, quod minimo momento magnam in viribus ac oeconomia naturali mutationem afferat. Et, quod notandum est, quodque Medicis fraudi fuit, facies non concidebat ullo modo. Hippocrates in Aphorismis scriptum reliquit: *Febricitantium non omnino leviter corpus idem permanere, & nihil minui, vel etiam plusquam postulet ratio contabescere, malum: nam illud morbum fore longum significat, hoc autem imbecillitatem.* Ubi Galenus vult non abs re adjectum esse *μη παντάπασιν επιπολαιως*. Quoniam hieme, & quum plenitudo magna.

magna est, non collabitur habitus corporis, & tamen malum signum non est. Sed quum mediocris febris est, & tamen non mutatur corpus, nec in colore, nec mole, nec caractere: aut quum in his omnibus immutatur plus justo, dubium non est quin hoc malum non sit. Nam non concidere ac collabi, & meatuum densitatem significat, & contumaciam materiæ. Concidere autem (quod Græce dixit Hippocrates, minus proprie usurpatur verbo *σωτηκεσαι*) plus quam ratio postulet, imbecillitatem magnam significat; ita tamen ut collapsus illius non sit causa aliqua externa, quam *φανερὰν ὀρθρασιν* aliis locis vocavit Hippocrates: & cujus in *διαγνώσει ἢ ὅδ' νοσημάτων ὀρογνώσει* maximam idem vult rationem haberi. Nam & ætas consideranda venit, & morbi aut brevitatis, aut diuturnitas, & tempus, & regio, & notanda effatuque digna evacuatio, vigiliæ, exercitationes, muneris gestiones, aliaque id genus. Quibus non perspectis, si quis ausit absolute pronuntiare de imbecillitate aut viribus naturæ pro extenuationis ratione, aberraret plurimum. Extenuatio illa (sic enim Leoniceus male vertit *σωτηκεσαι*, contabescere, quum sumatur *ἔντι τῆ λεπτονοσας*). Et Galenus comment. in aphorismum 10. lib. 3. Aphorif. *φθίνοντας* verbum ab Hippocrate positum pro *ὁπωσὲν σωτηχομέναι* sumi ait, utens verbo *σωτηχομέναι*, pro simpliciter extenuatis) quæ præter rationem evenit naturæ infirmitatem significat. Sed hoc *ἀδιορίτως* non est intelligendum. Aliquando enim extenuatio est, ut causa ad imbecillitatem relata, aliquando ut signum. Nam quum cutis raritas, & humorum tenuitas extenuationis causa est ejusdemque celerrimæ, tunc illa extenuatio infirmitat corpus: atque ita imbecillitatis causa est extenuatio. Sed quum nec raritatis cutis, & humorum tenuitatis suspicio non est, corpus autem præter rationem collabitur, ac concidit, illa extenuatio solam agnoscit virium infirmitatem, ut ex Galeno patet.

Atque ut ad scopum redeamus: In muliere proposita febris erat *ἐν παντάπασιν ἐπιτολαιώσ*, & tamen non concidebat nec moles, nec color mutabatur, nec character: an hoc ad securitatem, & diuturnitatem apparebat, quum vicesimo quarto die interierit? Nequaquam. Et hic duo annotatione dignissima sunt: prius quidem, quod ille dies 24. erat decimus quartus dies ab exacerbatione. Nam, ut ante diximus, per undecim dies satis alacriter habebat, & in actionibus naturalibus & animalibus, ac omnia pæne securitatem pollicebantur. Sed quod intus venenum latebat quum natura nil movisset, cœpit suæ malignitatis signa edere; hinc febris continua, acerrimi caloris perfusio, mox ejusdem contemperati significatio. Atque ita morbus acutus fuit, si ratio habeatur exasperationis morbi, non totius historię. Posterius, dicendum est verisimile fuisse morbi quidem ratione citius illam interire, sed ætatis ratione quæ adhuc constabat factum, ut qui morbus ante perimere deberet, prorogaretur. Ita nimirum accurate disputavit Galenus in Epidemiis, narrans historiam Hippocratis de Sileno. Hic enim quum a causis procatarcticas in mor-

Comm.  
tar. in  
Aphor. 28.  
lib. 2.  
Aphor.

Comm. in  
histor. 2.  
sect. 3. lib.  
1. Epi-  
dem.

cas,

Cap. 7.  
lib. 1. de  
different.  
febr.

cas, quam quia occasiones aliae essent quae corpus morbo opportunum reddebant: alioqui ratione externarum causarum in levem febriculam lapsus fuisset. Sed letalia symptomata quae primum atque statim apparuerunt, indicio fuerunt restagnare materiam malam, quae a causis illis externis excitata letali morbo aegrum implicuit. Ita intelligendus Galeni locus in lib. de febr. quum ait causas procatarticas putridarum febrium non esse auctores: idest, procatarticae causae ἀποφάσεις dictae, per se non solent putridas febres concitare, sed si corpus morbo sit opportunum, ex eventu producunt & excitant febres putres. Ergo ille Silenus quum funestissimo morbo detineretur, ejus tamen vim sustinuit propter aetatem ad undecimum diem.

Hoc addam, antequam extremum persequamur, de faciei charactere & mole quam in illa muliere non concidisse dicebamus: saepe & optimus color, & character in aegris apparet, quum tamen morbus ad interitum tendat, tribus de causis. Prima ratione, aliquando ipsius febris quae sursum multum tenuem vaporem effert, qui viriditatem aliquam faciei, fallacem tamen afferre solet: Secunda, si febris ea non sit ingens, aut συντεκταινή. Observavimus enim aliquando febres συντεκταινές & pestilenciales (quas in quodam loco Galenus vocat pestilenciales heclicas) primo quoque tempore in speciem quamdam marasmi aegros coniecisse: Tertia, si qui aegrotat, pulmonum vitio non sit obnoxius. Qui enim ita affecti sunt, rubore saepe suffunduntur, qui Medicis minime advertentibus imponit maxime. Quod quum alias, tum maxime in hac muliere apparuit; nam quum paullo increverat febris, rubore multo erant saturatae genae, praesertim vero sinistra. Aperto autem cadavere, ut postea dicemus, reperti sunt pulmones veluti putres, costis adhærentes. Accedit ad rationes superiores, quod qui praepingues sunt ac optime habiti non ita facile collabuntur: aut si extenuentur, illius extenuationis & συμπτώσεως (collapsum interpretor) magna non sese produnt argumenta.

Atque ut revocemur eo unde digressio facta est: Tribus de causis patuit, sed non manifesto malignitas morbi & κακοήθεια. Primum ob eruptionem papularum, quas ἔξανθήματα Hippocrates vocavit in Epid. Illa enim eruptio (nisi forte ob causas altera pagina dictas aliud significet) malignum, & κακοήθες subesse declarabat. Et videor eorum quae scripta sunt ab Hippocratis interprete Galeno narrare historiam 4. sectionis tertiae 3. Epidemior. Ait enim, initio saepe morborum letalia symptomata apparere, non quidem ratione ipsius morbi qui clemens & mitis apparet: sed propter latentes pravos humores, qui virulentiae suae semine excitato, in letalibus symptomatis elucescunt. Secundum argumentum est positum in tam brevi virium casu. Nam quum alacris, expedita, robustaque foret, brevi attonita, stupida, comatosa, omnium obliviosa reddita est, & delira. Tertium, quoniam in diebus criticis nil natura movit, nullus sudor, sola ἐπιδρωσις quae in morbis istis suspecta esse solet. Quartum coma quodammodo vigilans, non tam ab oppressione fuit, ut falso Medici putabant, tamen multa in cerebro humiditas contineretur, quam in infirmitate facultatis animalis in cerebro sedem habentis. Testis involuntaria excretio stercoris. Testis quoque esse potest quod

quod medicamentis, & sectionibus venæ ex arte recte præscriptis nil allevatum sit cerebrum: quod contingere non solet quum ab oppressione tantum laborat. Nulla enim tam valida cerebri est oppressio, quam medicamenta & sectio venæ commode præscripta non minuunt. Quintum illud addam de meo. Observavi enim sæpe eos aut extreme laborare, aut interire, quibus acris calor, & ejusdem temperati ex intervallis vicissitudo est. Nec enim vicissitudo solum calor, & frigoris mala est, ut in Coacis & Prorrheticis voluit Hippocrates: sed vicissitudo acris calor, & remissi mala quoque. Et illam vicissitudinem explicat Hippocrates, quum utitur vocibus τὰ πολλὰ. Nec enim vertere oportet, non omnino, sed τὰ πολλὰ, ex intervallis, ut modo hoc fiat, modo illud. Vel melius, τὰ πολλὰ, magna ex parte. Ut non sentire, non ratiocinari, non sitire τὰ πολλὰ, idest, magna ex parte: idest, ratiocinandi, & desipiendi vicissitudo est sentiendi, & non sentiendi, sitiendi, & non sitiendi. Quod autem multo melius & accommodate magis, τὰ πολλὰ, vertamus, per verbum, Vicissitudo, vel magna ex parte, illud abunde declarabit aphorismus Hippocr. in Coacis: ἀκρα ταχυ ἐπ' ἀμφοτέρω μεταπίπτουσι: ἢ διὰ τοιαύτη, πονηρόν. Vocat enim ἀκρα μεταπίπτουσα, *Extrema partes modo refrigerantur; modo recalescunt*. Vel, extremae partes magna ex parte calidae sunt, & magna ex parte frigidae. Et eodem loco διψῶν μεταπίπτουσαν vocat, sitis, & non sitis, seu potius sitiendi, & non sitiendi vicissitudinem: ita nomen μεταπτώσεως hoc loco sumitur pro mutatione vicissitudinaria in contrarias partes; ut quum quis delirat, postea non delirat: quum nunc sitit, modo non sitit: modo calfit, modo tepidus est aut refrigeratur. Itaque quum Hippocrates in Aphorism. scripsit, ὁμοιοί πορεύοντες τὴν τῶ σώματος, τὰ πολλὰ ἢ πόνοι μὴ αισθάνονται, &c. Idem est ac si dicat, ut ἢ πόνοι ἢ μεταπτώσις τις, vel ut melius dicam, sit τῆς αισθήσεως μεταπτώσις τις. idest, sentiendi, & non sentiendi vicissitudo aliqua. Ut totius aphorismi ea sit conversio: Qui parte corporis aliqua laborant, & magna ex parte dolorem non percipiunt, mentem his ægrotare constat. Hæc pluribus explicari voluimus; quoniam horum enodatio latius manatura est.

Sed quaeritur, an verum quod ante diximus, non solum calor & frigoris vicissitudinem in acutis malam esse, sed si calor modo acris appareat, modo temperatus & tepens, quod ἀναθερμαίνεσθαι vocat Hippocrates? De vicissitudine calor & frigoris quod mala sit; non dubium est, præsertim in acutis; nam significat hoc extinctionem calor naturalis, qui uniusmodi quum sit, partibus omnibus blande aspirat, & dominium febrilis calor, qui quum expanditur ad partes, eas calfacit; quum ad centrum revocatur per modum inflammationis, easdem partes deferens, ex eventu refrigeret. Ita enim quidam Philosophi frigus per calor privationem & absentiam definiébant. In acutis itaque malum hoc. Nec mirum si in acutis tantum meminero; ac si quis velit in omni morbo eam refrigerandi & calfaciendi vicissitudinem perniciosam esse: quod non ita est. Et ad eam rationem impulit me aphorism. 40. lib. 4. Aphor. *Ubi in toto corpore mutationes ( utitur enim nomine τῆς μεταβολῆς ) etsi corpus refrigeretur, & modo calfiat, aut coloris mutatio fiat, longitudinem morbi significat.* Aliud enim est ista vicissitudine lon-

Bailonii Oper. Tom. II.

L

gitu-

gitudinem morbi significari, aliud periculum. Nam in acutis periculo non vacat, in mitioribus morbis, longum fore morbum significat; nam & focum multiplicem significat, & materiam *επερογενή*. Positum itaque & demonstratum vicissitudinem istam contrarii malam esse: sed dubitatur, an malum quoque sit modo calorem acerrimum sentiri, modo temperatum.

6 Hac de quaestione nil umquam scriptum reperi, eaque propter ego libere quid sentiam enucleabo. Solemne est in multis febribus, praesertim in phlegmaticis calorem acrem apparere, & eundem temperatum praesente febre: hoc tamen malum non est; nam aut varietatem tantum materiae declarat; aut caloris in materia viridi oppressionem nequeuntis emicare, quod apposite *εκλάμπειν* vocat Hippocrates: Nec malum quoque significat in febribus cum catharrho conjunctis, in quibus saepe observamus modo emicationem caloris, modo ejus teporem. Item fieri potest ut calor naturalis modo superet febrilem, & contra fiat: hinc acrimoniae perceptio, hinc teporis: & tamen hoc vacat periculo. Sed his brevi satisfiet.

Quum de vicissitudine agitur, videndum quod corpus, quis morbus, & qualis sit vicissitudo, an frequens, an non: Nam in biliosis corporibus, in quibus calor totus acer est, non est expectanda vicissitudo caloris acris & moderati: sed si morbus perniciosus est, pro moderati caloris perceptione, frigoris sensio sufficitur. Brevi enim calor blandus si quis est, extinguitur. Sed in corpore *ευστασιον*, quadrato, subfrigido, muliebri (quod nunc explicandum suscipitur) frigidis aut temperatis humoribus scatenti, non est quod expectemus extimas partes refrigerari, ut in aliis corporibus biliosis sit, nisi forte diutius aegrotent: tunc enim refrigerium apparet. Itaque quod apparet vicissitudo frigoris in biliosis & extenuatis, idem esse potest moderati tepidique caloris sensio. A materia enim vapor effertur, qui quum putris sit, sensum acrimoniae affert; quum calidus, caloris sensum. Quod autem absolute & per se frigus non appareat, id facit continuitas febris. At continua est, dices, in biliosis? verum: sed duo consideranda sunt: Unum quod in biliosis incendium & calor intus conceptus facile revocat calorem diffusum ad suum centrum: Item non sunt humores moderati in quibus fovetur perpetuo febris. Sic videmus quadratos semper calere hieme, nec multum calere aestate: siccos, macilentosque hieme algere in extimis, aestate ardere. Algent autem in his extima, quoniam caro multa non est, quae sit pro velamine & praesidio adversus frigus ambientis. Sic Galenus in comm. in 1. Aphorism. eos qui carnem habent multam, & succulentam, ventresque calidos hieme, & tamen non algent, ut macilenti, comparat cum iis qui nive perfunduntur: qui quum brevi frigeant, revocato per *ανάλαμψιν* & *επανάλησιν* calore, calidiores solito redduntur. Atque idem contingit iis qui pituitosi sunt, & funesto morbo corripiuntur: Non enim in iis sensio apparet frigoris, sed tepor quidam, ut modo incalescant, brevi tepeant, quod satis malum est signum, in iis praesertim si vicissitudo ista sit frequens. Nam si vicissitudo ista frequens non

non est, malum non ita est signum. 7. Sed quum frequens, inanem conatum naturæ declarat, putris materiæ copiam, a qua modo effertur vapor, modo non effertur. Idemque contingit quod in fimo putrente. Nam dum teter malignusque vapor effertur, sensio fit acrimoniæ: quum non effertur, febrilis calor tantum restat qui partes calidas reddit. Ergo dictum est de corporum varietate & de vicissitudine. Nunc de morbo dicendum brevi. Quum acutissima & manifesta est febris in corpore calido sicco, brevi perfrigerationem extimarum partium affert: quum autem maligna est febris, in partium imbecillitate summa posita, & humorum pravitate; nec acuta ita est acutiei vim habens in calore, sed toto genere maligna, minitans aut parotides, aut abscessum alium morbo imparè, aut pustulas (quod contigit octavo die Sileno, 1. Equidem, & tamen undecimo interiit) non ita partes extimæ algent, præsertim si corpus carnosum sit (quod impressio caloris a sanguine & spiritu facile in carne remaneat) sed febris perseverans teporis, & acrimoniæ sensum exhibens: tandem cum calido sudore corpus tollit. Ita enim videmus quosdam interire cum perfrigeratione partium & sudore frigido (ut contingit siccis & extenuatis) alios quum toto febris tempore non sudaverint, aut leviter tantum, sine ulla perfrigeratione, cum universali sudore, multo, calido occidere: quod & huic mulieri contigit, & cuidam Flandro mercatori febre pestilenti conflictato: item & dominæ illustri febre quoque pestilenti laboranti: de qua abunde narravimus pag. 29. hujus libri. Atque ita minime opinantibus nobis multi moriuntur, quoniam non vident ullam partium perfrigerationem, quam in aliis quondam observaverunt. Nos autem observavimus istam partium perfrictionem in morituris, quum corpus siccum calidumque est, calore igneo & acri, quod Hippocrates τὸ θερμὸν absolute vocat, & eo præditos calore τὰς θερμὰς, ἢ θερμοκόιλους. Item in iis observatum est, quibus in partibus internis conceptum est incendium. Nam & cum sudore frigidissimo moriuntur, & cum summa partium refractione: ut vidimus in vico S. Antonii, in quodam nobili viro, cui aliquid erat erysipelatodes circum ventriculum. Quod autem corporum distinctio afferat varietatem criseon, sive ad mortem, sive ad salutem, sive per sudores, sive absque sudoribus; sive cum calidis sudoribus, sive cum frigidis, sive cum extimarum partium perfrigerio, sive sine eodem, multis & auctoritatibus, & rationibus potest roborari. Unus autem aphorismus Hippocratis hic abunde erit, præsertim quia nos brevitas studium recreat: Οὐκόσοις δέρματα περιτάνει κερφαλία ἢ ξηρὰ ἀντιδρωτοὶ τελευτῶσι, &c. *Quorum cuius arens, & præsicca circumtensa est, ii sine sudore moriuntur.* Contra autem, ut idem aphorismus notat, quum cutis laxa & rara est, cum sudore moriuntur. Quod satis indicat pro ratione cutis & subjectarum partium, quibus aut multum humoris inest, aut cum sudoribus, aut sine sudoribus homines judicari. Et antequam hinc pedem efferimus, notare volumus parum acute Plantium Galeni interpretem ex Philothei sententia verbum τὸ τελευτῆν, vertere noluisse, mori, sed, judicari. Ut τελευτῶσι ponatur loco verbi κρίνονται. O acutum hominem!

5. Aphor.  
Aph. 72.

L 2

τε



τελευτῆν significat desinere, mori, terminari, judicari : Nil interest an mori, an judicari, veritas ; siquidem mors non fit sine crisi : & crisis æque ambigit, tenditque & ad salutem, & ad mortem. Si τελευτῆν ἀντὶ τῆ ἀποθνήσκῆν sumas, angustior, restrictiorque erit aphorismus, si ἀντὶ τῆ κρίσεως latior- & multo generalior.

Præter hæc quæ superius posita sunt, tria possunt quoque hoc loco pertractari, quorum in explicatione operæ aliquid lubentes ponimus, quod inde plurimum adjumenti consequi posse arbitremur. Primum est de comatosa affectione cum vigiliis : & quum dormiret, quamvis comatosa, facile tamen excitabatur, & interrogatis respondebat. Secundum est, qui fieri possit ut male affecti cerebri tot essent argumenta, nempe, coma quodammodo ἀγροπνυ, tremores nonnulli, risus, deliria, excretiones involuntariæ : oblivio & despectio omnium rerum, dissimilitudo morum omnium, & impotentia ( quam in Coacis Hippocrates ἀδυναμίαν vocat, quamque κενεργήσις μὴ ἔσσις, malam esse ait, idest, si præeuntis evacuationis alicujus nulla excusatio possit afferri. ) Si, inquam, tot tantaque fuerint male affecti cerebri argumenta, qui fieri potest ut tamen ratiocinatio integra fuerit ? Quæstio hæc viro erudito dignissima. Tertium est de murmure ventris inferioris, & tensione, quum tamen alvus ferretur : immo quo diligentius de alvo subducenda cogitabatur, eo magis venter intumere videbatur. An hoc bonum fuit ? Nam ventrem inferiorem non collabi ac deprimi in omnibus morbis bonum esse scripsit Hippocrates. Sed hæc longiore explicatione egent.

Apho. 35.  
lib. 2.  
Aphor.

De primo paucis aperiam. Coma aliud simplex est, aliud vigilans. Vigilans ab uno humore non fit, omnium judicio, sed a mixtione humoris tenuis calidi, & crassi frigidi. Tamen, quod diligenter notandum est, reperio apud Galenum comm. in partic. 1. primi Prorrhetic. Comatis vigilantis duplicem causam : una est sanguinis copiz : hic sanguis ratione copiz comatosam affectionem invehit : ratione autem tenuioris substantiæ, quæ in illo est, vigiliæ quoque accidunt : Altera quum bilis mixta est pituitæ. Utrum deterius ? quibus signis discernitur causa utraque. Quod a remissione pituitæ cum bile deterius est. His autem signis deprehendes a sanguine esse, præter ea quæ dominatum humoris, aut in parte aliqua, aut in toto corpore denotant : Nimirum si primis diebus celebrata ex arte sectione venæ, aut usurpato alio remedio, & copiam sanguinis evacuare solito, & acrimoniam tenuioris ejus partis temperare consueto, non cesset coma vigilans, talis symptomatis causam statuere oportet bilem pituitæ commistam. Quod eo loci pluribus Galenus explicavit. Hoc autem subindicarat obscure Hippocrates illa prima sententia Prorrhetici : *Comatosis vigilantibus cum hypochondriorum dolore & colli stillatio e naribus perniciofa, tum alias, tum si quarto ceperit die*. Ac si dicat Hippocrates, comatosos illos vigilantes verisimile est in ejusmodi affectionem incidisse a solo dominatu sanguinis. Si ergo pejus habeant quarto die ( quod stillicidium

faa-

fanguinis denotat) quo præsertim tempore cessare, aut mitescere debere morbus solemnibus usurpatis remediis, significat hoc non sola sanguinis copia, sed bile & pituita cerebrum occupari. Cujusmodi affectio fuit mulieris nostræ.

Secundæ quæstionis explicatio uberiores continet fructum, majoremque voluptatem est allatura. Qui fieri possit ut integra esset ratiocinatio, quum tamen in imaginatione erraret, comatosa esset, corpus non pæne moveretur? Immo si quod occurrebat delirium, excitata statim ad se redibat. Nec respondendum quod scribit Galenus comm. in particulam illam: *Mente aberrantes, acute superfebrientes, &c.* In priore Prorrhethici, quod quum humores biliosi aut alii feruntur in cerebrum; animum perturbant, quum revocantur, in aliamque fluunt partem, eundem restituunt. Nam affectum esse cerebrum per se, idest *ερωτοπαθῆσαι* Græcis continuitas affectionis indicabat: nisi quod ratiocinatio integra foret. Quod ut intelligamus, altius hanc quæstionem repetere convenit. Nimirum qui fieri possit ut quum unius partis unum sit temperamentum a quo actio manat, quodque tamquam fons est; tamen in una actione læsum sit aliquid, seu pars læsa, in alia actione illæsa ac intemerata. Si unum temperamentum, cur sunt actiones contrariæ ab eo prodeutes? Et quum ab eo tamquam principio actiones manent, quum una salva est, læsa aut abolita altera? Quæstionem hanc diremisit Galen. videtur in cap. 3. lib. 3. de symptomatum causis, & in aphorismis. Scribit enim, ex actionibus quæ ab eodem principio manare cernuntur, quasdam magis una qualitate gaudere, quam altera. Ut coctio, quia sine motu aliquo fit, in calido & humido consistit potius: attractio, expulsioque, quoniam cum motu aliquo impetuque fiunt, in sicco potius consistunt. Ita nimirum ventriculus multum calidum & humidum coquit optime, sed non trahit nec expellit facile. Contra si siccus pellit ac attrahit potentius, minime autem coquit. Renes in diabete quamvis summe laborent, non desinunt tamen serosam humiditatem attrahere: immo in iis major attractio cernitur fieri, quanto siccitas calorque ceteris qualitatibus antecellit. Ita enim ex actionibus quædam sunt *παθητικῆς*, aliæ *εργαστικῆς*, & ut sunt ejusmodi, aut illiusmodi, ita qualitatibus activis passivisque magis minusve gaudent. Contra tamen afferri potest locus Galeni, quo videtur negare facultates quatuor primis illis qualitatibus esse adductas, sed quicquid in corpore agitur, præsertim quod ad nutritionem pertinet illud ipsum toti substantiæ adscribendum esse censet. Quod si ita est, rationes nostræ superiores parum acutæ videbuntur. Verba autem Galeni hæc sunt: *Quatuor corporis proprie sunt facultates, attractrix, retentrix, alteratrix, segregatrix: ac eadem facultates totius in quovis corpore substantia sunt, quam substantiam ex calido, humido, frigido, siccoque inter se mixtis fieri existimandum.* Ille locus plane convincit attractionem, coctionem, & sic de ceteris, non referendas esse ad qualitates has aut illas, sed ad totam substantiam. Nam ut postea subjungit Galenus eodem loco, loquens de nutritione quam a tota substantia fieri contendit, medicamentum autem non nutrire, quod a tota substantia non immutetur, sed ab una tantum qua-

Com. in  
aphor. 20.  
lib. 2. A  
phor.

Com. in  
aphor. 20.  
lib. 2.

Cap. 3. li.  
6. de loc.  
affect.

1. Ca. lib.  
3. de tem-  
peram.

qualitate, Si corpus ( inquit ) una earum qualitarum quas in se habet, corpus sibi admotum mutaret, idipsum tota substantia agere non est, nec quod ab eo mutatur, ei assimilabitur. Sed locos ita conciliare alienum non est: Bifariam autem respondere licebit: illo loco tantum pro hypothese ponit quatuor illas facultates totius esse substantiæ, ut doceat medicamentum quodammodo alterari a corpore, sed non ita alterari ut in alimentum cedat; quia id tantum per qualitates præstatur: sed quum nutritio fit, cuius administræ sunt attractrix, retentrix, expultrix, ea a tota substantia fit, ut id quod mutatur, principio quidem dissimile, tandem reipsa pars fiat, ex carne & pane os, recipiatque ipsius partis ἰστέλι' χυαν. Sed sit ita: tantum loco ἰσθμίου positum hoc fit, quam non probavit, verisimilior hæc ratio esse videtur: Quatuor facultates totius sunt substantiæ, quia resultant in composito ex mixtione quatuor elementorum, & conspirant in nutritionis officium: non proinde tamen sequitur quin commoditates sequantur ex una potius qualitate quam ex altera, ut licet & siccitas & humiditas ad actionem conferant, tamen siccitatis potentia & energia eluceat potius in attractionis & expulsionis munere, quam in procuranda concoctione. Vel ita scrupulus hic tollendus: Vel consideramus facultates quatuor in genere, vel in specie: In genere, quum una conspirant in publicum munus coctionis, nutritionisve: vel quatenus in se singulæ spectatæ magis aptæ sunt ad hanc actionem adjuvandam quam ad illam. Priore modo consideravit Galenus: illo loco libri tertii de Temperamentis: posteriore vero in aliis locis.

7. Cap. li.  
3. loc.  
aff. 4.

Ut autem hanc longam satis disputationem nostro instituto accommodemus: quemadmodum in una qualibet parte variæ eduntur actiones tamquam ab uno communi principio manantes, sed quæ tamen facultates diversas ei parti tributas & confusas: ita fieri potest ut actio una pereat, altera incolumi necnon integra parte. Ita nimirum in cerebro phantasia valet, communis sensus valet, & tamen iudicium & ratiocinatio ægra est: quod pluribus explicandum non est. Impræsentiarum autem sufficit illud exemplum de melancholicis, quorum meminit Galenus. Horum enim quidam se testam esse putabat, ac vicatim inclamabat, ut omnes fugerent, ne aliorum tactu pressive collideretur. Quatenus enim se testam putabat, eatenus ratiocinatio laborabat minime, sed phantasia. Numquid enim præclare ratiocinabatur læsum iri se aliorum pressu, si terreus, aut vitreus foret? Mirum itaque non sit si de qua disputamus mulier ratiocinandi facultatem integram haberet, quum tamen in ceteris cerebri functionibus male satis haberet. Hujus autem rei mihi probabilis hæc ratio esse videtur.

Aliud est lædi offendive cerebrum in iis functionibus quæ animales esse dicuntur, clarioris doctrinæ gratia, & ad cerebri ipsius κρᾶσις; temperamentumque pertinent: aliud vero lædi in iis quæ ad eam partem pertinent quæ mentis & consilii est. Priore modo dicitur læsum in animalitate: posteriore in ratiocinio. Hoc autem indicabit historia cujusdam Polemarchæ generosissimi D. de Brisfac. In hoc omnes actiones cerebri offensam receperant; non movebatur, delirabat, in summo æstu non sitiebat:

magnum & rarum spirabat, immemor sui erat. Hæc omnia læsum cerebrum indicabant, & tamen commode ratiocinabatur, ac præclare de rebus divinis sensa mentis exprimebat. Spiratio tarda imbecillum cerebrum declarabat, rara imbecillam ratiocinandi facultatem; nec enim intelligebat se magna inspiratione aeris ob æstum indigere. Sed quod attinet ad consilium, & animi vigorem, apparuit semper vis ejus partis quæ ratiocinationis præclaro munere quoque proxime deos attingit, sese ostentat, quum satis supina, languidaque esset vis illa qua corpori & appetendo, & respirando provideri consuli que debet: idest, vis animi quæ bonis cogitationum epulis & consiliis alitur, ac reficitur, vigeat: quæ autem a cerebri naturali temperie pendet, quæque corporea esse magis videtur, languescibat. Quod solum argumentum immortalitatem animæ contra Epicureorum gregem convincit. Nam in animo duplex vis apparet, una divina plane, non aliunde mendicata quam ab ipso celo: altera paullo pinguior ac terrena magis, quæ elucet quamdiu in corpore anima detinetur. Posteaquam absoluta est corpore, prioris vis elucet ac eminet. Ac sic intelligere oportet Hippocratis & Galeni varios locos. Nam modo animum ægrotare ait, modo eundem in somnis feriari ac otiari, modo in iisdem somnis erigi ac vigere: quæ quoniam admodum controversa sunt, non erit abs re si eos locos conciliaverimus. In Aphorismis mentem ægrotare dicit, utitur nomine ἡνώμης, quam idem esse cum nomine διάνοια scribit Galenus. Quid hoc est animam ægrotare? an ægrotat? Videtur idem Hippocrates negavisse in libris de Diætâ, *Impossibile est, inquit, naturam obscuram transformare*, idest, immutare. Prius enim locutus erat de altera natura manifestâ quam in temperamento & quatuor primarum qualitatum symmetria consistere demonstrarat. Quid ergo est, mentem ægrotare in Aphorismis? Est *ἁπλοῦς τὸ αἰδητικόν*, phantasia, forma, *ἐντελέχεια* ipsius cerebri, & vocatur ἡνώμη ab Hippocrate, a Galeno in comment. *διάνοια*, propterea quod (ut ego autumo) in debita temperie & symmetria ipsius cerebri consistit ἡνώμης τῶν ἐστὶ, τῆς διανοίας, vis & robur. Atque in eodem sensu Hippocrates in Epidemiis scripsit, *Melancholici sunt Epileptici, & contra*. Utrumque autem fit prout in hanc aut illam partem affectio replevit. Si enim in corpus, epileptici; si in mentem, melancholici sunt. Notatu autem dignissima sunt verba Græca, *ὡ μὲν τὸ ἀβρώσιμα βέλη εἰς τὸ σῶμα ἐπίληπτοι γίνονται, ὡ δὲ εἰς τὴν διάνοιαν μελαγχολικοί*. Mentem *διάνοιαν* vocat, idest cerebrum ipsum quatenus consideratur tamquam pars similis. Quum ergo scribit, *Qui parte aliqua laborant, &c. iis mens ægrotat*; non intelligit de ea mente quæ immortalis, & ortus nescia, ab eodem Hippocrate *φύσις ἀσφαής*, natura obscura vocatur. Nomine enim laboris sensum intelligit solum, & *πονῆτας* vocat eos qui ita in parte aliqua offensi sunt, ut nisi delirio mens detineretur, dolerent, ut Galenus idem interpretatur. Nam dolor duplex, vel enim in affectu partis aut corporis impressionem recipientis consistit: vel in ejus apprehensione, quæ sentientis animæ esse dicitur, per mediam imaginem hominis de eo judicantis. Si enim dolor ratione causæ gravis vehemensque esse debeat, levis tamen apprehensio est, morbus levis dicitur; unde Stoici malum opinione metiebantur.

Com. in  
aph. 6.  
lib. 2.

Lib. 1. de  
Diætâ.

sect. 7.  
lib. 6.

Cap. 6.  
lib. 2. de  
placitis.

L 4

Et

Et qui humili sunt animo, effeminato, ac enervato, illi statim dolore languent ac franguntur, ac sæpe mala opinione metiuntur. Ita *Cic. lib. 2. Tuscul. quest.* Zeno Eleates perpeſſus eſt omnia animo forti antequam conſcios deſendæ tyrannidis indicaret. Calanus Indus Barbarus, in radicibus Caucaſi natus ſua voluntate vivus combuſtus eſt. Nos, ſi pes dolet, ſi dens, ferre non poſſumus. Opinio enim quædam eſt effeminata ac levis, nec in dolore magis, quam eadem in voluptate, qua quum liqueſcimus, ſuimusque mollicita, apis aculeum ſine clamore ferre non poſſumus.

Loci autem de mente in ſomnis plane a ſe invicem diſſidentes hi ſunt. Libro de flatibus ſcribit, *φρόνησις* & mens nobis dormientibus immutatur, multæ & peregrinæ nobis undique obverſantur imagines, varii errores & diſcurſus fiunt. Contra libro de inſomniis: *Inter vigilandum mens in varias partes dividitur, nec ſui juris eſt: dum ſomnus obrepiſit, ſua præſidia ac vires jam jam recolligit, ac altius contemplatur.*

Tertiam jam quæſtionem paucis explicemus, qui fieret ut venter non detumefceret, quamvis abunde alvus ferretur. An iſta ventris elevatio conferebat? *In quovis morbo*, ſcribit Hippocrates, *partes quæ ad imum ventrem & umbilicum attinent, habere craſſitudinem, bonum eſſe ait, extenuari vero ac collabi, malum.* Collapſuſ enim ille malus, & ut ſignum, *Apho. 35. lib. 2.* & ut cauſa: ut ſignum, quoniam indicat ea extenuatio naturæ imbecillitatem: Ut cauſa, quoniam quum partes ſubjectæ a ſucculento, quadratoque aqualiculo quum juventur, caſu illo ac extenuatione deterius habeant, ac propterea nec bona in ventriculo *χύλωσις*, nec in hepate *αιμάτωσις* fiat. Itaque ab æquali hypocondrio juvatur & coctio, & excrementorum expulſio. At in iſta muliere an laudabile? Nequaquam. Nam quum e natura habet molle æquale eſſe debet: nec depreſſum, nec elatum, nec calidum, nec frigidum; non durum, non meteorum, nec cum borborygmis, qui aut alvo humectata, aut urinæ profluviſio, aut flatu ceſſant in febribus eſſentialibus (nam tum motu naturæ fit) non autem in ſymptomaticis, quum aut pulmo, aut jecur, aut lien laborat (nam tum ſymptomatis rationem habet, & inani conatu id fit) Hippocratis ſententia 4. Aphor. At contigit in iſta muliere ut alvus flueret, tamen falſam ſpeciem æqualitatis hypocondrium referebat: & murmura obaudiebantur, quæ ut prædixi, non ceſſabant ulla excretionis ratione. Sic ſuſpecta erat illa hypocondrii elatio. Aperto cadavere, inventa inteſtina plena fugaci tetroque flatu, cum ſeroſis humoribus in ſpatiis & inanibus foraminibus abdominis, qui meteorifmum inferebant. Sic elatio, ſubductioque alvi non quicquam de meteorifmo detrahebat. Ac primus Hippocrates in Coacis obſervavit meteorifmum in morbis, & alvo ſuppreſſa, & alvo ſubducta. Utrumque malum. Verba ejus ſunt: *Quibus præcordia elevantur alvo ſuppreſſa, malum, maxime autem in morbis tabidis longis: & quibus alvi humectantur: id eſt; Quibus alvi humectantur, & præcordia etiamnum elevantur, malum.* Elevantur enim tam a maligno, ſive ſit flatus, ſive humor tenuis, ſeroſus, putris. Et propterea in illa parotides exſpectabamus: ad tale

expectandum invitabat alia Hippocratis sententia in Coacis: *Hypochondriorum distensio cum sopore anxioso in caput dolente parotidem excitat.* 10 Sed quoniam graveolentissima exercebantur elato manente hypochondrio, comate perseverante, si parotis contigisset, malum ut signum appariturum credebamus. Verum enim quod scribit Hippocrates: *Ex hypochondrio diu afflicto, & alvo graveolenti; abscessus circa aurem occidit.*

Plura unius hujus historiae fides proponeret, & ad mentem Hippocratis accommodaret, ut nil temere inconsultoque ab Hippocrate scriptum appareat: sed non unus locus omnia capere potest. Alia sese praesto offeret occasio, in qua orationis ac sensus vela pandere licebit, ac explicare: ne si nimis multa in recula describunda effunderemus, confingere ac comminisci existimemus: & quasi nobis ipsis ostentandae industriae nostrae frustra ac juveniliter occasionem porrexisset.

ANNOTATIONES.

1 *Quomodo tandem invenerimus hanc a pulmone lethargicam fuisse, vide in libro Ephemeridon nost.* 2.

1 *In hac muliere fallaces fuere urinae. Nam satis laudabile sedimentum semper habebant; mirum cur interierit. Nam Galenus cap. 3. lib. 3. de crasis ait observasse se quemquam interisse qui judicaretur cum urinis coctis. Et hinc colligunt quidam neminem interire posse apparentibus signis actionis in urina. Aliter tamen res habet. Nam Galenus vult non solum requiri coctionem, sed & excretionem. Tametsi enim sit & cocta, & secreta materia, tamen nisi excernendo natura sit satis, interibit etiamnum aeger.*

3 *Quum Hippocrates dicit μη παραπάνω επιρούατος, intelligit de febribus qua sunt media inter acutas & leves.*

4 *Verum illud comperi: Qui a levi sudore somni sunt expertes, & rursum ardore febrili conflagrant, malum. Nam qui bene judicantur, suaviter dormiunt: Et quod levis sudor inanem conatum natura significat, quam melius esset pepassmo incumbere, quam frustra excretionem moliri; quod in hac agra maxime apparuit.*

5 *Nullus est locus in quo melius & clarius declaret Galenus qua ratione mutationes celeriter facta mala sint, quam comm. in aphorif. 8. sect. 2. Prorrhetic.*

6 *Hujusmodi caloris revocatio, & absentia; febris exacerbatio, & sine causa manifesta remissio solet esse frequens in febre, quam Hippocrates περιαισθη vocat, qua mulier mihi visa est laborasse. Et inter ceteros locos est is commemorabilis, cujus veritatem percepimus in hac agra, scriptus com. in part. 25. sect. 2. lib. 1. Epid. Quod nimirum in febribus tertianam referentibus continuis tamen hoc observetur, quod in diebus decretoriis illae febres deteriores fiant. Item proprium hoc malignis. Alterum quod in itio saepe magnus calor & respiratio proportionata, statim calor remittitur. Et putant hoc e re agrorum esse quum mortis signum existat. Et Galenus com. in Prorrhetic. meminit jaclationes febrium malignarum esse proprias, easque aut*

aut insignem calorem febrilem significare, aut orificii superioris ventriculi affectionem.

7 Ego rationes istas meo veluti Marte comparaveram, sed forte contigit easdem sane legere, sed diserte magis a Galeno explicatas comm. in aphorism. 8. lib. 2. Prorrh. ubi ait eam reciprocam sensationem caloris & frigoris esse, quia in extremis illis partibus in quibus celeriter hoc fit, calor fere naturalis extinctus sit, & tamquam a flamma excitata anathymiasis caloris febrilis dominantis pars illa recalescit, sed statim evaporat ille calor. Plura leges comment. in partic. 16. lib. 4. acutior.

8 Galenus duas causas statuit imbecillitatis repentinae citra manifestam evacuationem, aut quantitatem materiae, aut principiorum corporis intemperiem.

9 Corpus sparsum erat maculis, sed erant livida. Et ante notavimus initio varias similes papulas apparuisse, quod suspectum erat necessario. Ideo videtur Hippocrates huius morbi eventum praevidisse, quem scribit in Coacis: Qui circum articulos rubicundas in superficie pustulas habent, insuperque rigent, hi circa ventrem rubescunt & iugina veluti ex plagis dolorosis, & moriuntur.

10 Qua excernebantur erant graveolentissima, proptereaque non poterant non sollicitare facultatem expultricem intestinorum: & tamen non meminerat querere matulam. Quod arguebat impotentiam iudicii & rationis everisionem. Involuntaria enim erat excretio. Huius duas causas Galenus reddit comment. in particulam quamdam comment. 2. lib. Prorrh. Aut quum mens agrotat, aut quum partes per quas excretio fit, non sentiunt: addo tertium, quum humor per se mordax non est, ita ut sponte feratur: quamquam vix fieri potest quin sentiat si intestina valent. Textus Hippocratis est: Si ex ventre tenuia agro non sentienti exeat, si extra se non sit, malum ut hepatico; id est, Excretio illa tenuis materia, non sentiente agro facta, declarat vel non generari biliosum humorem ob imbecillitatem hepatis: vel si generetur, non excernitur (quamquam hepatica excrementa maxima ex parte acris sunt) sic declarat propriam affectionem hepatis. Non abs re autem adjectum est, si aeger apud se sit, ne quis putet istam involuntariam excretionem laesa ratione fieri; ita enim signum imbecilli hepatis non ita esset manifestum, sed praeterea denotaret affectum cerebrum. Item non declaratur ulla offensa generis nervosi, propterea quod integra sunt intestina. Si ergo involuntaria sit illa excretio stante ratione, non laesa intestinis, signum est imbecilli omnino hepatis.

CON-

CONSILIUM XLVI.

De renum calculo.

**Q**UIDAM orthopnoea laborare videbatur, unde gravissime haberet. Nonnulla erat suspicio affecti pulmonis, non tamen certa erant argumenta quibus appareret vitium in pulmonibus conceptum. Tamen quum orthopnoeicus ac anhelosus maneret, quaesitum quae illius difficultatis causa esset: multis ad unguem pertractatis, in eam ventum est tandem opinionem, ut nil tale in pulmonibus consistere crederetur quod eam difficultatem inveheret. Sed ut plerique sunt aliis oculatiores, dictum est suspensionem magnam esse calculi in renibus. Quod quum contingit, aliqua tum difficultatis spirandi species apparere potest. Consultum renibus est: Deturbatus remediis convenientibus calculus, libertas respirationis est restituta. Causam autem ejus rei esse volunt, quod nervulus est a sexta conjugatione pervadens diaphragma, & ad renes usque perreptans, qui oppressus ut in opposito femore stuporis sensum infert: ita in partibus superis difficultatem nonnullam respirationis afferre potest; nam renes ambigunt inter partes superas atque inferas. Et nos vidimus mulieres aliquot & viros, quibus familiaris renum dolor est gravis & pungens, qui saepe conqueruntur de dolore lateris ac si pleuritis aliqua nothas costas occuparet, quum tamen nil sit tale: sed ob obsidionem renis a calculo; aut ejusdem oppressionem ab aliqua re obstruente ratione nervi implantati in renis corpus, idem fit quod & in lienis aut hepatis tumore, aut obstructione: Nam circum claviculas dolorem sentiunt tensivum. Quærat quis, cur non id omnibus calculosis contingit, aut quibus præpediti sunt renes? Non est necesse. Nam saepe insigniores sunt nervi in aliis atque aliis, ac errore quodam naturæ in eam sedem partis alicujus inferuntur, in qua sensus viget magis, ac consensus major est cum partibus vicinis. Nec enim quibuscumque contentus in capacitate renis lapillus est, iis objectum oppositumque femur stupet, tametsi stuporem tamquam *σημειον συμπεριφορ* lapidis in rene contenti constituat Hippocrates. 2. Eiusdem quippe morbi varia atque varia in aliis atque aliis corporibus signa apparent: quod efficit ut ars nostra plane sit *σοχαστικη*, non autem *αποδεικτικη*. Oportet enim multa *συμπεριμαρτυρειναι*, idest, probabilibus quibusdam rationibus atque apparentibus signis colligere; non autem *αποδεικτικως* & *συμφοριστικως* concludere, ac si aliter contingere non possit in Socrate atque Sophronisco: varia enim sunt humorum ideae, varia spirituum, varia corporum, varia morborum. Quae omnia in primis artem nostram difficillimam reddunt, & immensam plane.

A N N O T A T I O N E S.

*¶ Arculanus cap. de renum apostemate, docet alia esse symptomata, si ren dexter laborat, alia si sinister. Si dexter, hepar compatitur, & partes potius superiores; si sinister, ad partes potius inferiores malum pertinet. Addit*



*Addit quod si abscessus occupat panniculos renum & suspensorium, magnificatur dolor, & fit fortis, & prohibet erectionem, tussim, & sternutamentum, & difficile est invenire locum. Hac omnia notanda, ut non temere accusentur partes superiores innocentes alioqui, quum malum sese in inferioribus firmaverit.*

2 Hippocrates part. 5. lib. 6. sect. 1. Epid. *ῥέπον τῶ μὲν κατ' ἴξω, huius stuporis duplex est causa: Prima, compressio musculi Jous dilli, cui renes ambo incubunt; altera, compressio nervi qui in cruris musculos inseritur. Hanc autem a calculi duritie & pondere fieri hinc patet, quod incipiens calculus stuporem non inducat.*

## CONSILIUM XLVII.

*De sanguinis per os rejectione ex costarum vulnere.*

**S**EPTUAGENARIUS vilibus muniis occupari solitus ingentem sarcinam concinnare volebat, ac circumquaque illigare. Funes medii ingenti conatu immisso in transversum baculo rumpuntur. Baculus costas illidit, atque ita prosternitur. Dolor quibusdam lenitur; nonnihil tamen doloris circum læsas partes percipiebatur: nil post eum quassum ictumque excernitur per menses quatuor aut quinque. Tandem per aliquot dies appetentia imminuitur: nausea adest: membra lassantur: dum nil tale cogitaret, per os excernitur magna copia sanguinis nigri, fæculenti, grumosi, cum animi defectionibus: pulsu imbecillo, & intercalari intermissione. A rejectione quievit. Denuo animo deficitur, syncope prenditur, sudor frigidus, vomitio magna sanguinis multo deterioris quam sit superior: dolor ad notharum costarum regionem. Omnes interiturum credebant; convaluit tamen.

1 Unde sanguis ille? Quum causa procatartica præcessisset, cur non aut primo quoque tempore excernebatur, aut non in pus concreverat? Si concrevisset in pus, cur non malignitatis suæ signa prius edidit? Credibile in capacitate fluxisse, & tanto tempore mansisse impune? Cur non factus abscessus? Credibile non affatim coacervatum esse, nec per modum ruptionis vasis exsiliisse e vasis. Sed quum pars icta fuit læsa ac concussa, hic accumulatus sanguis, tandem communicatione & transfudatione in partibus vicinis conceptum vitium: alioqui & leipothymia præcessissent. Immo si menstruus sanguis in muliere statim tempore non exeat, non multum post furit, impetumque movet, adeo facilis est sanguinis redundantis, ac ejus præsertim qui in partem aliquam fusus est præter naturam, orgasmus, impetus, ac ira, idque propter corruptionem quam de facili contrahit. Accedit quod senex erat, squalidus ac siccus: proptereaque non tantus est humoris impetus quantus in junioribus: & ratione ætatis non tanta est humiditas & calor, quæ ad facile contrahendam putredinem esse possint. Sed inquiremus cur non interierit, quum Aphorismi Hippocrat. & in Coacis, & in libro Distinctionum contra eum facere videantur?

In quarto Aphorismor, scribit, *Morbis quibuslibet incipientibus si atra bilis*

lis

*lis supra vel infra exierit, letale.* An hic aphorismus contra eum fecit? Nequaquam; idque tribus de causis. Primum, quia morbus non erat ul-  
lus: idest, nec inflammatio, nec febris, nec vitium in hypochondriis,  
cujus morbi causa esset ille humor qui excernitur. Qui quoniam non ex-  
cernitur legitimo tempore, idest nec natura coquente, nec secernente, nec  
proprie evacuante; totum illud est symptomaticum. Natura enim nil ex-  
cernit in principio, aut si excernit, symptomaticum est id. Ergo id quod  
excretum est, materia morbi non erat. Quis enim nescit sæpe naturam  
citare alvum sine morbo, vomitiones provocare, quum id nec symptoma-  
ticum, nec criticum proprie dici debeat? Sed quum morbus est, si ma-  
teria quæ excernitur morbi est, male id fit initio.

Secunda ratio, id quod excretum est, non erat atra bilis, sed sanguis  
niger: - ac ut inter atram bilem & sanguinem nigrum multum interest;  
ita magni refert initio atram bilem, aut sanguinem quemdam sæculentum  
excerni.

Tertio, primo quoque tempore excretio facta est, quum haberet ὀρθοσά-  
δου. nec id tempus principium dici debet morbi, quum morbus non sit:  
aut sit ita, sequatur morbus postea, quum vituperatur excretio initio  
morbi: voluit Galenus principium morbi non ita anguste accipi, sed  
quum paululum progressio facta est. Quamquam non negamus aliquando  
primo quoque tempore letales excretiones esse, & letalia symptomata,  
quod auctore Galeno in corpore humores sæpe deliteant veneno adæquan-  
di. Sic in Aphorismis damnat dejectiones sponte venientes, qualis sanguis  
niger, sive cum febre, sive sine febre. Quamquam hæc conditio, sine fe-  
bre, magni sit momenti, quod multa excernantur modo minime laudan-  
do, ad quem si accessio quoque febris fieret, multo res deterius haberet:  
quod paullo post aperiemus. Dejectiones autem venientes sponte pravæ  
sunt, aut quod summum frigus designent, aut incendium ingens, aut  
corruptelam. Quod in pestilenti constitutione accidisse asseverat Gale-  
nus.

Cap. 6.  
lib. 1.  
de crisib.

Est alius aphorismus qui contra ægrum nostrum stetit videtur: *Qui-  
bus ex morbis acutis aut diuturnis, vel vulneribus, vel quodammodo ex-  
tenuatis, nigra bilis, seu uti sanguis niger desubter exierit, postridie mo-  
riuntur.* Læsus erat, contusus, vulneratus quodammodo (quamquam in  
Græco ponitur nomen τραύματος, quod insigne vulnus significat) excerni-  
tur uti sanguis niger (nec enim atram bilem proprie excrevit, ut paullo  
ante diximus) quare, non postridie interiit? Mirum est quod Galenus  
hunc narrans aphorismum, istam particulam, ἢ ἀπὸ λεπτοσυσμῆναις, ge-  
neraliter retulerit ad omnes alias particulas per disjunctionem scriptas: ac  
si dicat Hippocrat. Quibus ex morbis acutis extenuatis, quibus ex longis  
extenuatis, quibus ex vulneribus extenuatis: non autem per distinctionem  
hanc; Quibus ex morbis acutis, aut longis, aut extenuatis, aut vulne-  
ratis, &c. ut sit ea mens Hippocratis: *Quibus extenuatis, aut a longo  
aut acuto morbo aut vulnere, atrabilis exierit, &c.* Ut extenuationis no-  
men explicet proprie mentem Hippocratis, & extenuationis verbum vere  
doccat

Com. in  
Aphor. 2.  
lib. 4.

deccat cur mors sequatur necessario . Ita enim vult Galenus eos interire quod talis excretio iis contingat, qui sunt *ἐχάτως λελεπυσμένοι*, non simpliciter vulneratis, non simpliciter laborantibus morbo aut acuto, aut longo: sed ita in extenuatis contingit, quod adeo natura imbecilla, ut nec coquere, nec excernere, nec secernere possit . Et quum ob morbi magnitudinem nequeant contineri, effunduntur necessario . Ob imbecillitatem autem mors antevertit vel initio, vel augmento, non autem morbi declinatione, aut statu expectato; ut in aliis morbis evenire ait Galenus . Sic quum æger noster extenuatus non esset, de eo intelligi non potuit aphorismus .

cap. 5. &  
9. lib. 11.  
de crisi:

An alius aphorismus intelligitur? Sanguis supra qualiscumque fuerit malus, infra autem bonus . At supra excretio facta: ergo mala; nam aut ruptionem, aut apertionem, aut exesionem vasis significat . Nam mala est quod per os, & mala quod affatim, nam quum per comparisonem excretio sanguinis per inferiora laudanda censetur, Galenus non vult etiamnum sanguinem large profluere, sed pedetentim, adeo ut tarditate gressus nigrorem acquirat sanguis, non quod reipsa talis sit . Textus Leoniceni depravatus est; legere enim oportet pro eo Leoniceni textu, *Melius est, ut infra exeat, & neque huc per modum disrupti sanguinis, sed paullatim fluentis exeat*. Ita ego interpretor: Satius est per inferiora secedere; non ita tamen ut illac feratur eo modo quo in hæmorrhagijs affatim, sed sensim fluat . Atque quum qui præcesserunt aphorismi de ægro nostro non intelligantur, hic vere intelligi potest . Nam omnis per os excretio sanguinis mala, si mulieres exceperis, in 5. Aphorism. & in hoc revera mala: Sed securitas ex eo est quod febris non adesset, si verus aphorismus Hippocratis est: *Quicumque evomunt sanguinem, si sine febre quidem, salutare; si cum febre, malum*. Proprie autem nomen *σωτηρία* hoc loco non sumitur, sed pro eo quod dicitur, *δυναμικὸν διαπραυδῶσαι*, comparatione cum ea excretionem quæ e pulmone fit, quam plane vituperat Galenus in comm. in hunc locum .

#### ANNOTATIONES.

I Sanguis tam venarum quam arteriarum extra vasa effusus, aut foras in aliquam corporis capacitatem, ut asperas arterias, thoracem, ventriculum, intestina, uterum, vesicam, subito propter fibras concrevit in grumos, aut putrescit: quorum alterutrum quum accidit, gravissima oriuntur symptomata . Optimi enim corruptio pessima esse solet . Sic seminis quam sanguinis aut putrescentis, aut suppressi in hysteriis mulieribus graviora sunt symptomata, quia purius semen & magis spirituosum . Sic humanum cadaver, omnium pessime olet; quia corpus humanum ut functionum perfectione cetera animanti superat, sic temperamenti præstantia ob formam omnium nobilissimam, rationalem scilicet animam . Ita alimenta quanto sunt meliora si corrumpantur, eorum corruptio deterior esse solet quam eduliorum qua deteriora, sunt & ἀλιγότερα .

2 Vixit annum & dimidium post ; nullumque diem prateriit in quo molestiam aliquam in parte laesa non senserit . Tandem rupto veluti abscessu alvus faculentis excrementis descendit, iisque foetidissimis . Visus est allevari . Iterum alvus lata est, & dum recumbere vult, statim aphonos redditur, media hora post interit . Mortuo excretio fit per os, & deorsum magna copia, ac praesertim grumosus sanguis excernitur .

3 Hic locus plenior libro Definitionum Medicarum Galeni, vel cuiuscumque sit auctoris . Hemorrhois est delatio sanguinis paulatim facta per dissultationem . Hemorrhagia abundans e naribus effusio . Notanda haec voces, quod ad hunc locum intelligendum faciant plurimum .

Nota excretionem per inferiora ( quam de hemorrhoidali profluvio velut vult intelligi Galenus ) laudari, si dua adsint conditiones . Prior, si sensim fluat, quod mirum, quum opus sit naturale: posterior si excernatur niger, non quod talis sit ex se, sed quod tarde fluendo talem nigrorem acquirat . Quod vel ex Galeno falsum convincere possumus; nam lienosi qui hoc fluore juvantur, nigrum cumulant, ergo excernunt . Verbum, vomere, proprie sumitur, sed  $\chi\alpha\tau\alpha\chi\pi\sigma\tau\iota\omega\varsigma$ , quidam etiam ad excretionem e pulmonibus esse referendum volebant . Galenus autem omnem excretionem e pulmone sanguinis non salutarem esse ait, idest, non curatu facilem, ut interpretari licet, sive sit febris, sive non sit . Si sit febris, omnino malum: si non sit, non paullo post sequitur . Sed quum vomitio est sanguinis sine febre, non mala ita est ( ut in hoc egro de quo loquimur hic apparet ) nam collectionem tantum sanguinis, non autem perennem generationem, & proventum ad excretionem significat: sed quum febris est, bifariam mala, & ut signum, & ut causa: ut signum, quia declarat subesse inflammationem in partibus internis, qua talis excretionis causa sit: ut causa, quia dum humores a febre acuuntur, major excretio sequitur . Nam quaecumque excretionem cum inflammationibus sunt ac febribus, non solum vix curari possunt, sed nec in eadem magnitudine perdurare; Majores enim sunt ac maligniores: Sic locus reponendus qui a Leonicensi male conversus . Dicitur est quidem ante verbum  $\epsilon\upsilon\sigma\tau\omicron\delta\alpha\iota$  in aphorism. 37. lib. 7. non sumi pro  $\pi\tau\upsilon\sigma\tau\omicron\delta\alpha\iota$ , ut quidam voluerunt: quia, ut ait Galenus in comment. in hunc locum, omnis excretio e pulmonibus sanguinis est  $\epsilon\upsilon\sigma\tau\omicron\delta\alpha\iota$  . tamen miror quomodo Galenus non legerit aphorismum in Coacis, qui simillimus aphorismo est 37. allegato, ubi Hippocrates utitur verbo  $\pi\tau\upsilon\sigma\tau\omicron\delta\alpha\iota$  . Hujus verba sunt: Sanguinem spuenticibus, confert si sine febre, & tussiant, ac dolcant leviter, & ut sputum fiat ad dies bis septem tenue: Febrile vero & tussire, ac dolere pertinaciter, & recentem sanguinem semper spuere, malum est.

CON-

*In quo queritur, cur multi valde valetudinarii vivant, alii integre sani, alii in statu neutro.*

**C**ORPUS nostrum ægrum est, aut sanum, aut neutrum. *Ægro* corpori ars quæ sita est quæ morbos præsentis arceat ac profliget; Sano, quæ conservet; Neutri, quæ in alterutrius officio ambigue versetur. Par enim ratio aliquando videtur & curationis, & conservationis, aliquando dispar ac dissimilis. Inter eos qui vivunt, quidam integra perfectaque valetudine utuntur: alii lubrica admodum, & quibus minimis momentis de sanitatis præsidio decedendum est. Tertii adversa valetudine consistunt. Ac primis quidem viscera, partesque solidæ, robustæ, integreque sunt, quarum in virtute ac legitima symmetria sanitatis ipsius thesaurus reconditur, ac consistit. Secundis partium nativa est infirmitas, ut quæ foris occurrentibus causis morbificis, aut internis in nobis nostrisque visceribus genitis minime resistant, contraque facillime cedant. Tertios autem morbus fere occupat, quod inter partes quarum potentia corpus sustinetur ac administratur, una sit aut altera quæ in vitio sit, ut quum aut proprio pulmonis vitio phthisici decumbunt, aut quum catharrosi ob innatum cerebro vitium, aut alia atque alia ratione afficiuntur. Inter morbosos quidam ita sunt affecti, ut peculiari vitio partis principis, aut cerebri, aut hepatis, aut ventriculi, aut lienis, aut mesenterii (latius enim patet nomen Principis partis, quam a quoquam veterum dictum sit) facile in morbum etiam gravem incidant; alii in febres facile, quod notandum. Vitio partis quidem, ut quum obstructionibus obnoxius lien est, aut quum primæ venæ facile impediuntur, ut de melancholicis hypochondriacis patet, statim & veluti in procinctu morbus adest tracto in sympathiam ventriculo. Et cur non præcipuæ cujusdam partis mesenterium ipsum, per se quidem abjectum & vile, si præsertim conferatur cum aliis partibus, quarum nobiliora præstantioraque sunt munia, cum impedito obstructoque mæsaræo, tam cito occurrant morbi? Ita enim quibus primæ venæ cremori ventriculi excipiendæ destinatæ obturantur, obstruunturque, vomituriunt sæpe, male coquunt, leipothymiisprehenduntur; an non magni est momenti? In singularum partium vitiis exquirendis immorandum non censeo: satis fuit indicasse morbosos valetudinariosque quosdam existere peculiari vitio partis. Alios valetudinarios vocamus, ut qui promptissime a febribus communibus humanæ naturæ hostibusprehendantur. Nam sive ludant, sive irascantur, sive paullo liberalius genio indulserint, ecce in insidiis stat febris quæ in eos quam primum grassetur atque involet. Contra vero alios minime omnium valetudinarios vocamus, qui febrim non ita pateant. Eorum autem qui febribus tamquam communissimo omnium morbo utpote in omnem ætatem omneque tempus incidente corripuntur, alii facile eo morbo defunguntur, alii non.

non . Sed quum sæpe in febrem incidant , læduntur tandem plurimum ; nam & calor febrilis varias in corpus mutationes invehit , & morbus tam sæpe recurrens cum actionum læsione non potest non partes offendere , penuria alimenti , & officii intermissione .

Quæ causa autem sit cur aliqui in febrem non incidant , aut raro , aut in eam perbreve , quum tamen inter morbos febris omnium facillime occurrat , breviter strictimque aperiendum . Ex generibus februm , quædam putredinem agnoscunt parentem , unde putres febres ; quædam simplicem intemperiem . Illis continentur Quotidianæ , Tertianæ , Quartanæ . His synochi imputres , hæctica , diariæ . His aut illis obnoxia sunt corpora , aut non . Natis quidem ab intemperie squalida , hirsutaque , & biliosa corpora obvia sunt . Putribus autem ea quæ obstructionibus plena sunt , calida humida , præsertim si perspiratione careant , aut aere frigido degant . Obstructionibus autem pervia corpora sunt , aut conformationis vitio , ut quum coacta angustaque sunt vasa , & viæ mesaræ ( mesenterium enim maxime fons , seminarium , & scaturigo putridarum febrium & morborum a putredine a nobis constitui solet ) aut diætæ vitio . Qui itaque in neutro peccant , idest nec in moderato victu cultuque vitam degunt , nec a natura ipsa obstructionis facilitatem ac proclivitatem hauserrunt , non ita facile a putridis febribus impetuntur ac occupantur . Contra autem quæ contrario modo affecta cernuntur . Itaque mirum non est si ex mortalibus quidam quadragies febribus putridis corripiantur , alii ne semel quidem , tamen ex iis quidam satis pituitoso corpore sint , quidam vero non ita pituitoso : immo sunt qui nisi quotannis ter quaterve repurgentur , putridis febribus corripiantur : alii nec purgantur , nec corripiantur tamen : immo quadraginta annos pene sani exigunt . Reperti sunt quibus contra normam & naturam febrium putridarum decimoquinto die contingeret . Quod annotavit Rhafes Antipater Sidonius Poeta apud Plinium , singulis annis uno die tantum natali nimirum febre corripiebatur . Dominus de Masseparault supplicum libellorum in Regia Magister mihi affirmavit magna cum celebrium Medicorum admiratione , certo quodam die singulis annis graviter se laborare ac si hæctica febre prehenderetur . Et ego ipse dum hæc scribo , commentorque , illius quod nobis quotannis accidit facile ac lubenter meminero . Quater in anno in magnis quatuor temporum anni mutationibus febricula tamquam diaria prehendor , cum totius corporis gravitate ; inappetentia maxima . Videmus qui numquam se febre manifesta prehensos asseverent : Alii nisi quater in anno repurgentur , minima occasione in febrem præcipites ruunt : sive quod propter consuetudinem purgationis id contingat , seu potius ob intemperantem victus rationem . Scribit enim Galenus melius esse multo si de cibis detrahant , si sese exercent : non enim ratione consuetudinis contingit ut illis evacuatio prosit : sed quoniam ex depravato victu multos humores crudos ac pravos collegere .

Quæ hæcenus dicta sunt in eum maxime finem spectant ut paretur muniatumque via ad historiam cujusdam Nobilis Juvenis qui in gravissimum

*Ballonii Oper. Tom. II.*

M

mor-

*Lib. de  
consue-  
tud.*

morbum incidit, quum numquam laboravisset. Ecce dum in suis muniis; solitoque versatur officio, febreprehenditur: primo quoque tempore vires labuntur, urina supprimitur, fandi impotens fere redditur tamquam stipes inanis in nullam partem versatilis jacet: denique hic potius de sepulchro quam de remedio cogitatur. Idem filio Præsidis Boherii contigit: nam undevicesimo ætatis anno in febrem incidit, primum languidam ac sepultam. Nihil excrementi redditur. Nonnisi post 24. horas urinam faciebat: animo facile deficiebat: ne minimum quidem sudorem ferre poterat, tamen vehementes purgationes satis alacriter tulit. Febris sine typo, postea tertianam referebat. Primis diebus sine perfrigeratione, sequentibus aliquando: rigorprehendit, facies non concidebat. Alvus nonnisi sollicitata reddebat. Quærat aliquis, qui fieri possit ut qui olim tamdiu integra sanitatē fructus est, nunc in morbum lapsus tam graviter laboret? Cur primæ vires hæcenus morbo non afflicta non apparent? Qui diuturnis morbis sunt afflicti ac impliciti, si forte recidant sæpe etiamnum novos morbos experiuntur ac sustinent, cur non alacrius ferant ii qui nihil de viribus amiserunt, qui semel morbo tentati sunt? Alia longe ratio est: nam qui in morbum relabuntur ac recidunt, non longe quidem a priore morbo absunt; & ii fractis jam viribus impetuntur; quo fit ut ferehædo non sint, sed aut graviter ægrotent, aut fere moriantur. Sed qui sæpe morbis implicantur, ii fere robustiores existunt tamquam in ea re exercitati, & levi de causa in morbum incidentes. 2 Contra qui toto ætatis suæ cursu aut numquam, aut semel, bisve ægrotaverunt, idque leviter, gravissime maximam partem laborent, tum propter inexperientiam & insolentiam morbi, ut sic dicam. Nam qui labores ferre consueverunt, etsi imbecilli, aut senes, iis qui non consueverint, vel etiamsi juvenes fuerint, multo sunt robustiores. Item quia quum diutissime integra sanitatē freti sint sive ob partium integritatem, sive ob laudabilem temperatamque vitæ rationem, sive ob utrumque, de suæ sanitatis gradu nonnisi magna de causa deciderint. Oportuit enim causam validam esse quæ corpus hoc tam sanum de primo statu deiecerit ac depulerit: Sive quia idem contigerit quod habitui athletico evenire solet. Corpus enim quantumvis incolume ac sanum, tandem ad summum bonitatis provehitur, ut necesse sit illud in deterius decidere. Unde narrant quidam scriptum esse ab Hippocrate (sed locum non legi; umquam) quosdam ætatis annum summa cum sanitatē exigere & attingere; sed propter quasdam quæ in ætatibus contingere solent mutationes, eos fere mori. Quod si scriptum est ab Hippocrate, notandum maxime, & illud quidem experientia observatur.

Sed ad institutum redeundum est. Qui diu sani fuerunt quatenus tamdiu integra freti sunt sanitatē, satis indicant firmitatem ac robur partium, accedente proba diætâ, quæ etiam corruptam naturam conservare & instaurare potest. Quamquam accidit nonnullos intemperanter, omnique cum luxu vivere; tamen sanos ætatem suam degere. 4 Ac si tanto firmiores stabiliorefque partes redderentur, quanto depravatio deteriorque vitæ ratio existat. Ut contra, plerique quum moderato victu cultuque suos

suos annos exigant in summa imbecillitate versantur, immo si eorum sanitati conservandæ quidam Asclepiades præficiatur. Quod cur contingat, hujus quidem loci est ac instituti, sed non hujus temporis quum plenior in ea re temporis usura uti debeamus. Nunc autem uno verbo explicemus, cur qui diu sani sunt, semel in morbum lapsi tam graviter laborent, immo vita periclitentur, id præter rationes paullo superius adductas non alia ex occasione nasci videtur, quam quia temporis diurnitate per congestionem quamdam in corpore accumulatur humores qui non statim putrescunt, nec proterviunt, sed levi de causa irritati & moti ferociunt ac turgent. Atque quum copia multi sint, natura aggravatur, & quum ejusmodi motum ac putredinem numquam senserit, illius rei insolens, pugnam detrectat, ac succumbit. Hinc morbi sævities, præfertim ob magnam virium jacturam.

Illud abunde aperuit historia illius juvenis, cujus nomine suscepta est hæc disputatio: qui quum numquam, aut leviter admodum laboravisset, oborto morbo non ita vehementi concidit quasi fractus & consternatus. In totum naturales evacuationes substiterunt. Et quum inter ceteras urina tres jam dies fuisset suppressa, frustra curatus est tamquam ischuria. Tamen ut sæpe multa ab imperitis temere & contra artis præcepta fiunt, quorum non est omnino sinister eventus: ita in hoc ægro temerarium factum prospero eventu sese auspiciato prodidit. Datus est illi potus ex terebinthina destillata, syrupo de althea, succo limonum: eodem die urina large profluxit: Paullo post aliquantum relevata natura, sed postea concidit. Itaque remedia quæ natura fatifcente præscripta fuerint, & quæ eadem paullum erecta hic adscribemus.

℞. Mithridat. opt. ℥ j. conserv. buglos. viol. an. ℥ ℞. fiat emplastrum pro cordē.

℞. rasura ebor. ꝑ j. unicolor. gr. 4. cornu cervi ꝑ j. syrup. granat. ℥ s. aqua cardua ℥ ij. s. fiat potus.

℞. olei rosati ℥ ij. aceti ℥ ij. pro ventre. Erat æstus ingens.

℞. destill. restaur. lib. j. syrup. viol. & de limon. an. ℥ ij. s. passetur cum ℥ j. cinnam. utatur sæpe.

℞. rasur. cornu cervi ℥ s. sacchar. rosa. tabul. quod sufficit. fiat pulvis utendus sæpe.

℞. syrup. granat. oxysaccha. an. ℥ s. aqua card. & scab. an. ℥ ij. s. mithridat. confect. alķermes an. ꝑ j. rasur. cornu cervi ℥ j. fiat potus pro duabus dosibus.

Injectus clyster blandus.

℞. rasur. ebor. cornu cervi, margar. elect. unicorn. an. gr. vj. syrup. de nymph. ℥ vj. destillat. restaur. ℥ ij. ℞. fiat potus.

Item ℞. aqu. card. lib. j. ad usum.

℞. syrup. de cichor. compos. sine rhabarb. oxys. simpl. an. ℥ j. s. cum decoct. gramin. passul. glycyrr. fiat julep.

Item fiat julep. ex syrupo de granatis & de limonibus.

℞. mithridat. ℥ ij. theriaces ℥ j. conserv. rosar. buglos. viol. borag. an. ℥ ij.

M 2

℥ ij.



℞. iij. decoct. unius capi alterati cum buglos. borag. lib. iij. carnem unius capi, aqu. card. ℞. iij. fiat destillat. in balneo Maria. Utatur addendo syrupi violati sextam partem.

Item repurgatus rhabarbaro infuso in destillato restaurativo. Bis, terve repurgatus, recreata natura.

Primis diebus pro desperato relictus est: Et in hanc historiam attentos nos esse oportet, ut discamus non temere negligendos relinquendosque morbos qui primo quidem obtutu tamquam immedicabiles sese nobis offerunt: Nec præterea de morbis præcipitanter esse pronuntiandum. Suspendi enim oportet iudicium in prognosi præstituenda, nisi certo constet: præsertim quum hoc tempore propter ingluviem morbi pullulent, veteribus numquam cogniti, & contra quam factitatum sit a veteribus, nulla dierum criticorum habita ratione subinde ac identidem, variis remediis ægros oneremus, ut omne naturæ studium ac ordo pervertatur ac pereat: & magna cum nominis sui calumnia multi etiam ex primariis Medicis, aut eos morituros, falso præferunt ac prædixerunt, qui non tamen non ita longe post a male lata sententia tamquam provocarent, superfuerunt, & contra multos victuros pronuntiarunt, quos non ita longe post mors secuta est.

#### ANNOTATIONES.

1 Caput hoc scriptum est ut quaratur ratio cur multi valde valetudinarii vivant, alii integre sani, alii in statu neutro. Et quibusdam præsto semper sunt Medici & remedia, & tamen non valent. Aliis contra, & integre vivunt. Item cur multis quinquagies secta est vena, profluvia alvi, & alia excretiones contigerunt, aliis nil tale, quum etiam non integra sanitate fruuntur. Tandem ii qui obstinato animo licet ægri noluerunt sibi venam aperiri, æque diu vivunt. Quomodo detraclio multa sanguinis in multis aut non detrimentum attulit, aut quibus nulla facta est periculum non contigit?

2 Hujus rei demonstrationem petes accuratam ex cap. 4. lib. 2. de præsig. ex puls. ubi Galenus de comparatione intermissionis pulsus in juvenibus, aut in senibus & pueris agit.

3 Locum illum tandem legi lib. 1. de Diata, dum loquitur de iis qui in optimo habitu sani diu vivunt. Qui autem morbi a quadagesimo anno a morbo aliquo correpti fuerint, numquam fere evadunt. Sed quoniam ille locus obscure ab Hippocrate scriptus est, ideo longiore & tempore & orio majore indiget, horum explicationem in alium locum rejicientes, nodum qualiscumque sit dissolvemus.

4 Celsus forte hujus rei causam explicavit. Dum enim cavet ne nimium assuescamus uti medicamentis, ita scribit: Purgationes ut interdum sunt necessariæ, ita frequentes periculum afferunt. Assuescit enim non ali corpus, & ob hoc infirmum erit, quum omnibus morbis obnoxia sit maxime infirmitas. cap. 3. lib. 1.

Notandum hoc symptoma : nam alias ut symptoma curari debet, alias ut morbus : summum vero adhibeat iudicium Medicus, an in febre urina supprimatur per se, an per accidens ; quoniam falso recurrunt quidam ad calculum, aut ad alias causas falsas : & oportet diligenter incumbere in coctionem humoris, & exclusionem & naturam vim excitare, & non frustra catheterem immittere metu majoris mali ; id enim accidit quum totum corpus crudioribus humoribus refertum est . Confluit autem ex ipso acervata multitudo in vesicam, qua amplius distenta & dolitans, ad actiones suas inefficax fit, & periculum suppressa urina inducit.

## CONSILIUM XLIX.

*De capitis vulnere.*

**N**UPER In ludo litterario puelli colludebant, alius pera, alius calmario, & ut quisque hac aut illa re erat instructus, ita tamquam idoneo instrumento utebatur. Forte in peræ fundo gladius acutissimus latebat, cujus mucro pertuderat fundum. Is sensum ob acutiem fugiebat. Peram capiti appressit joco, hinc vulnus incisa cute inflatum. Sinuosum erat, adacta cuspe acutissima funditus & punctim os læsum. Neglectum id quicquid fuit ob vulneris exiguitatem. Male tum, quoniam nil negligendum in fauciato vulneratoque capite : & quo magis sensum fugit, eo majori curæ esse debet. Dilatata plaga apparuit os læsum esse, sed an utraque tabula perforata esset, an media diploe ictus restitisset, controvertebatur. Si illud esset, necessario modiolum adhiberi debere conficiebamus. Si hoc, idest, alteri tantum tabulæ adactus esset mucro, a terebra temperandum erat. Hoc perplexum obscurumque fuit admodum : Nam temere ad terebram accedere periculi plenum erat, ita rebus non bene subductis, eam prætermittere, & vituperationis, & periculi metum afferebat. Unum tamquam univocum signum parebat, nempe systole ac diastole, & nutatio seu inundatio quædam qua ictus inflatus erat, ut propterea tactam esse pertusamque utramque tabulam conjiceretur, ac sic modiolum usu-venire. Sed hac inundatione deceptos sese esse, delusosque Chirurghi asserabant, quod hanc nutationem sæpe præferant arteriæ exiguæ quæ diploen perreptant. Itaque quum dubitaretur quo pertineret ille motus & agitatio, an ad cerebrum vi ictus detectum, an ad arteriolas in diploe intertextas, anceps magis ac dubium consilium ac ratio exsistebat. Ut in utramque partem paria æqualiaque rationum momenta starent. Si noxa utrique tabulæ illata foret, ajunt, sese id signis quibusdam detexisset. At nil plane ante 14. diem apparuit. Et illud quantulum fuit, procatartice cuidam causæ assignabatur. Si læsum os utrumque, stillasset sanguis. A stillicidio aliquid incommodi crebro accidisset. Præterea vomitiones nullæ contigerant, stupor nullus, nilque ex iis quæ læsa utraque tabula evenire solent, & ad terebram ideo consilium convertunt ac dirigunt. Nos contra conjectas has petitiones cludebamus. Vomitiones, & id genus alia quæ utriusque tabulæ læsionem, ac piæ

memingis offensam significant, non in punctim factis vulneribus ita apparent, ut in aliis tromaton differentiis; ut quum concussio facta est, aut magna plaga illata, aut lapsus fuit, aut quum effractio est cranii. Accedit quod rimulæ angustia in cæsim facto vulnere, præsertim tam acuto gladiolo, impediatur quominus in memingem stilleret sanguis; aut si quid tale contigerit, pigro gressu id fit, & adeo exigua quantitate, ut nil, aut parum inde argumenti capi desumique possit.

Rebus ita agitatis, ac dubiis ob obscuritatem, & multa rationum involucra relictis, tandem fortuna ac casu sæpe ad bene medendum, & feliciter scopum contingendum, nonnihil faciente, ad modiolum concursum est. Læsum os detractum. Incredibile hoc fuit, & cujus gratia hunc commentariolum de illo ictu conscripsimus de industria, nulla apparens erat diploe: os cranii unum erat, una tantum tabula, quod terebranti multum attulit metus ac suspicionis, ne quicquam peccaret. Ita enim trepanum *ἀβάρτησον* adhibent, supra cujus mucronem circulus quidam parum latus exstans circumcurrit. Prohibet enim ne dum terebra agitur, altius descendat, & subjectas partes violet. Ita enim ipsius terebræ circumactus, & appressio facilius fertur. Et quum jam totum os perforatum erat, opinione diploes ductus, rursus apprimebat terebram, quum cerebri substantia occurrit.

Atque propterea frustra ad arteriolas percurrentes diploen motus pulsatorius ille de quo mentio facta est, relatus fuit. Itaque nisi rationibus satis quidem firmis, fortuna, & cepti fiducia præcurrisset, magnum saucio puello periculum creatum fuisset. Rationes quidem quibus contra nitentur ne temere modiolus adhiberetur, veræ ac probabiles erant, sed earum falsitatem solus eventus detexit. Quis enim credidisset naturam in plurimis sapientem ita in illo puello sui oblitam adeo, ut os, quod diploe in omnibus fere divisum distinctumque miro artificio, ac profectu incredibili unum constitueret?

Hæc dicta volumus, ut intelligant qui artem Medicam, Chirurgiam ei administram subaudio, exercent, multa sæpe fortuito experiunda esse contra quam ratio ipsa nobis dictare solet. Etsi enim magna consilii iudicii que vis est, apprime ad feliciter medendum conferens, & ad gloriam consequendam plurimum compendii afferens: tamen experientia quædam, fortunaque quædam caeca ac bruta aliquando pluris faciunda. Sæpe enim axiomaton nostrorum prætextus speciosus; ac mordicus facta observatio, in præcipitia quædam pericula ægros magno damno coniecit. Cujus rei fidem facit præsens illati vulneris historia. Si enim prævaluissent rationes nostræ magno artificio confictæ cuidam ausui temerario, laudando tamen, siderationis periculum, ac deinde interitus creavissemus. 1572.

CON-

## CONSILIUM L.

## De lactis asinini præstantia &amp; dotibus.

**C**IBUS in ægris loco & tempore non præscriptus variis incommodis corpus afficit. Quemadmodum enim dum valemus robur addit, viresque conservat: ita dum de sanitatis præsidio atque statione dejecti sumus, idem cibus vires labefacit atque frangit. Ita enim memoria prodidit divus Hippocrates. Quo fit ut natura quædam excogitaverit quæ in medicamentorum & alimentorum genere ambigerent. Hæc alimenta medicamentosa appellari solent. In horum genere est lac asininum, quod tabidis conferre dicitur. Sed hanc cautionem adhibere necessum est. Nam si magna subsit putredo, aut febris adsit, impune dari non potest. Aut enim acorem, aut nidorem contracturum est; hinc detrimentum corpori afferetur. Lubet tamen nonnulla hic attexere, ut temere lacte non interdatur, egrique iis commodis quæ inde apportari possunt, priverentur.

Aliud est loqui de lacte simpliciter, aliud de lacte asinino. Nam quum in Aphorif. cavet Hippocrates ne quid in utendo lacte peccetur, hoc vult ne febrientibus lac offeratur, nec tabidis valde multum febrientibus (quamquam Galenus in comm. dictionem (valde) supposititiam esse scribit) nec capite dolentibus, de lacte in genere loquitur. Sed quum in generibus lactis magna sit latitudo, indistincte non est accipienda Hippocratis sententia. Audiatur primum Galenus libro de alimentis 3. de lacte in genere loquutus: Lac omne, ait, utile est thoraci, capiti autem nisi quis illud habeat firmum, nocet: ut neque hypochondriis quæ levi de causa inflammantur. Nam plurimis in ventriculo in flatum vertitur. Si autem cum alio coquatur quod crassi succi est, deponit flatum, sed jecur obstruit. Lac autem optimum censeri debet & boni succi, & multi alimenti, quod contrariis & substantiis & facultatibus constat subducendi & sistendi, obstruendi ac tenuandi.

Nec illud omitti debet, omne lac facile alterari, immo, quod notandum, in sanis etiam dum coquitur, probos humores generaturum, & caput ferit, & hypochondria attollit (ait Galenus.) Quod si in sanis fit, multo magis in ægris alteratio continget. Alteratio autem in utrumque apparet, & in nidorem, & acorem. Tamen duo loci plane contrarii occurrunt apud Galenum 4. de simpl. medicam. fac. Priore ait: *Lac tametsi gustu dulce est, ex se tamen numquam amarum efficitur; nam in eo evincitur a frigiditate caliditas, ac proinde repositum acescit.* Paulo post tamen amarorem lacti contingere asseverat. Ne quis putet nomen τὸ πικρὸν Galenum velle usurpare tamquam cum τὸ ὄξυ confundatur, intelligit amarorem illum cum nidore conjungere, qui nidor a calido est. Verba Galeni hæc sunt: *Lac ubi cruditatem in ventre patitur, in frigidiori acescit, in calidiori amarum nidorosumque efficitur.* Itaque amarorem lacti contingere posse asserit. Nisi forte dicamus istam periodon ita explicari posse: Lac ex se numquam amarum efficitur, ait Galenus, hoc debet intelligi per comparisonem cum melle; illa enim mens est Galeni. Nam mel per se amarum efficitur, idest a suo calore per

M 4

diu-

Vide ea  
de re ex

lib. 2. A.  
cur. mul-  
ta scripta

diuturnitatem temporis. Quia enim in eo summa est dulcitus, huic quum nil addi possit, necesse est ut calore in aliam qualitatem desciscat. Lac autem ex se non ita amarum efficitur, quia non ita dulce ut mel est: immo ait Galenus eo loci: Si lac gustaretur ubi in ventre est, & per venas coctum, ipso melle dulcius inveniretur. Nam quod foris & ex se mel obtinet, id dum coquitur lac accipit. Immo, ait, quum admodum ingens calor est, tantam lac acquirat dulcedinem, quantam mel amittit. Quod si verum est, nec lac dulce est, alioqui calore mutaretur. Nec verum erit quod ait Galen. comm. in aphor. 64. lib. 5. Aphor. Lac omne facile alterari, aut in acorem verti quum paucio calori applicatur, aut in fimum nidoremque si plus calori addatur. Et hæc magni momenti sunt. Quia ex illo loco ex comm. in Aphorif. abduci possumus a præscriptione lactis, ubi intemperies aliqua est, ut apparet in iis quibus vulgo lac præscribimus. Ex alio vero loco facile adduci possumus ad lactis usum; quia, quum, ait Galenus, calor etiam ingens est, tantam acquirat lac dulcedinem, quantam mel amittit.

Itaque nec tam religiosos esse oportet in lacte præscribendo, nec in eodem interdicens difficiles. Nam est ubi revera facile alteretur, ut si insigne incendium: est ubi non item, ut si febris magna non fuerit. Si tamen Hippocrati assentiendum, magna cautio est adhibenda. Nam & sitientibus negat exhibendum, & quibus biliosa sunt dejectiones: quod utrumque impedimento esse non debere verisimile est: in textu latino legitur: *Malum autem & lac, & quibus in febribus acutis biliosa sunt dejectiones.* Hæc lectio aliena est a mente Hippocratis. Legendus locus per distinctionem, ut legendum censet Galenus, in eo sensu: Malum lac in acutis febribus, & quibus biliosa sunt dejectiones, ut omni illi corpori interdici debere lactis usu doceat, in quo calor præter modum insit. Quod si accuratius capiatur, non est dubium quin multis lac asina propinetur, quibus nec jure, nec loco, nec tempore concedatur. Quocirca quum Hippocrates quibus interdici lacte debeat, explicavit (multos autem adducit quibus a lacte temperandum consulit) adjungit, *si nihil que dicta sunt affuerit*, quod Galenus ab aphoristica disciplina alienum esse comminiscitur, & veluti per pleonasmum additum. Acute tamen postea hujusmodi superflue repetitionis rationem reddit Hippocrates (ait Galenus) bis terve eadem repetere non veretur, si magnum aliquod periculum imminet, quum quod dicitur, veretur ne negligentius audiatur. Ac si dicat Hippocrates, Magnæ sunt lactis opportunitates, nil est in rerum natura eque præstans ac lac ipsum, ita nil eque facile corrumpitur, si quibus propinari non debet, exhibeatur. Inter enim euchyma habetur, idest, inter ea quæ optimum sanguinem generant: sed si in sanis, ut ait Galenus, tam facile malam qualitatem acquirat, quid de egris judicandum?

Tamen ut non exacte omnia estimari debent, ne forte simus nimis religiosi, ut Hippocrates in sua præfata explicanda accuratus admodum est: ita in lacte. Quod utrumque quum inter esculenta primas teneat, ita non nisi apposite dari debent. Et subjiciuntur tamquam exempla rerum ceterarum. Si lac & cremor præfata, quæ præstantissima sunt edulia jure & loco non exhibita, tantis afficiunt incommodis, quid debet expectari ab iis quæ  
& com-

& commoditate & præstantia sunt inferiora? Non est itaque quod timidi simus in usu lactis Hippocratis territi doctrina. Sæpe enim præceptionum ac theorematon artis nostræ nimis religiosa observatio magnis nos afficit incommodis, quod multa audere & tentare sit religio, quæ alicui essent profutura. In quo sæpe circumforaneis, & humanæ vitæ periculatoribus victoriæ palma decidatur, nobis verò eripiatur.

Lac quodvis usurpare non confert, sed ad id deveniendum quod commendat Galenus, quod nimirum contrariis substantiis & facultatibus constat, subducendi scilicet ac sistendi, obstruendi ac tenuandi. Optimum autem lac asininum eas facultates habere dicendum. Et observavi, quod affirmare auisim, in fluoribus pessimis alvi asininum lac præscribi, repressa humorum malignitate, lactis bonitate, alvus magno commodo substitit. Aliis quibus alvus adstricta, leve profluvium usu lactis contigit, & profuit. Nec terreri initio debet si obsit, non proficit: nam perseverandum experientia docet. Fit enim ( ut quidam ex veteribus annotavit ) ut assiduitate tandem lac sua bonitate temperet, ac refrenet cacoethiam & pravitatem humorum in corpore turgentium. Itaque Galenus 3. de alimentis ait: *Lac asina raro in ventriculo cogitur: quod si sal & mel addatur, non fieri potest ut ipsum in ventriculo coaguletur.* 2 Si Galenus comm. in aphor. illum *Lac dare*, multis serum lactis sale & melle conditum exhibuit, quibus distenta essent hypochondria ( eos autem a lacte arcet Hippocrates ) cur lac asininum proxime ad serum accedens, & præterea facultate alendi præditum non præscribetur? Nam & sistendi parte caseosa, & butyrofa, serosaque laxandi vim habet. Sic nec lactis usus rejiciendus, nec iis temere assentiendum, qui quibusque in affectibus, & quovis tempore lac exhibendum putant.

#### ANNOTATIONES.

1. *Hoc ex loco scire oportet etiam in dysentericis fluxionibus pravis non esse alienum, contra Hippocratis præceptum, lac dare. Etsi enim concreverit, tamen diuturnitate vincetur, & domabitur corruptio humorum. Et id ex præscripto Hippocrat. fieri potest. Quamquam eos in quibus dejectiones sunt biliosæ, vetat lac dari. Et experientia compertum est quosdam quibus dysenterica & mesenterica erant dejectiones diu fatigantes non aliena arte cessavisse, quam diuturno lactis usu. Et Hippocrates lib. 2. de morbis mulierum, in fluore muliebri bilioso lac commendat; quia ( ait ) fluxus a lacte obtunditur. Quod idem de dejectionibus dici potest. Filio Erotolai 7. Epid. circa initium libri, lac per os dat in vehementi dysenteria.*

2. *Celsus cap. 22. lib. 3. in phthisi sicut in omnibus longis, difficilibusque febribus, lac dare commodum est.*

CON-

## CONSILIUM LI.

*In quo explicatio continetur Aphorismi illius libri 6. Aphorism.*  
 Qui gibbi ex asthmae fiunt, ante pubertatem  
 moriuntur.

**P**LERAEQUE apud Hippocratem præclare & exquisitè scripta sunt, quæ tamen in pravis ducuntur, aut quod depravata in multis codicibus non intelligantur, aut potius quod non sint eorum stomachi, qui perviis vulgaritque nescio quibus theorematibus contenti magnum se pretium operæ fecisse credunt, si aliquid in promptu habeant quod promere aut potius effutire possint. Ut autem ingenue fatear, quum in omnibus fere Hippocrat. libris magna sit verborum obscuritas, ad eam tamquam auctarii vice accedit multorum depravatio, quæ multorum studia & legendi, aucupandique desiderium restinguat. Quæ autem obscuritate sola implicita sese nobis offerunt, ut in animos multorum sensim veluti influunt, & sui desiderium injiciunt: ita quæ corrupta nauseam etiam appetentissimis hominibus pariunt. Nisi forte aliqui sint quos quum laboris non pigeat, multa aspera aufint pervadere, multas rerum difficultates devorare. Horum in primis laudandum studium, laudandi & conatus. Simile aliquid in plerisque quum aggressi sumus, in quibus operam non detrectavimus, tum in uno aphorismo Hippocratis eandem operam majorem, vehementiusque multo studium ponere institutum est. Ille tamen primo quasi obtutu parum adjumenti intellectus, aut voluptatis acutè evolutus afferre videatur, tamen si cui rem penitus paullo inspicere collubitum sit, nec legere pigeat, nec in hoc laborasse pœniteat. In evolvendis enim illis obscuris non minus sæpe cujusdam genii quam ingenii vis apparere solet. Sed ne extra cancellos excurrat oratio, ad rem institutam accedendum est, cujus explicationem lectoribus voluptatis simul ac utilitatis plurimum allaturam confidimus.

Aphorismus Hippocratis hic est: *Qui gibbi ex asthmae fiunt, aut tussi, ante pubertatem moriuntur.* Textus hic Leonicensi. Textus Græcus Basil. habet: *ὀξόσου ὕβρις ἐκ ἀσθματος ἢ βρυχῶς γίνεται ἐπὶ τῆς ἡβῆς, ἀπόλλυνται.* Verba græca latinis non quadrant, quum aliud sit dicere, moriuntur, simpliciter; aliud, moriuntur ante pubertatem. Hic enim in textu Leonicensi ordo immutatus, immutataque periodi videntur. Scrupulus autem qui hic nobis injicitur, quique commentandi occasionem porrexit, est iis; quum dicat Hippocrates: *Qui gibbi ex asthmae aut tussi fiunt*, an asthma contorsionis spinæ causa esse possit, item & tussis, & quomodo fiat. Quis enim unquam scripsit a tussi & asthmae gibberum contingere? cumque funestum, quum gibber illorum causa esse vulgo perspiciatur? Nec enim valere potest quod objiciat quis ob asthma & tussendi assiduitatem vitiari posse spinam, ut quibusdam rectis, tamen male gradientibus pedum figuram labefactari contingit, unde claudi vatiique fiunt: item decubitus forma spinam inflectere potest, ait Hippocrates lib. 3. de articulis, his verbis: quibusdam figuræ, *τὰ χύματα* vocantur, in quas qui cubare consuevit, ad hoc conducunt,

cunt, idest ad hoc vel illo modo inflectendam spinam. Qui locus adversum nos faceret, nisi Hippocrates in textu adjecisset, figuræ cum morbo, idest cum phymatis, & tuberculis. Sic nec figura, nec tussiendo conatus, nec δύσπνοια quicquam ex sese ad conversionem spinæ confert.

Sed sic ita, videamus si contextus Leonicensi Hippocrati quadret, an facti gibbi ex asthma ante pubertatem moriantur. Dum gibbos ex asthma dicimus, procatarticas gibbositatis causas cum Galeno excludimus. Secundo, num credibilius ex gibbositate & anhelosos & tussiculosos reddi, quam tussim & asthma gibbero occasione porrexisse. Rationi enim fayet magis ut gibbositas tussim asthmaque invehat, quam contra. Tertio, An tubercula & pani qui gibberum efficiunt, asthma & tussim prius inferant, quam gibbum. Quam sententiam secutum fuisse Galenum ostendemus: & in hoc difficultatis cardo vertitur. Sic enim postquam tubercula tussim & asthma generarint primum, tempore gibberum inferunt, & ita auctiore respirandi difficultate perimunt. Nec enim dixit Hippocrates, Qui gibbi ex tuberculis fiunt, quod dici debuit: sed qui gibbi ex asthma, idest, quibus gibbositas auctarii vice contigit ob panos, quum asthma ab iisdem panis in spina obortis præcessisset. Quamquam idem sensus, ac si dixisset: Qui gibbi ex tuberculis, &c. nam & spirandi difficultas tuberculorum comes: & si asthma est, suspicio esse debet tubercula adesse. 2 In libro de Articulis, non dixit, δόσοισι ἀπόνδυλοι ὑπὸ νοσημάτων ἔλκονται, idest, ὑπὸ ἀδματος: sed ὑπὸ ἄρ νοσημάτων, idest, ἄρ φυμάτων, ut idem Hippocrates pluribus ostendit. Quarto queri potest, an non cyphosis a casu lapsuque mortem intentet, ut & quæ a tuberculis committitur. Hippocrates autem lib. de articulis 3. duo distincta capita de cyphosi a phymatis, & causis externis nata conscripsit. Verborum autem series eo semper pertinere videtur, ut aphorismus hic de ea tantum cyphosi intelligatur quam internæ causæ induxerunt. Ideoque Hippocrates non absolute scripsit, Qui gibbi ante pubertatem fiunt, moriuntur: quamquam in libro de Articulis ita sine adjectione scripsit: *Quibus, dum adhuc pueri sunt, priusquam corpus adoleverit spina in gibberum incurvatur, ea parte spina non nutritur & augetur.* Sed Galenus alio loco scripsit, illam sententiam, sicut & alias quæ illi annexæ sunt, de contorsione a causa interna intelligi.

Comm. in aphor. 46.

Sen. 6. lib. 3. de artic.

Comm. in pan. 19. lib. 4. de artic.

Atque ut res apertius explicentur; textus Basiliensis duobus in locis depravatus est: uno, quia particula illa ἀρ τῆς ἕβης non est referenda ad postremam partem contextus, ad verbum, nimirum ἀπόλλωται, sed ad priorem, ut legatur, δόσοι ὕβοι γίνονται πρὸς τῆς ἕβης. Altero, quod omissa vox illa ταχέως, quæ ad verbum ἀπόλλωται adjungi debet. Ita Fuchsius in scholiis in illum locum annotavit, non suo ipsius iudicio, sed Galeni ductus auctoritate in commentario in aphorismum prædictum. Hujus rei fidem facit contextus Galeni, καὶ τῆς ἀρ τῆς ἕβης κυβωδένται, ἐπὶ ἀδματι κ' βηχί διαφθίρειται φησι ταχέως. Nam quum hic aphorismus ad prognosin pertineat, nil Hippocratis ingenio dignum, nisi dicat gibbos ex asthma ante pubertatem factos, aut cito, aut tarde mori, & vi asthmatis, & inflexionis. Qui enim casu incurvantur, ob læsionem non integre crescente spina, iis mors cele-



celerior est, quam aliter affectis, sed ob incertitudinem de iis nil quicquam prædixit Hippocrates, quum fieri possit ut arte restituantur quoad ejus fieri potest: nec enim legitime reponi potest luxata vertebra a casu, lapsu-  
 que, ait Hippocrates, quod vertebrae inter se aptae sint γυγλυμοειδώς, idest, *Parti. 19.*  
*lib. 3. de* cardinatim, ut ait Galenus in commentar. Itaque omissa male est in tex-  
*artic.* tu Hippocratis vox ταχέως, qua circumscribitur tempus quodammodo quo gibba facta spina a tuberculis cum dyspnoea junctis; extremus fati dies non ita post sequitur. Necessario enim adjungi debuit, alioqui indefinita absolutaque Hippocratis enuntiatio nil habet miri, nil habet digni.

Nisi quis forte dicat Hippocratis laconismum non ferre ut oratio aphoristica suis compleatur circumstantiis; ut sic dicere liceat. Et tamen Galenus in enarrando paullo copiosior adjecerit, id illi ex more est, ut imminuta deficientiaque perficiat, multaque saepe clarioris doctrinae causa subjungat.

Præterea ille textus Galeni, γυνὴ δὲ αὐτὴ ἀπὸ τῆς ἡβῆς κυβωθίνται, declarat aperte vocem hanc, ante puberes annos, referri debere ad verbum κυβωθῶμαι, aut nomen κυβοί, non autem ad verbum ἀπόλλυται: quod annotatione dignum est, & ad hujus rei de qua primo loco quaesitum est, explicationem primum necessarium. Dicendum itaque: *Qui gibbi ex asthma-  
 mate, aut tussi ante puberes annos fiunt.* Quam lectionem præterquam quod confirmat & ratio, & contextus Galen. in comm. depravate latinus factus  
*Part. c. 6,* a Leonicensio, ut qui in primis sordibus latere velit, plurimum roboris ac  
*lib. 3:* nervorum afferet alius Hippocrat. contextus libro de art. οἱ σὶ κυβωθῶνται βραχίς  
 πρῶτον ἐξ ἄσθματος, ἔπειτα ἢ τὸ σῶμα τελευθῶνται ἐς ἀνέκνησιν. *Quibus, ait, adhuc  
 pueris, aut priusquam corpus adoleverit, spina in gibbum contrahitur, iis  
 corpus ad spinam auferi non solet, &c.*

Item in textu commentarii Galeni paullo ante adducti, alia periodus est apprime faciens ad interpretationem particularum, ex asthma, aut tussi; illud enim quaesitum prius, secundo & tertio locis, an legendum esset, *gibbi ex asthma*: nam si ita fieret lectio, Asthma causa gibberi efficiens videretur, quod rationi non consonat. At probabilius est a tuberculis primum nasci dyspnoeam & tussim, illæso per se pulmone, deinde gibbam fieri spinam vi panorum seu phymaton. Et illud est quod Hippocrates vocat, ἐξ ἄσθματος κυβωθίνται. Textus illa est periodus, γυνὴ ἀπὸ τῆς ἡβῆς κυβωθίνται: ἐπὶ ἄσθματι & βραχί διαφθέρειται φησι ταχέως. Jam vides formam loquendi immutari: nec enim dixit κυβωθίνται ἐξ ἄσθματος, sed ἐπὶ ἄσθματι. At dicere idem esse, ἐξ ἄσθματος, & ἐπὶ ἄσθματι, græcam linguam ignorare est: κυβωθῶμαι enim ἐπὶ ἄσθματι & βραχί, est incurvari in asthma & tussi, idest, Quum jam adest tussis, aut anhelosum quid ob phyma spinæ adnatum succedit gibbositas, non vi tussis (quamquam potest paulum juvare) sed vi phymaton tussim & difficultatem respirationis præmittentium. Quam sententiam secutum esse Galenum postea demonstrabimus.

Quamquam illud ἐπὶ ἄσθματι, si referatur ad verbum διαφθέρειται non autem ad κυβωθῶμαι, alium habebit plane diversum sensum, sed Hippo-  
 crati

crati non contrarium : ἐπι' ἀδματι δὲ φθέρειται , idest, gibbi ante pubertatem facti, intereunt in asthma & tussi, vel ab asthma & tussi . Melius autem, in asthma & tussi, idest, facti gibbi a tuberculis tussiculosi aut anhelosi moriuntur. Sic utraque interpretatio fieri potest. At propterea quidam ex veterum codicum collatione ita textum Hippocratis restitui debere scribit, *ὀκείσοι ὑβροὶ ἀπὸ τῆς ἥβης γίνονται, ἐξ ἀδματος ἢ βηχὸς ταχέως ἀπὸ λωπται.* Quod clarius in sequentibus fiet.

Quoniam autem inter demonstrandum diximus verisimile esse a tuberculis gibbositatem fieri, præeunte tamen aliqua difficultate spirandi, aut tussi : proptereaque non tam vi aut tussis, aut asthmatis, quam gibbositatis mortem accelerari, horum quæ dicta sunt ac postulata, demonstratio est requirenda : nimirum quomodo a tuberculis gibbositas fiat : & an illæso pulmone difficultas spirandi adsit. Et cur per distinctionem dictum sit, asthma, aut tussis. At multa alia quaerentur, quorum explicationem plurimum conferre posse confidimus.

Spina quatuor modis afficitur, aut una pars tantum spinæ, aut plures continuæ afficiuntur ; hinc *κύφωσις*. Si plures non continuæ afficiuntur, *λόρδωσις* ; si in latus, *σκολιωσις* : quum vertebrarum omnium tota compages concussa, *σῆσις* nuncupatur . Omnes autem differentia hæ aut a causis internis, aut externis concussu, ictu, lapsuque pendent . In internis causis numeratur tuberculum varias apud Hippocratem & Galenum appellationes sortitum. Galeno vocatur *ὄγκος*, tumor. Hippocrat. *φῦμα ἀπεπτον ἔ σκληρόν*. Eisdem Galeno absolute *φῦμα* . Et in enarratione in lib. *περὶ ἀρθρῶν φύματα μγάλα, χρόνια, ἀπεπτα, σκληρά* . Interpres autem Felicianus male *τὸ φῦμα*, panum vertere videtur : quum apud Latinum Interpretem Celsum panus id sit quod Græcis *φύγεδλον* vocatur. Est autem tumor quidam latus, sed non altus, in quo quiddam pustulæ simile est : dolor & distensio vehemens, & major quam esse debeat pro magnitudine tumoris . Et ita phlegmone quædam est *έρυσσιπελατωδης* . Fernelius vocat phlegmonem in adenum locis emergentem, maxime in cervice & inguinibus ; fit autem post febres, aut alicujus partis dolores . Hippocrates generali nomine *ἀποστάσις* vocat, ἔ ἀποσκήματα . Si itaque dolorificum sit tuberculum, & sanguineum, *φύγεδλον*, Panus, sive panis dici possit ; sin doloris expers, *ὄγκος ἢ φῦμα*, Quamquam si panus tumor non altus, sed superficialius, & parum eminent dicitur, non videtur posse difficultatem illam spirandi asferre, quæ a generatione tuberculorum in spina nasci solet . Tamen si diligentius res inspiciatur, quoniam a tuberculo statim cyphosin nasci non oportet, illud *φῦμα τῆς κυφώσεως* occasio & parens, panus dici vertique potest : præsertim vero panus dici, quia cito generatur, & tarde in suppuratum abit ; quæ conditiones pano quadrant, & ex consequenti ei tuberculo quod temporis progressu gibbum asferre solet . Nec enim cito a generato tubere invertitur rhachis . Porro ut res paullo apertius pateat, *φῦμα ἀπὸ τῆς φύγεδλου* differt, quod *φῦμα* cito suppuret & prognascatur paullo tardius, minusque doloris asferat ; phygethlon autem ægrius suppuratur, facilius nascitur, & dolorificum est : propterea ad obliquandam invertendamve compagem verticillorum accommodatum magis est.

Ita-

Comm. in  
aphor. 46.  
lib. 6. &  
comm. in  
perit. 2.  
lib. 3. de  
Artic.

4. loc. aff.  
lib. 3. de  
art.  
2. Com. in  
Aphor. 46  
lib. 6.

Apho. 30.  
& 31. lib. 4

Itaque ut dictum est, vertebrae luxantur casu, lapsu, phymate nervosa corpora vertebrae & spinali medullae insita extendente. Et mirum, quum *4. de loc. affect.* Galenus has differentias explicans, tamquam *πάρεργον* adjecerit, horum duo sunt genera; aliud est partium quae secundum naturam se habent, aliud tumorum quorundam praeter naturam. Qui locus est subobscurus, ac parum intelligibilis, nisi hujus ea sit explicatio. Omnino duobus modis spina vitatur, aut quum ipsa secundum naturam est, & a causa externa inflectitur. Sic nil apparet vitii in spina: aut quum non ita affecta est, sed diligentius inspicienti tuberculi generatio in spina apparebit: alioqui illius loci sensum non calleo.

Porro tuberculum aut superiores verticillos, aut medios, aut inferiores *2. affect. Epid.* occupat. Si illos, anginosos facit, Galeno interprete. Scribit enim in constitutione pestilenti, quam Hippocrates descripsit eos *κυναγνικὸς* vocasse, quibus ad cervicis spondylos tuberculum aliquod adnatum fuerat, quod tuberculum quum ad suppuratum tenderet, tussiculosos reddebat, quum sua mole ac circumscriptione crudus maneret, spirandi difficultate eos exercebat. Non difficultas autem illa spirandi quicquam pulmonem laborare significabat. Cur autem, dicat quis, non gibbos efficit? mors longe avertit, & gibbositas non illa parte contingit nisi una cum morte repentina. Quo enim tuberculum primis verticulis est propinquius, eo funestius. Accedit quod posito pari vitio in superioribus vertebrae & inferioribus, in superioribus (excipio praesentiam periculi) magis elucescit prohibitione incrementi, quam infero loco locatis; valet enim illud theorema Galeni, *Comm. in par. 12. 1. de artic.* *Quanto spina superius juxta originem suam leditur, tanto minus augetur, eo quod a superiori parte & exortum & incrementum accipit.* Ex textu autem de anginosis elicere oportet quod ad Aphorismi nostri explicationem attinet: nimirum tuberculum superioribus cervicis vertebrae adnatum modo tussiculosos, modo anhelosos magis reddere, prout hoc aut illo modo affectum est phyma.

Si tuberculum medias costas occupat, aliquam ex tribus differentiis contorsionis spinae producit, quae omnes ad nervosum genus, non autem ad spinae ossa proprie pertinent. Nam quum nervus vertebrae muniens afficitur a morbo, postea trahitur vertebra, ac contorquetur. Sic Galenus reprehendit veteres qui diligentius verba Hippocratis observantes, putarent a tuberculis contorqueri costas, quod adeo phymata indurescerent, ut ad nutum suum traherent ossa ac contorquerent. At nequit fieri ut tantum duritiei phymata acquirant, ut costas gravent. Sic ossa per se non subvertuntur, tamen proprietates verborum Hippocratis illud indicare videatur quum *σπινδύλος ἐς τὸ κύρον ἔλκεται ὑπὸ νεσημάτων* dicat. Sed affectio haec est corporum spondylos colligantium.

Patet itaque tubercula non obsidere pulmonem ut inde asthma fiat: sed phymata ipsa primo, per se, situ, circumscriptione, mole, laedunt genus nervosum spinae, propterea gibbum fit: non autem ab asthma, aut tussu fit; ut verba Hippocratis in aphorismo notasse videntur. Et idem contingit a tuberculo, quod a casu, lapsuque: ut dicat quis aphorismum & de *causis.*

causis internis & externis intelligi posse. Nam quibus a casu læsa spina, quoniam numquam eo modo se habet, quo prius; ut notat Hippocrates, videtur ob vitium non posse bene nutriri, ac augeri. Sed longe alia ratio est. Nam quibus a casu vitata spina, ea sui vitii signum edit, & manu, artificioque, si non omnino, at ratione aliqua vitio occurri potest. At non idem iudicium de vitata spina a tuberculo, nam quum intortæ spina est, jam in summo vigore malum est, & latenter, sensimque obliquatur. Præterea quum a casu invertitur, non est tussis, & tanta difficultas ducendi emittendique spiritus nisi quæ parte maxime dimovetur pulmo. ) At quum tuberculum est præsertim eminens, ut ὄγκος potius dicatur, quam φούεθλος ( ut ante diximus tussis est, quum humidius est phyma, & difficultas spirandi quum durius; ut ante demonstratum ex historia 2 Epidemior. quum Hippocrates meminit eorum qui angina laborarent. Et quum tussis est, & dyspnoea: deinde vi tumoris cyphosis succedit, non est dubium quin vitæ nostræ filum statim præcidatur: quod non contingit in iis speciebus contorsionis spinæ, quas causa externa invehit. Aut si in aliis contingit a casu, lapsuque, nec tam subito, nec ita manifeste ut quum a tuberculis. Demonstrationem autem affert Galenus loquens de iis qui dicuntur ἀυτομάτως κυβωθέντες. Thorax non vult, ait, ob vitium cum aliis, idest cum corde & pulmone augeri, propterea angustia sequitur partium respirationi dicatarum.

Apho. 19.  
lib. 3. de

Comm. in  
aphor. 16.  
lib. 6.

Itaque mota adductaque in dubium fuit dubitatio, an tubercula illa primum reddant gibbosos, & quum ante pubertatem hoc contingit, moriuntur ab asthmate & tussi, vel potius in Asthmate & tussi, quod superius docuimus ex Galeno ἐπὶ ἀσθματι interpretantes: an potius, tubercula in pueris difficultatem pariunt & tussim: mox cyphosis sequitur: inde mors, at propinquius rationi posterius est.

Porro illa tubercula, ut dictum est, occupant mediam costam, aut cervicis spondylos, aut lumborum. Item vel senioribus, idest adultis, quod Hippocrates vocat ἠυξημένους, vel pueris contingunt. Item alia cruda sunt & dura, alia non item: sed ex se aliquid tenue exspirant. Præterea vel sunt ἐκπυωντικά, suppurantia, vel non. Atque ut hæc vel illa sunt, ita variis modis afficiunt, aliis signis sese exhibent, atque aliis diversas crises habent, diversam prognosin constituunt, ut sigillatim omnia dici pertractarique necessum est.

Partic.  
14. lib. 31.  
de artic.

Si dura ac magna, difficilem quamprimum afferunt respirationem nullo in pulmone vitio existente; nam tubercula hæc Hippocrat. vocat φυμαίτια καὶ τὸ πνεύμονα, non autem ἐν τῷ πνεύμονι, quomodo proprie asthmatici fiunt: sed quod eos tuberculo in spina præditos, asthmaticos nuncupet, τὸ ἀσθμαίνεω generaliter usurpat, Galeno. Si illa tubercula non ita dura, sed cito suppurabilia, tussiculosos reddunt per resudationem, ut ante de anginosi explicatum est: sic & tussis & asthma, & cyphosis tuberculorum sunt soboles; & τὸ ἐπιγεγόμενον. Si dyspnoeam afferunt, & dura manent, longius vitam protrahunt: si suppurent, moriuntur, ait Galenus in comment. Quod tamen dubio non caret. Nam majus periculum creare

Partic. 9.  
lib. de art.

Comm. in  
Apho. 46.  
lib. 6.

creare videtur difficultas spirandi a duro tuberculo, cui succedit gibbosum; quam quum promoveretur suppuratum; nam suppurato tollitur saltem difficultas respirationis, duritie autem tuberculi accedente ad cyphosin, augetur: eaque propter quæ suppurant, & tussim faciunt, & quæ intulerunt gibbum, minus in periculum præcipitare putanda sunt. Nam & tussis occasio tollitur, & cyphoseos forte, & angustia thoracis. Nisi quis dicat pus illud & proxime tabem inferre, & pulmones plane labefactare: unde non evadunt: nam diuturnitate putredo acquiritur, quæ non potest non esse molesta pulmonibus. Quo fit ut accurate & acute scripserit Hippocrates: *Quibus contingit gibbum adultis jam corpore, his manifeste & liquido gibbositas morbi presentis crism, iæst solutionem affert.* Ac si dicat: Si cyphosis a tuberculo nascatur, & ii quibus contingit jam grandiores sint, non perniciofa est cyphosis, sed presentis morbi solutionem affert, idest, indicat suppuratum factum: & ab eo superstitem esse ægrum; quo fit ut non amplius periclitetur, quamquam brevioram vitam sit habiturus. Hunc locum apertioram reddemus paulo post.

Si ergo tubercula dura, protrahunt vitam; si suppurent, abbreviant: propterea particula *ταχέως* forte non adjici debet; siquidem mortis celeritas non de omnibus intelligi debet, sed per comparisonem de iis quibus suppuratum contingit.

Galenus itaque in Comment. videtur ipsa tubercula etiam per se, nondum contorta spina, pessima asserere: Nam, inquit, si nondum gibbositate superveniente ob solos tumores difficilis respiratio est, quid eveniet quum tumores tempore erunt auctiores? Et quid quum thorax angustior? Ac si dicat: Tubercula per se ac primo dyspnoeam afferunt, licet nulla contorsio: si dura ac magna, graviolem: si humida, suppuratum & tussim, & ideo male de ægris merentur. Secundo gibbositatem afferunt, quæ quum contingit, pejus cum ægris agitur: & id proprie est ex asthma & tussi gibbum fieri.

Maxime autem (ut de alia ratione cyphoseos dicam) id perniciosum quum pueris accidit hoc, & iis qui crescunt. Nam non ita multo post fato defunguntur ratione gibbositatis, quæ non tam per se, quam ratione tuberculorum a quibus nata perniciem affert. Nam hæc & tussim, & expectoratum & dyspnoeam accersunt primo quoque tempore: quæ si tanta mala afferunt, & vim promovendæ cyphoseos habent, quum illam accersiverunt, quæ spes salutis? nam strangulatur animal prohibito thorace incrementis, auctis pulmonibus & corde. Sic Galenus, quæ tubercula cum difficili anhelitu fiunt, *Comm. in aphor. 46.* iis qui adhuc augentur sunt letalia. Notandum illud iis qui adhuc augentur.

Unum restat, quandoquidem diximus aphorismum intelligi de gibbositate contingente pueris, aut ante puberes annos contingente, ut explicemus, si gibber etiam a tuberculis potest pubertatem contingat, an non idem contingat quod prioribus: quum tuberculum natum necessario aut tussis, aut difficultas respirandi in prociectu est; an non idem & pueris & grandioribus contingit? immo grandioribus magis quod pectoris ossa ob duritiem non

non tam facile obsequantur ? Sed quum gibbositas ob difficultatem spirandi brevi interficiat ante pubertatem, cur non idem grandioribus periculum imminet ? Non est necesse ; siquidem quum jam legitimum incrementum partes cepere, si accedat gibbum, proptereaque spina non augetur, nil interest ; celerioris enim interitus occasionem inde collegimus, quod in pueris cor & pulmo augetur, affecta autem spina cremento prohibeatur. Quod idem quum non usuveniat adultis, non est mirum si in iis longius vita protrahatur. Quo pertinent duo aphorismi Hippocratis cognitu digni, ac intellectu difficillimi : *Quibus jam corpore provecioribus gibber contigerit, aperte gibber ipse morbi qui adest, crisin affert : per tempus tamen ali-* Part. 14.  
lib. 3. de  
art. *quod eadem qua & in aliis magis vel minus significat : minus tamen maligne ut plurimum talia se habent.* Galenus imminutus est admodum in Commentario : nec enim explicat quid sit quod Hippocrates dicat *κρίσις τῆς νόσου παρεούσης κείων ποίει :* *gibber morbi presentis crisin facit.* Morbi nomine quid intelligat, non dicit, *κρίσις* nomine *λύσις* intelligit quidem, sed qua ratione id fiat, non explicat.

Tamen quid de ea re sentio, ipse explicabo. Morbi presentis nomine tuberculum subaudit, quod quidem quum invadit eos quibus ætas provecior, & corpus robustius, ratione ætatis, nulla crementi est necessitas, ac proinde non ita opprimitur pulmo : quia corpus robustius, & ossa, tametsi incurvantur a tubere, tamen quia mors non prævenit, & pro omni accidente, nisi forte aliqua difficultas spirandi accesserit, cyphosis contingit, gibbositas morbi presentis crisin, idest, solutionem facit, idest, indicat victum a natura tuberculum, & forte remanere in aliqua mole & circumscriptione, unde gibbositas conservatur. Nam si solutio esset morbi, aut per suppuratum, aut alia ratione, cur non tollitur gibbositas ? ut prius diximus varices tollere gibberum excreta per venas varicosas materia ? At per suppuratum non potest solvi sine interitu, ut abunde supra ostendimus. Itaque nomen *κρίσις* sive *λύσις* alio in sensu accipi debet. Nisi forte dicat quis ( & hoc subtilius est ) cyphosis morbi, idest tuberculi, solutionem affert, hoc est, tuberculum nullum aliud accidens induxit præter cyphosin, sic ut cyphosis tuberculo critice successisse dicatur, & ejus sit velut crisis. Quomodo dicemus si cui post febrem dolor in brachio succedat, & febris aut remittatur, aut cesset, dolor ille dicetur afferre crisin febris : sed hoc totum *καταχρηστικόν* est. Remanet tuberculum, sed major ejus pars cessit in occasionem contorsionis spinæ, diffusa materia, aut aliter. Unde subjicit Hippocrates : Eadem quæ in aliis vel magis vel minus : idest, difficultates sunt spirandi, & angustia aliqua magis vel minus, prout quis in vitæ ratione aut accuratus fuerit, aut deliquerit ; unde plerique quum gibberum in summam senectutem tulerunt, præsertim quibus corpus quadratum magis, quod minus dolent a gibbero, & quum frigidiores sint, præsertim pingues, minus egent respiratione.

Item alia sunt quum occupantur partes crises aut hæ aut illæ spinæ. Diximus autem supra in spondylis cervicis nato tuberculo *κυναγκισίου* homines reddi, nomine *τῆς κυναγκίης* generalius sumto, ut vult Galenus, in medio

Ballonii Oper. Tom. II.

N

dor.

4. de loc. dorso cyphosin, quæ si ad partes inferas pertineat, aliis signis sese exhibet, affect. quam illa quæ in media spina sedet. Nam sic Hippocrates : Quæ vitia circa spinam sunt, idest tubercula, cum alias solvi minime possint, cum illa ma-

Part. 3. xime quæ supra septi connexionem, Galenus in Commentario vocat κατὰ ἔπαρ. 4. κατὰ τὸ δώρακα φύματα. Nam quum suppurant, mortem afferunt, ut ante diximus, quum dubitarem num melius esset phymata suppurari quam

lib. 3. de art. dura manere. Ideo autem afferunt mortem, quod nulla vena sit in thorace, Hippocr. quæ pravos humores a tuberculis ruptis excipere possit. Et quum vena utrim- lacinus que in thoracem dispergantur, si ex phymatis humor aliquis in eas transfer- male ver- tur, exinaniri non potest, & ut excipiatur ab illis difficile est. Accedit sus est. quod illa phymata gignunt humores crassi, frigidique sunt. Hæc Ga- Comm. in par. 4. lib. lenus.

3. de art. Sed quum tubercula in partibus inferioribus nascuntur, ea sæpe successu varicum in cruribus solvuntur; nam per lumbares venas humor a facultate in cruales rejicitur: hinc phymaton solutio. Aliquando tenasmus & dysenteria hujusmodi phymata solvit, translato ad intestina pure. Atque eorum symptomaton quæ gibberum costas inferiores occupantem consequuntur, alia gibberi ipsius solutionem afferunt, alia non afferunt, sed juvant tantum. 3 Ex eorum numero quæ solutionem afferunt, sunt varices & dys-

In filio Presidis Bailly hoc observatum. enteria, de qua paullo ante dictum. Ex horum autem censu quæ non solvere dicuntur, sunt quidam dolores renum & vesicæ: item abscessus circum ilia, qui suppurant quidem, & sunt sanatu difficiles & longi: hi enim morbi per sympathiam tantum sunt; quia quæ sunt vicina, & quæ propinqua, ea primum & maxime affici solent, ait Galenus in Commentar. ex sententia Hippocratis. Et quia per sympathiam tantum sunt, ideo

Comm. in par. 10. lib. 3. de art. ταῦτα κατὰ συμπάθειαν γίγνεται νοσήματα, τούτων οὐδὲν λυτικόν ἐστὶ ἢ εἰς ἀρχῆς παθῶν. Quicumque per consensum communicationemque sunt morbi, eorum nullus eos morbos solvit qui præcesserunt. Præterea quibus gibber superior, iis gracilescunt brachia, quibus inferior coxæ graciliores fiunt,

Lib. de humorib. Part. 6. pubes barbaque tardior ac imperfectior. Item & infecundiores iis quibus gibber superior; nam his sua sunt signa propria, suspiria, angustia thoracis, difficilior respiratio. Quæ duo principio quidem esse possunt antequam gibbositas sit. Nam tuberculum prius afferre potest angustiam,

Part. 9. lib. 3. de art. ruffim, anhelosum quid, quam gibberum efficiat. Ideo scribebat Hippocrates loquens de supero gibbero: Πάνις ὁ φύματος κριδὸς ὀβνοξίῳ ἢ πλείονα περὶ τὸν πνεύμονα γίββου μετέωρα εἰσὶν; ἢ ὀβνοξίῳ ὁ φύματος κριδὸς ὀβνοξίῳ ἢ πλείονα περὶ τὸν πνεύμονα γίββου μετέωρα εἰσὶν. Pars prior contextus bifariam intelligi potest: Gibbi parte superâ obnoxii sunt phymatis crudis, idest, quibus gibbositas est, ii obnoxii sunt phymatis, idest, ob gibbositatem tandem tubercula in pulmone nequeunte bene nutriri ob affectionem spinæ, crescunt. Hanc suspicionem auget, quod dicat, obnoxii phymatis circa pulmonem: & sic gibbositas per eum contextum causam esse phymaton, & difficultatis spirandi. Sed non ea est mens Hippocratis: nam dictio (obnoxii) quæ vim

Vim magnam habet, supponitur ab Interprete: & nisi supponeretur, prior ista interpretatio cohæreret. Verba Hippocratis sunt obscura, nam loquens de iis quibus super septum affecta spina, & qui propterea ἐξέχθη βρογχοί, idest, quibus guttur protuberat, facti sunt, ita scripsit, ἐν τῷ πνεύματι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ πλεονάζουσι: idest, ita gibbis super septum affecta spina factis, maximam partem tubercula sunt circum pulmonem: idest, in spina: nam καὶ πνεύματα non idem est ac si dicat, ἐν τῷ πνεύματι, ut licet colligere. Hunc autem syllogismum ita Galenus conscribit: Quibus gibber contigit ut plurimum a phymatis est, ut excludantur causa procatarctica, casus, lapsus. Quod autem diximus gibberum illum declarare generationem sui a tuberculis, non autem inducere tuberculum in pulmonem, ut aliquis male colligat, satis sequens periodus demonstrat: nam gibberi occasio a talibus contorsionibus existit, idest, contorsiones spinæ ob affectos tonos a phymatis gibberum inducere.

Part. 3.  
lib. 3. de  
artic.

Atque ut tandem dicendi commentandique finis fiat quod instituti nostri est tandem extremum persequamur. Quaecumque autem dicturi sumus, ea ex superioribus desumentur sparsa disseminataque, ut per ἀνακρίσεις quaedam res plane intelligatur. Tolerari ergo potest lectio illa: Qui gibbi ex asthma, aut tussi sunt ante pubertatem, illi moriuntur. Docuimus enim particulam illam ταχέως non necesse esse adijci: quoniam non cito moriuntur, nisi quibus a tuberculo supparatum contigit. Et quod Galenus in Commentario adscripserit particulam, cito, dum verba Hippocratis recenseret, illud potest dici clarioris doctrinae causa adjectum esse. In plerisque enim est obscurus & mutilus Hippocrates: sed ejus scripta aut collatis locis sunt venanda, aut exacto gravique judicio æstimanda. Item si dicatur absolute, illi moriuntur, nec adijciatur, quando, an tardè, an cito, nihil Hippocrate dignum videtur. Itaque Leonicens, cujus interpretationem censuimus, si hic adesset, forte sese probabili ratione defenderet, cur dixerit, *Ante pubertatem moriuntur*: & significantius adjectum esse, *ante pubertatem moriuntur*, quam si dixisset, *Qui gibbi ante pubertatem sunt*. Nam quum contorsionis spinæ incommoda & pericula facilius in primas ætatis partes quam in secundas terrasque incidant, immo periculose iis qui crescunt spina vitietur, prognosin instituire veluti de morte ante annos pubertatis. Si enim moriuntur ante pubertatem, satis hoc indicat, necessario & tussim, & asthma, & gibberum in pueritiæ annos incidere debuisse. Quum ergo dicitur, *ante pubertatem moriuntur*, prædicatur mors necessario, & supponitur necessario vitiatam fuisse in pueritia spinam. Si enim excedantur pubertatis anni & ab asthma, cyphon succedat, id periculi non imminet: Tamen innumeris locis Galeni & rationibus docuimus illud ἐπὶ τῆς ἡβῆς prioris aphorismi partem attexi debere.

De altera autem parte qua quærebatur si ferretur lectio aphorismi, *Qui gibbi ex asthma*, an gibbositatis causa esset asthma: hoc bifariam, trifariamque potest explicari: quum dicimus gibbos ex asthma, aut



aut tussi mori, sumitur effectus pro causa; nam tuberculum inducit tussim si humidius, asthma si durius, & postea cyphosin: sic ex asthma aut tussi, periphrastricos est, ex tuberculo. Sed quoniam occasio prioris affectionis & manifestioris, nempe asthmatis & tussis, est tuberculum, ideo affectionum loco causae mentio injecta est. Ac si dicat Hippocrates: Qui gibbi ex asthma, idest, a tuberculo causa asthmatis. Alio modo illud ἔξ significat ἐπί, & ἐπί αἵμα significat: illis enim modis explicat Galenus. Gibbi ἔξ αἵματος, idest, post asthma; nam tuber asthma efficit, quod facilius & promptius pulmo perferit tuber quam spina. Primo enim quoque tempore difficultas spirandi affertur, deinde successu illius κύφωσις. Et illud ἔξ pro τὸ ἐπί sumisise Galenum in Commentariis docet, dicens, τὸς ἀπὸ τῆς ἥβης κηβωθέντας ἐπὶ αἵματι, &c. Et alio loco ait, φύματα γίνονται αἵμα τῆ βηχί, & μὲν δυσπνοίας: ac si dicat, primum tuberculi effectum esse tussim & asthma, secundum cyphosin. Particulam autem ἔξ significare, post, apud Hippocratem quidam ingeniose admodum colligunt in illo aphorismo, πνεύμων ἔξ ἐλλεβορέ, διαίσιμον, nam melius Hippocrates dicit ἔξ, quam ὑπὸ ἐλλεβορέ, nam qui dicit ὑπὸ, declarat convulsionem esse dum agit elleborus adhuc, ac hæc convulsio non est calamitosa: plerique enim etiam ab aliis cathartics convelluntur medio actionis medicamenti tempore. Sed qui dicit convulsionem ἔξ ἐλλεβορέ κακόν, illud, ex, declarat absentem jam elleborum, & muneris functionem. Itaque idem est ac si dicat, Post elleborum. Sed hoc subtilius. Atque ita fit ut protuberantia \* spina a tuberculo post difficultatem spirandi, aut tussim succedens, malo veluti malo cumulado tantam thoracis angustiam efficiat, ut brevi mors obrepat.

## A N N O T A T I O N E S.

1. Nam tametsi ob asthma aut diurnam tussim aliqua ratione inflecti possit spina, ut inflexio illa longo tempore fit, ita non nisi post longissimum temporis flexum periculum mortis potest afferre.

2. Quod partic. 8. lib. 3. de articulis docet Hippocrates loquens de superiore spina parte inflexa, occasio (ait) gibbositatis a causa contorsionis, idest, ait Galenus, a tuberculis.

3. Huc pertinet locus praeclarus de pleuritido ex dorso, in qua fit excretio urina saniosa & cruenta. Quod facile pertinere potest ad hunc locum.

CON-

## CONSILIUM LII.

## De renum calculo.

**P**RI-MARIUM quemdam virum vidimus nephritico dolore miro modo cruciatum. Dolor erat acutus natura pote calculum e renis capacitate deturbare conanti. Ren tantum sinister obturatus erat, ut aperte secto corpore innotuit. Quod plerisque nil tale expertis admirationem movit: nam suppressa omnino urina. Unde colligebant Medici aut utrumque renem a calculo obstructum prædeditumque, aut in vesica ipsa vitium latere, aut utramque partem laborare. Sed eos eventus fefellit. Hujus rei causam ita in numerato habere ut communi ratione sanciri, roborarique possit, non licet. Non aliunde repetunt quam ex eo quod præ dolore in renem sinistram materia flueret, rapereturque potius, deinde motu contrariio delata vomitione excernebatur: hinc vomendi assiduitas, hinc urinae suppressio. Aut si quid e rene dextro non oblesso ferebatur, paucum erat, & naturæ recreandæ non satis erat. Vel potius tam male affecto rene sinistro, communicationis & sympathiæ vi dexter alioqui liber & incolumis laborare incepit: deinde facultas ejus diuturnitate doloris fatiscere. Quod mirum tamen, quum natura corpus omni ex parte geminum fecerit, ut unius partis actione laesa, aut cessante, altera etiamnum suum præstet officium: in eo Medicorum versata industria, ut symptomatis occurreretur, vomitioni, vigiliis, dolori nephritico, & id genus aliis.

℞. Terebinth. Veneta lota in aqua pariet. ℥. s. rhabarb. electi ℥ j. lapid. Jud. ℥ s. cum diatr. frig. fiant boli. capiat cum syrupo de raphan.

In ista urinae difficultate hæc quoque præscripta sunt:

℞. succi raph. ℥. j. succi lymon. ℥. j. syrup. de alth. ℥. vj. cineris cancer. stuvial. & carab. an. ℥. s. cum aqu. parietar. fiat potus.

℞. ℥. iij. decoctionis aperitiva: adde syrup. de raphan. ℥. j. lapid. Jud. ℥. j. canthar. pulveriz. gr. iij. mithridat. ℥ s. fiat potus.

℞. Theriaces ℥. s. aqu. destill. terebinth. ℥. ij. syrup. de alth. ℥. j. fiat potus.

℞. aqu. scabiosa, bipin. agrimon. card. saxifrag. an. ℥. j. s. destillat. restaur. ℥. iij. succi lim. ℥. ij. sacchar. quod suffic. passetur permanic. Hippocratis.

℞. rad. lilior. q. j. malv. bisnal. violar. parietar. nasturt. berul. adian. an. m. j. cicer. rubr. ℥. s. seminis milii solis, anisi, fenic. an. ℥. ij. flor. chamam. melilot. an. p. j. coquantur in omazorum decoct. In colat. ad quartar. tria, dissol. terebinth. diacarth. & benedict. an. ℥. iij. sacchar. rub. & mell. an. ℥. j. ol. de scorpio. & lilior. an. ℥. j. s. fiat chyster.

℞. summitat. albea, urtica, an. p. j. folior. beton. bipin. saxifrag. p. s. passul. mund. folior. jena an. ℥. iij. fiat decoct. dissol. in colat.

Ballonii Oper. Tom. II.

N 3

dia

diaphæn. ℥. iij. bened. ℥. j. diacarth. ℥. ij. fiat potus.

℥. milij solis pulver. burg. spina lapid. judaic. macis an. ℥. j. pulver. electuar. ducis ℥. j. s. Capiat cum aqua terebinth. destill.

℥. succi amygdalar. dulcium sine igne ℥. j. s. vini albi potentiss. ℥. ij. cum aqu. destillat. terebinth. fiat potus.

℥. nucleor. mespil. ℥. ij. s. semin. bard. petrosel. fœnic. an. ℥. s. 4. sem. frigid. major. an. ℥. j. pulver. electuarij diatrag. frig. an. ℥. j. s. cinnam. ℥. j. fiant tabella cum sacch. in aqu. pariet. soluto.

℥. decoct. omazorum quod suff. in quo coque mal. bismal. viol. an. m. j. cicer. rubr. ℥. s. sem. lini, dauci, alth. milij solis an. ℥. iij. florum chamam. an. p. j. In colat. dissol. cass. & bened. laxat. an. ℥. s. ol. de scorp. lilior. & viol. an. ℥. j. santal. rubr. mellis viol. an. ℥. vj. philo. roman. ℥. ij. fiat chyster. Potus solemnnes, & unguentum ex mucaginibus administrabuntur.

℥. s. radio. aperit. an. ℥. s. althea, totius gramin. an. ℥. j. rad. bard. lapar. acuti. an. ℥. iij. cichor. totius, herniar. scariol. beton. capill. ceter. bipinell. saxifrag. omnis buglos. an. m. s. 4. semin. frigid. majorum, carvi, milij solis, citrij, an. ℥. ij. glycyrrh. ras. ℥. s. florum cordial. & genist. an. p. j. fiat decoct. ad lib. j. In colatura diss. syrup. oxymel. syrup. de capill. ven. an. ℥. j. s. aromatizetur electuario ducis.

℥. aloes ℥. ij. s. medulla semin. bipinell. bardana, apij, confusa & creta per setaceum, an. ℥. j. nucleorum mespilorum loto. vino albo & pulveriz. ℥. j. s. cum syrup. de alth. fiat massa utenda ante pastus.

℥. nucleor. mespil. pulverizator. ℥. s. rad. gramin. lota in vino albo, & in furno siccata. ℥. iij. liquiritia, semin. bardana, ocymi, petrosel. maced. an. ℥. j. cum triplo sacchar. pulver.

℥. semin. milij solis, alth. lini. fœnigr. an. ℥. s. fiat decoct. In colat. dissol. Cathol. ℥. vj. benedict. laxat. ℥. iij. terebinth. ℥. s. sacchari rub. mellis viol. an. ℥. j. ol. de scorpion. & liliorum an. ℥. ij. philon. Rom. ℥. j. s. fiat chyster.

℥. aqu. betonica, argentina, corticum fabarum, an. ℥. j. s. passentur cum saccharo & pauco cinnam. adde sanguinis hirci preparati ℥. j. pulveris lithon. ℥. j. fiat potus, capiat in semicupio.

℥. rad. raphan. petrosel. fœnic. aspar. an. ℥. ij. semin. milij solis, saxifragi, lappa major. an. ℥. s. beton. parietar. bismal. totius an. m. j. fiat decoct. in hydromelite bene cocto ad lib. duas.

℥. prædicta decoctionis quartar. tria, in quibus dissol. terebinth. venet. benedicta laxat. an. ℥. s. adipis anser. ℥. j. pulver. lapid. judaici ℥. j. pulv. lithon. ℥. ij. ol. de scorpion. & liliorum an. ℥. j. s. fiat chyster. Vel

℥. olei de sem. lini lib. j. terebinth. venetæ ℥. j. s. diaphænici vino albo soluti ℥. iij. fiat chyster.

℥. aqu. destill. saxifrag. beton. an. ℥. j. s. aqua terebinth. destill. ℥. j. cum sacchar. & pauco cinnam. fiat julep. Capiat reddito chystere. & cum illo julepo misceatur sanguinis hircini preparati ℥. s. aqua parietar.

℥. rad. bryonia, lilior. an. ℥. j. s. malu. bismal. tot. parietar. creffionis,

berula, an. m. j. semin. fœnuigr. alth. lini an. ℥. j. ficus pingues num. vj. fiorum chamam. p. ij. fiat decoct. & materialia prædicta decoctionis misceantur cum far. cicerum rub. ℥. iij. far. fœnuigr. ℥. ij. adip. anser. ℥. j. s. cum oleo de scorp. & liliorum : fiat cataplasma pro rene utroque.

Paratur balneum cum seminibus lini, fœnuigr. alth. milij solis, florib. chamam. melilot.

℥. 4 semin. frigid. major, an. ℥. s. semin. aspar. lithosperm. an. ℥. ij. pul. lapid. cancro. & judaici, an. ℥. s. pul. burg. spina, & sem. bardana, an. ℥. s. anthos ℥. j. cum saccharo quod sufficit. Fiat pulvis utendus cum julepo sequente.

℥. syrup. de alth. & de limonibus an. ℥. j. aqu. decoct. fabarum ℥. iij. fia tulp.

℥. aqu. hyssop. parietar. beton. saxifrag. an. ℥. ij. aqu. terebinth. destill. & raphan. an. ℥. j. in quibus dissolve ol. de scorpionibus ℥. ij. ol. litor. ℥. j. pulver. elect. ducis, & lithont. an. ℥. ij. oxymel. simpl. & syrup. de raphan. an. ℥. ij. adipis anserini ℥. ij. fiat clyster pro duplici injectione, addita ℥. j. quinta essentia terebinth.

℥. rad. cichoriij, asparagi, apij, petros. fœniculi, raphan. aresta bovis, an. ℥. j. rad. althea, lapp. major. spinaburg. cani rub. an. ℥. vj. betonica, parietaria, saxifrag. adianti, ceterach, endivia, pimpinell. cum toto hermar. cichoriij, an. m. j. fructuum alkeken. num. xij. cicerum rub. xj. baccharum juniperi & lauri contusarum an. ℥. j. s. milij solis 4. semin. frigid. major. semin. althea & milij solis, sem. malu. violar. mart. an. ℥. ij. florum genift. p. j. fiat decoct. ad lib. j. In colat. dissolv. syrupi de raphan. & de limonibus an. ℥. j. s. Fiat julep. aromatizat. Electuar. Diaireos. & Elect. Ducis.

℥. express. ℥. ij. rhabarb. infusi in decoct. gram. petrosel. brusci, acetos. agrimonie, bipin. saxifrag. urtica mortua, sem. alkeken. juniperi : dissol. lapid. judaic. ℥. j. syrup. de raphan. & ros. pallid. an. ℥. s.

℥. aqu. betonica, argent. saxifrag. an. ℥. j. s. aqu. raphan. ℥. s. passentur cum cinnam. & pauco saccharo, addendo pulver. ducis ℥. j. lapid. judaici & mili solis, lapillor. canceror. an. ℥. j. Fiat potus, detur in semicupio.

℥. mucagin. sem. lini, althea, fœnuigr. extractarum in aqua pariet. ℥. j. s. adip. gallina & anseris an. ℥. vj. cum oleo de scorpionib. terebinth. venet. & butyr. recen. an. ℥. s. Fiat litus pro partibus dolentib.

℥. oleor. malkich. & cytoniorum, an. ℥. s. pulver. absynth. rosarum, corall. rubr. galang. an. ℥. s. cypp. ℥. j. pulv. myrtillorum, gall. nuc. cupress. an. ℥. j. cum ceroto stomach. Fiat litus ad stomachum.

Multi alia instituta sunt, quæ necesse non est scribere, & quod ea factis per se cuique occurrant, & quod aliis ex locis facile repetantur.

## CONSILIUM LIII.

## De Diarrhœa, &amp; Dysenteria.

**I**NTER eas affectiones quæ miseros mortales exercent, sunt fluores alvi, præpropere dejectiones, lejentericæ, dysentericæ, cœliacæ. Occurrerunt nobis plerique, quibus grave fuit ac permolestum sapius desiderare, ac præsertim de nocte, vel quum in negotiis occuparentur, quæ necessario omittenda essent, ut excernendi necessitati serviretur. Cœliacæ, vel alvinæ excretiones ( γαστήρ enim hoc loco, *alvus*, latine a nobis cum Cicerone vertitur, vulgo Ventriculus dicitur ) non possunt diutius perseverare incolumi stanteque ægro. At dysentericæ excretiones ( nomine τῆς δυσεντερίαις improprie sumto ) diu fatigant, vel quod minimo negotio sanguis excernatur, vel quod tam diuturni profluvii dysenterici occasio a capite repetatur, nullo etiamnum vitio in viscere aliquo contento, nisi quod longitudine fluoris tandem partes ἐν τῇ κοιλίᾳ contentæ labem contraxerint. Ac fluorem hoc loco intelligimus ἡσπέρουσιν vulgo dictam, quum & in excretionis modo, & in qualitate, & in frequentia peccatur. Nam hoc loco intelligi volumus de excretionis modo, & qualitate, quia per annos fere septem, octove numquam excernitur quicquam ab alvo, nisi cum dolore circum umbilicum, aut paullo supra, infra: & quæ secedunt corrupta sunt sanguinolentaque, diversi coloris, & tamen morbus remediis non cedit.

Hoc affectu misere quidam annos jam afflictus est decem, nec operam ullam, quamvis consultis primariis Medicis quæsiverit, invenit. Decem ante annis dysenteriam, ut tunc Medicis visum est, passus est: opera adhibita est: an male curatus morbus nihil ad nos, ab eo tamen tempore, nisi brevibus aliquot intervallis, dolores, & excretiones, ut sic dicam, ἐπράξεις ἔπειράξεις non conquieverunt. Viso homine, nemo tam parum in arte versatus, qui non colligat temperamento bilioso esse, conferentibus eo frequentibus animi curis quibus impense complicatur. Emaciatus est, hepar illi ad calidiorem temperiem inclinans, totus venter ambustus ( ut vocant ) denique θερμόκομος est, ut verbo Hippocratico utamur. Sed sit ita, & fateamur ejusmodi temperiem & vitæ institutum Græcis ἐπιταξίωμα appellatum, ad alendum morbum conferre, propterea tamen non constat de sede, ac specie morbi: quis sit, unde, qui tamdiu manente ægro, perseveret, an vitium lienis, an hepatis, an cerebri, an mesenterii: & si mesenterii, an ulcus sit, an intemperies: Si ulcus, aut quid simile, quomodo tamdiu superfuerit, cur non illa pars siderata, vitiataque temporis progressu? Denique mirum est qui fiat: ut illa liquida satis excretio, αἰματηρά, graveolens, tam multiplex; ( nam simul & cruenta, & stercoracea, & viridia, & flavida excernuntur, quæ numquam in bene affectis excernuntur ) tamdiu possit perseverare. Notum enim illud est Galeni: *Quum excernuntur varia, si prava fuerint, deterius ægris esse, quam si uniusmodi.* Et si

Apho. 21.  
lib. 4.

varia

varia sint, ac prava, vel *αυτομάτως καὶ συμπτωματικῶς* excernuntur, vel vi medicamenti purgantis. Quum *αυτομάτως* excernuntur, & excernendis finis non fit, nec id affatim fit, sed lente ac pigro gressu, significatur varietas dispositionum malarum in diversis partibus. Ac quo plures partes afficiuntur, eo res agrorum deteriores sunt: ut autem lentorem, tarditatemque gressus explicet Hippocrates, usus est participio *τα ἴοντα*, quod non semel factam excretionem, & *ἀδρόως* declarat, sed sensim ac sensim fieri. Sed quum artificio Medici ad imitationem naturæ comparato excretio fit talis materiæ pravæ ac multiplicis, tamen hoc per se malum, ex eventu tamen bonum est: nam non perennem generationem, sed congeriem tantum accumulationemque, *σπαρτισμὸν* Græci vocant, designat: quod in omnibus morbis diligenter notandum.

Ac quum tamdiu prava ista materia excernatur, sive nova generetur, ut necesse est, sive e sedibus partium intimis illa, aut pars illius secedat, mirum quomodo id fiat. Ideoque claris Medicis hoc negotium datum est; ut nec opera, nec consilio juvarent, immo ne sedem mali quidem intelligerent: quamquam communi nomenclatione dysentericum quid appellant. Hepaticum non est profluvium, sive rubrum intelligatur, sive non, quod tanti momenti pars decem annos non possit ita laborare, non quod, ut ante dictum est, non afficiatur tandem hepar. Cephalicum esse aliquis suspicetur, non ita tamen ut tota natura profluvii in descensu pituitæ a cerebro consistat; nec enim dolores illi ad umbilicum consistenterent, nec propterea cruentum excerneretur, nec tam varia ac putria; sed ea ratione cephalicum esse potest, quatenus quum jam partes inferiores affectæ essent, ad diurnitatem fovendam accessit capitis opera mucosum humorem, aut phlegma falsum excernentis in alvum. Huc facit quod de nocte peius ad excernendum æger incitetur. Ac veteres practici distinxerunt profluvium stomachicum ab hepatico & cerebri, quod illud interdum fatiget, hoc, idest a cerebro hepateque natum profluvium de nocte potius sævire consuescat. Quod autem diurnitatem fluorum alvi cujus illacumque modi sint, adjuvet cerebrum, primus litteris mandavit Hippocrates: *Dysenteria, Lejenteria, Diarrhœa morbi sunt consimiles: hi sunt sanandi, ut defluxum a capite impedias, & a ventre superiore. Morbi enim natura hinc est.*

Hipp. lib. 7.

Atque unum obiter annotare non alienum, an necesse sit spumantes esse dejectiones, si a capite occasio excretionis pendeat. Aphorismus est Hippocratis: *Quibus in alvi profluviiis excrementa spumant, iis a capite pituita est.* Falsus enim videtur in plerisque aphorismus: nam in doloribus colicis excernuntur spumantia, & bubulo excremento similia, natantiaque præ contento spiritu, in aqua, non propterea tamen colligere licet caput hæc suppeditare. Sed dicit aliquis, Hippocratem loqui de alvi profluviiis, in quibus quum spumat aliquid, excreta a capite pituitæ argumentum est. In Comment. Galenus non videtur hunc aphorismum omnino probare. Sic visum est recentioribus recte quidem in dysenteriis materia commota calore æstuante agitata spumantia dejecti. Sic aliis signis colligendum caput

Aph. 30. lib. 7.

Cap. 51. lib. 2. de loc. aff.

Gal. com. 2. in aphor. 43. lib. 3.

Cap. 30.  
lib. 7.

caput male habere si grave caput, salivatio, ac praesertim mane & vesperi: maxime si eam molestiam sentiant in ventriculo. Quamquam caput per se constituitur pituitae sedes, quae in ventriculum illabens profluvia longiora reddit. In spumantibus itaque dejectionibus falli non oportet.

Cap. 4.  
1. de loc.  
aff.

Et si autem caput magnum habet momentum ad producenda profluvia, non est tamen temere incusandum, nec medicamentis agitandum. Galenus primus meo iudicio, quod a nullis hactenus annotatum est, fluorum alvi causam unam agnoscit quamdam *πνευματικὴν ἕξιν* intestinorum, ut vocat, quam in quodam animadvertit qui excernebat cum sensu mordacitatis in superioribus intestinis (quod colligebat ex eo quod post mordicationem paullo longiore tempore desideret) idque ob laesum a pravo medicamento intestinum. Ac coniecit laesum esse ab eo medicamento intestinum, ac jam in *πνευματικὴν ἕξιν* pervenisse, proptereaque facile jecoris excrementa recipere, eaque corrumpere. Hic locus plurimum conferet ad id intelligendum de quo laboramus, qui fiat ut tamdiu profluvium perseveret, est illa *ἕξιν πνευματικὴ*, in causa, idest, intestina vitata sunt, imbecilliorave reddita, ut humorum aliunde influentium impetum facile recipiant, & humores a jecore manantes corrumpant. I quod notandum. Nam aliquis quaerat, si a jecore excrementa manant, corrumpantur necne, nil interest: quod intrepide negandum est. Nam quae a jecore fluunt, resuuntque, ea quum excrementa tantum sint, sed nil mali praeterea habeant, intestinum vicinum vitatum, & jam in *πνευματικὴν ἕξιν* deveniens corrumpit, & propterea citatior alvus redditur. Nam quae in intestinis continentur, nisi acrimoniam quamdam aliquo modo nata fuerint, ea diutius in iis resistant, & alvo stimulum calcarque ad solvendum non addunt. Non exigua itaque dubitatio fuit de illo egro, quamnam in illo potissimum pars incusanda esset. Omnes ad hepar recurrebant. At illud aut intemperie, aut solutione continui, aut tota substantia affectum est. Non abs re autem *τῇ δὲν ὀσίῃ* dico, non autem *πολλῇ κρίσει*, quoniam pars illa sicut & reliquae partes afficiuntur nullo interim iudicio manifesto affectionis. Nam plerique ex iis quibus praecipua cura est de conjectandis tangendisque hypochondriis, quum nec inaequalitatem, nec tumorem, nec renitens quid tactu deprehendunt, propterea jubent securos esse agros. Unde saepe in vulgi mentem venit, propinato veneno ita languere hominem, quum recitat Medicus nil deprehendisse vitii in hypochondriis. Tametsi enim Hippocr. in Coacis adversariis in omni morbo hypochondrii aequalitatem in qualitate & substantia, in eoque doloris vacuitatem laudavit: non propterea latere nos debet subesse substantiae totius vitium in viscere contento in hypochondriis. Hoc autem Galenus litteris tradidit aperte, quod ad medendum & investigandum confert plurimum, ne temere inveterato contrectandi hypochondria mori assentiamur. Declarat enim quomodo superficies corporis saepe colore aruginoso infecta, deturpataque sit, quum nulla existat obstructio, aut inflammatio, aut scirrhus in hepate. Sed, ait, secundum substantiam temperiei ipsius partis mutatur. Ut sit temperamenti quaedam alienatio, sed fit ita sane (jam enim accedo ad

eos,

eos, qui quod forte juvenum virginum nitore, & ut ita dicam, politico marmore alliciantur, jam sibi persuasere officio suo non se defuturos, si ut morbi sedem investigent, manum ad hypochondrium adjiciant, ut hic plus voluptatis ad illos redeat, quam ad ægros utilitatis. ) Sit ita, inquam, aliqua obstruptione aut tumore laboret hepar, an propterea tactus fidem faciet? 2 Quod si neges, habebis Galenum tibi contradicentem, qui non ita stolidè voluptuoseque agrarum mulierum inverecundo tactu delectabatur. Istius verba hæc sunt: *Constat*, inquit, *hepar intra musculos possum esse: quod quum tribus contegatur musculis, fieri non potest ut tactus aliquam illius notitiam præset, nisi vel magna in eo oriatur inflammatio, vel incumbentes ei muscoli valde extenuati sint.* At affectus hepatis cognitionem alia arte venandam esse tradit.

Gal. cap.  
7. lib. 5.  
de loc. aff.

Ut ad institutum revertamur, illius ægri hepar quod tamquam mali auctorem omnes accusabant, illudque præfidiis innumeris fatigabant, aut solutione continui, aut intemperie laborabat, aut vernacula ejus temperies totaque substantia erat immutata. Nec inflammationem hepatis passus erat, nec tumor ullus, tamen incubentes muscoli excarnes pene essent, percipiebatur. Si caliditas est magna, adureret potius, ficcaretque, & *αυρατώδες διαχρόσημα* efficeret, ut in hydropicis quibus hepar præcalidum est, annotavit Hippocrates. Caliditas ad retentionem & attractionem facit: humiditas & frigiditas eandem retentionem dissolvit. Et si siccitas in jecore eandem retentionem roborabit, ut patet ex Galeno, qui qualitatum corpus constituentium, alias ad hanc aut ad illam potius actionem valere. 3 At dicet aliquis, immoderatus est calor, immoderata siccitas. Tamen enim siccitas & calor ad retentionem & attractionem conferant, illud est intelligendum de utroque moderato. Verum quidem illud: nec enim nos latet scriptum esse a Galeno, ut moderata siccitas actionem re-

Gal. cap.  
3. lib. 3. de  
symptom.  
caus. 6.  
lib. de ar-  
te par.

Com. in  
aph. 20.  
lib. 2. A-  
phor.

Apho. 10.  
lib. 2. A-  
phor.

Part. 6.  
sect. lib. 6.  
Epidem.

regrum



tegrum esset, non ita citarent alvum. Sed hepar generando, mittendoque intestinum & corrumpendo ob malam dispositionem, mutuas tradunt operas ad illum fluorem perpetuandum. Et futurum tandem ut colliquefcat hepar, & veluti confumatur. Si vitium in illo absolute fuisset, vix tamdiu homo superfuisset. Quamquam audivimus de Consule Parisiensi qui hepatico profluvio bilioso sex annos vexatus est, & nullis remediis allevatus est. Eo mortuo inventus tantum hepatis locus & membrana, illius parenchymate consumto & colliquefacto. Quod autem huic nostro ægro intestinum male affectum sit, colligere possumus ex antecedentibus; nam aliquando dysenteria vera laboravit, & quum Medicorum judicio ea male curata esset, ab eo tempore superfuit, restititque illud quodammodo dysentericum profluvium. Quamquam ad mesaræon potest sæpe longi suoris occasio referri. Nos enim sex mensum spatio fluorem patientes vidimus, qui non hepatica cephalicaque exercebant, sed mesenterica, ut sic loquebamur. Et sæpe longorum latentiumque morborum sedes est mesaræon, frustra aut ad liënem, aut ad hepar mali prima labe & occasio refertur. Et ne cui mirum videatur si ad mesenterium recurrendum sit, quod non sit credibile ab uno hepate tam multam colluviem provenire, habemus nobis suffragantem Galenum. Ille agnoscit quasdam mesenterii affectiones, a quibus qui ægrotarent, Meseraici appellarentur. Quidam veterum quum perfecte confectum in ventriculo cremorem animadverterent, & talem fere dejici, nec a meseraicis suctum dejectumque, ut fieri solet, falso mali causam mesenterio attribuentes, sic laborantes meseraicos appellabant, sed male: & ideo hos Galenus redarguit. Nam quum facultas attractrix hepatis languet, nil per venas meseraicas attrahitur ab hepate: proptereaque non accusari debet mesenterium, sed hepar ipsum. Idem enim contingit quod iis quibus læsa spinalis medulla, & aut brachia, aut manus in iis suum officium non præstant. Non accusandæ manus, sed ad spinam recurrendum. Item quum quis syncope prehensus non movet manum, an ei manus in vitio est? Hæ rationes Galeni sunt. Contra tamen afferri hoc potest: Quum chylus mitificatus excernitur, nec ad hepar devehitur, an ideo facultatis attractricis hepatis id vitio fit? Numquid sæpe fluorem alvi videmus obstructo mesaræo facultatibus hepatis etiamnum integris? Non sequitur ergo ideo convinci posse hepar laborare, quum chylosa dejiciuntur. Verum quidem illud, quum facultas attrahendi hepatis ægra est, attractionem per meseraicas tamquam per manus officiales non fieri, non obstructa viæ ratione, sed partis principis mesaræi ministerio utentis vitio. Et veteres qui meseraicos appellabant illos, nos abs re fecerunt. Sic & Galenus, & illi veteres culpa non vacant; siquidem & chylosa dejici possunt solo vitio mesaræi non deducentis: aliquando ipsius hepatis vitio, quum mesaræon incolumis sit. Præterea adversus Galenum hoc stare potest. Mesaræon pars est naturalis: omni parti naturali suæ actionis vis est, & per protopathiam laborat, non per consensum ut partes animales, quæ aliquando quum per se incolumes sint, suæ affectionis causam in se non continent: Hinc fieri potest ut etiam laborante hepate mesaræon suum

offi-

Cap. ult.  
lib. 3. de  
loc. aff.

Caloris  
lapsus.

de loc. aff.  
Cap. ult.

officium faciat: & contra incolume potest esse hepar, laeso mesaræo. Et nil affert Galenus quum ait ridiculum esse affecta spina, manum, quia non moveatur, accusare. Idemque contingere in hepate & mesaræo, siquidem si mesaræon non trahat, affectionis hujus causam non acceptam ferendo mesaræo, sed ipsi hepati; quod a ratione alienum esse videtur, quum mesaræo insit vis suæ actionis, & *ἰρεψείας*. Nec est quod quis parum interesse dicat, sitne affectum mesaræon, an hepar, quum chylosa dejiuntur; nam magna est partium affinitas: & unius affectio facile in aliud redundat. Nos autem contra sentimus; siquidem si in mesenterio aut tumor & obstructio sit, cujus occasione chylus ad portas non devehatur, alia ratione curandum erit quam si hepatis sola attractricis infirmitas in causa sit. Et nos vidimus chylosas dejectiones non affecto hepate aliquo insigni vitio, sed sublatis multis quæ mesaræon occupabant obstructionibus; tandem cessavit chylosa dejectio. Sic non sunt Galeni dicta pensulatim & ad momi lucernam aestimanda: sed quum Galeno illo loco mens sit de hepaticis dicere, non est dubium quin hepatis facultate tractrice infirma mesaræon laboret, actioque ejus aut minuat, aut deperdat. Nam mesaræon tamquam auxiliaris manus hepati subservit. Sed contra non sequitur, chylosa dejectio est, necessario itaque vitium hepatis convincitur. Sic in uno sensu vera opinio Galeni, in altero sensu veterum opinio excipienda. Dicendum vero mesaræon, quod est veluti venarum textura, ita affectum esse ad hepar quatenus pars est officialis, ut vitium quod est in hepate facile communicetur ipsi mesaræo. Et Galenus eodem loco ait, si phlegmone, aut aliquid simile mesaræon obsideat, hæc affectio proprie ejus esse dicitur. Si vero hepar ob imbecillitatem non possit per venas suas alimentum trahere, non mesenterio, sed hepati providendum erit. Porro si velis discernere an inflammatio & erysipelas mesaræon occupet, sciendum tunc non solum excerni talia qualia in hepatis imbecillitate quum ad se cibum non trahit, excernuntur, sed præter ea saniosum quid. Sic quum hepar non inflammatum est, & si cum chylosis excrementis saniosum quid excernitur, ad mesenterium hoc referendum.

Ceterum incredibile dictu est qualia excernantur dum mesenterium per intestina congestam in se colluviem deponit: nec alienum ab instituto si differentias aliquot fluorum hepaticorum apposuerimus, dysenteriarum species proposuerimus; quæ accidentia incipiente fluore dysenterico & hepatico contingant; quæ sedium distinctio, quæ notæ: deinde remediorum perbrevis silva præscribetur. Si enim omnes fluorum differentias persequi institutum esset, ne hic liber quidem sufficeret.

Quæcumque excretio per alvum sanguinis sit (si hæmorrhoidalem exceperis) Dysenterica vulgo appellatur: idque præsertim quum dolor, ventrisque torsio aliqua percipitur: Quæ tamen cum ulcere est, proprie Dysenteria appellatur: hyperæque ejus in ulcerè posita est. Ita enim eam proprie Dysenteriam nominari, & a veteribus & a suis Galenus auctor est. Aliæ autem sunt excretiones cruentæ, ut quum limus sanguinis excernitur, aut velut sanguinis sæx, aut quum sincerus plane, eaque excretio affectum hepatis declarat eidem Galeno: Nam ut tenue & saniosum, & recens maceratarum

Cap. 5. 12.  
1. de loc.  
aff.

rum

*Gal. ibid. Et cap. ult. lib. 5. Hip. lib. 1. A. Prorrh.* rum carniū loturæ simile evacuatur, id hepaticum est, idest declarat imbecillitatem jocineris sanguinem probum generare nequeuntis. Hanc excretionem Hippocrates vocat περιπλυσιν χεῖρουδρον, prærubram alvi proluviem interpretor. Est enim vel rubentior, vel dilutior pro ratione permixtæ tenuis substantiæ. Quum autem faci similis excretio sanguinis fit quodammodo exassantis jecoris argumentum est, & vocatur hoc τὸ δειχάριμα ὑπε-

*Cap. ult. lib. 5. loc. aff. Gal. ult. cap. lib. 5. de loc. aff.* φοπτάωμενον. Et notandum est illud quod scribit Galenus, & quod nos experientia sæpe deprehendimus, aliquando liquidam tenuemque sanguinis esse excretionem, quam melancholica postea, faculenta, nigra, & atra consequatur. An atra, nigraque, & adusta quodammodo intemperie frigida affecto hepate excernitur? Nequaquam. Sed quum alioqui præcessit frigida intemperies, temporis progressu putrescit in imbecillo hepate humor, a putredine febris lenta oritur; hinc adustio recoctioque humoris: quod annotandum. Nam sæpe hæc febris negligitur; hinc dejecta appetentia, proventus pravorum humorum. Et quum vident illi Medici dejectam appetentiam, non moventur: quod male fit. Illud enim notum esse debet, si perseveraret intemperies illa frigida quæ initio fuit, non ita dejici appetentiam, immo cibi augeri desiderium. Quia autem ita deperditur appetentia, calidioris intemperiei quæ successerit, debet esse argumentum. Nam calidas intemperies numquam comitatur ciborum appetitus, sed ingens cibi fastidium, febris, vicioforum humorum vomitus. Itaque non falsa debet esse opinio prioris intemperiei frigidæ: sed signis est venanda aucupandaque cognitio succedentis aliæ intemperiei.

*Aphor. 3. lib. 6.* Quoniam autem de inappetentia quæ imbecillitatis hepatis comes est nonnulla dicta sunt, & de fluoribus dysentericis & hepaticis sermo est, non abs re erit pauca annectere ex Galeni mente, eaque ad Hippocratis sententiam accommodata. Hippocratis est illud, *In longis dysenteriis inedia ex fastidio, malum, & cum febre, pæus*. Nomen τῆς ἀποσιτίας non apte fatis Leonicens vertit, inediam ex fastidio, quum vel inappetentia, vel aversio ciborum, verti debeat. Proprie autem nomen ἀποσιτία aversionem ciborum significat, ut in comment. in 1. Epipem. explicat Galenus. Sed hic ἀντὶ τῆς ἀσιτίας usurpatur ἀσιτος autem ἢ ἀπόσιτος distinguuntur proprie loquendo: improprie autem sumitur hoc loco. Sic enim in Commentario Galenus vult ἀπόσιτον sumi pro ἀνόρεκτος. De nominibus hæcenus.

*4. De dia. acut. par. 80.* Dysenteria aut supprimuntur intempestive, aut diuturniores sunt. Tametsi enim dysenteria pessimus sit morbus, quia tamen sæpe fluor est quidam, ratione autem fluoris multa e corpore evacuantur, multaque qualitate prava, nullum tamen negotium naturæ (quia quietem habent, imoque delitent corpore) facessentia continuata serie ad morum incitantur, fit ut si illa repente, commota jam tamen, supprimantur, corpori periculum creent. Ita enim scripsit summus præceptor, *Dysenteria quæ cessavit, abscessum vel tuberculum aliquod faciet, nisi vel in febres, vel in sudores defuerit*. Et in Coacis: *Dysenteria intempestive suppressa, abscessum in costis, aut visceribus, aut articulis facit*. Ut autem Δυσεντερία suppressa comites habet morbos, ita si longior, ei non defunt qui jus hereditatis sibi decernant.

nant. Quocirca Aphorismo illo lib. 6. Aphorism. inappetentiam tamquam malum longæ dysenteriae ἐπιγινόμενον scribebat, & in alio loco ita scripsit, Qui lienosi a difficultate intestinorum capiuntur, iis superveniente longa dysenteria, hydrops, aut lejenteria supervenit, & moriuntur. Ubi notanda verborum Hippocratis proprietates. Quid enim sibi hoc vult, Qui lienosi a dysenteria capiuntur, iis superveniente longa dysenteria? nam non potest supervenire si jam adsit: debuitque dicere potius: Quibus lienosis supervenit dysenteria, eaque productior fit. Ita excusari potest Hippocrates, ut verbum ἐπιγινόμενον non est hic proprie usurpatum. Vel, quoniam laudatur dysenteria quæ supervenit lienoso si brevis sit, ut in Coacis animadvertit Hippocrates, quum producitur, debitumque tempus præterit, non jam amplius dysenteria splenica vocanda est, sed per propriam intestinorum affectionem fit, humoribus cuniculos agentibus, & ultro progredientibus. Proptereaque nova quodammodo dysenteria dici potest: sed hæc nihil ad rem. Itaque inappetentia, lejenteriaque longæ dysenteriae succedunt. An utrumque affecto ventriculo, & malo quodammodo ventriculi œconomiam (cujus est appetere, & coquere cibos, ideoque lejenteria propria est ventriculi passio) labefaciente contingit? Non videtur, si Galen. credimus. Et ideo sui oblitus Galenus, mihi in eo errasse videtur, quod mox explicabo. Nam quum de inappetentia dysenteriae longæ succedente mentionem injecit, scribit; *ulceribus (in dysenteria) putriaginosi ventriculus compatiens in coctionis munere offenditur: qua offensione magis ac magis ad superiora perveniente quum os ventriculi una afficitur, tum ἀπόστοι sunt.* Itaque vult ad os superius ventriculi malum pervenire. Et quomodo? dicet aliquis. An ulceratio hyparxin dysenteriae constituens ad os superius alvi pervenit? Nequaquam. Quomodo id fit? Quum autem de lejenteria meminit, non ad ventriculi vitium recurrit, sed ad intestina sola. Verba hujus hæc sunt: *6 Læsis intestinis a transu vitiosorum humorum vis eorum laborat, & temperies nativi caloris aboletur; hinc hydrops, & lejenteria. Lejenteria quidem ex sola intestinorum læsione: hydrops ob hepatis sympathiam, &c.* An sola κακωσις, idest, oblatio sola intestinorum in longa dysenteria lejenteriam facit? Si in tali morbo inappetentia contingit quum malum ad os ventris attingit (ut ante dictum est) cur non lejenteria potius a vitio ventriculi, quam sola intestinorum vitio? An solum intestinorum vitium lejenteriam parit? Galenus taxat veteres quod lejenteriae tale nomen indiderint ἀπό τῆς ἐντέρας ληότητος, quum tamen vitium non intestinorum fit, sed ventriculi, ut pote ejus vitio coctio lædatur, eademque incolumis sit integro ventriculo. Itaque illa erronea propositio est, qua statuit sola intestinorum læsione lejenteriam contingere posse. Nam & in primo aphorismo lib. 6. & aliis locis, ad ventriculuan male affectum lejenteria refertur. Quid ergo sibi vult Galenus tam sui dissimilis? Bisariam responderi potest, & excusari Galenus: Quoniam institutum est Galeni de dysenteria longa disputare, cui & hydrops & lejenteria supervenit, quoniam dysenteria ad sola intestina refertur, a sola quoque læsione intestinorum lejenteria nascitur, ut unum & idem subiectum fit

Aphor. 43. lib. 6.

Galen. lapsus.

Aphor. 3. lib. 6.

Com. in Aph. 44. lib. 6.

Lapsus Galeni.

Com. in apho. 12. lib. 4.

Excusatio Galeni.

fit & dysenteria & lejenteria. Dysenteria quidem per conscriptionem us-  
cerationis quamdam in intestinis: lejenteria, vitio communicato toti inte-  
stinorum convolutioni, & diurnitate dysenteria affecta temperie intestino-  
rum. Vel dicemus aliud esse a sola laesione intestinorum nasci lejenteriam,  
aliud a laesione solorum intestinorum. Nam si sola intestina diceret, ex-  
cluderet ventriculum. At non est excludendus. Tertio dicemus *καταχρησι-*  
*κως* nomen lejenteria usurpatum: & qua hic lejenteria fit, non est vera,  
cujusmodi ea est qua per affectionem ventriculi contingit. Vel dicemus  
( & haec ultima ratio probabilior videtur ) illud *μόνον*, & *μόνον καὶ ὕδρωσιν*  
dictum esse per comparationem morborum duorum, nempe hydrops, &  
lejenteria. Nam quum hydrops longa dysenteria succedit, tamen intesti-  
na male a priore morbo afficerentur, non tamen ob vitium solum inte-  
stinorum invehitur hydrops, sed per sympathiam hepatis, lienis, & totius

*Com. in* generis nervosi, ut diserte scribit Galenus. Ac si diceret, quum contingit  
*Aph. 43* hydrops in longa dysenteria, non est illius generatio ad intestina referen-  
*lib. 6.* da: nullus enim hydrops nasci potest nisi aut hepate, aut liene affecto,

*Com. in* aut genere venoso, ut apertius in Prognost. declaravit. Sed quum lejenteria  
*part. 1.* supervenit, a sola intestinorum laesione est, idest, non oportet aut he-  
*lib. 2.* par, aut lienem, aut genus venosum compati, ut in generando hydro-  
*Prognost.* sed per proprium, peculiare, & vernaculum intestinorum suis rugis & fe-  
*Subrilif-*bris alimentum, donec elaboretur aliquo modo, retinentium, vitium le-  
*sime Ga-*jenteria contingit: non quin ventriculi vitium adsit. In confesso enim om-  
*lenus* nibus esse debet lejenteriam non posse nasci nisi affecto ventriculo: Et  
*excusa-* quum meminit *κακώσεως* intestinorum, non excludit *τῶν δὲ κοιλίας κακώσιν*:  
*την.* sed omnia per comparationem duorum morborum intelligenda sunt. At

*Parti. 11.* inappetentia ad solum superius orificium ventriculi spectat. Quod Galenus  
*sec. 1. lib.* explicat, dum symptomata facultatis vitalis emorientis ab Hippocrate re-  
*3. Epid.* censita demonstratione illustret. Hermocrates ( ait ) perpetuo a cibo abhor-  
rebat, loqui non valebat, lingua inaruit, non sitiebat, &c. Haec omnia

sunt *τῆς δυνάμεως ζωτικῆς νεκρωμένης*: deinde subdit Galenus in Commentar.  
*Inappetentia*, Graece *ἀποσιτία*, melius ciborum aversio verteretur, idest  
ut ait, *ἀνορεξία*, aut a ventriculi ore proficiscitur affecto aliqua humorum  
qualitate, aut ab ipsius facultatis extinctione. 7 Atque obiter annotandum  
est an *ἀνορεξία*, aut *ἀποσιτία* ad vitalem facultatem referatur, an non po-  
tius ad naturalem. Propterea pro verbo *δυνάμεως ζωτικῆς*, legendum po-  
tius *φυσικῆς*. Conjectura verisimilis esse videtur. Tamen, ut dicam quod  
sentio, nomen *ζωτικῆς* melius & generalius mihi videtur a Galeno usur-  
patum, ut & *τῶν δυνάμεων φυσικῆν*, & *τὴν ζωτικὴν* complexu suo compre-  
hendat.

Redeamus ad institutum. Ex his symptomatis qua dysenteria longa  
succedunt, sunt, inappetentia, lejenteria, hydrops. Dictum est quomodo  
haec fierent. Nunc autem ut aphorismus tertius libri sexti intelligatur, ne  
temere judicent Medici de inappetentia qua in dysenteriam incidit, eam-  
que aut bono, aut malo esse pronuntient; ita cum Diorismo res. distin-  
guetur. Inappetentia qua in dysenteriam incidit, aut initio, aut affecto  
jam

jam morbo, si initio, non ita in malis poni debet. Nam fieri potest in-  
 appetentia primis morbi diebus ob ichoras confluentes ab hepate ( male  
 nomen ἰχθῆρας humores vertit Leonicensus. ) Ex quibus qui ad intestina  
 derivantur, exulcerationem afferunt. Qui in ore ventriculi fluitant, ἀποσιτίαν  
 afferre solent. At quum inappetentia affecto jam morbo contingit, νέκρωσιν,  
 mortificationem interpretor, ventriculo advenisse lege sympathias declarat.  
 Hæc Galenus. Itaque ut iudicium de inappetentia in dysenteriam inciden-  
 te feratur, hæc distinctiones tenendæ sunt. Com. in  
Aphor.  
3. lib. 6.

Missam fecimus variam acceptionem nominis Dysenteria, ne quoties san-  
 guis per inferiora educitur, dysenteriam adesse suspicemur. Nam & muti-  
 lis ob copiam sanguinis fit excretio per alvum, quæ dysenterica improprie  
 vocatur: vocant autem αἱματηράν. Item quibus sanguis habet admistam  
 bilem, aliquando aperit, roditque oscilla vasorum, unde fluit sanguis.  
 Hæc autem improprie quoque Dysenteria vocatur, nullumque nomen re-  
 perit, nisi sub τὴν κενώσασαι αἱματηράς comprehendas. Quamquam hoc  
 nomen ad eam evacuationem, quæ ob quantitatem contingit, accommode-  
 tur. Galenus autem indicare videtur & hanc & illam αἱματηράν appellari  
 posse, hoc discriminis statuto, quod una dicatur αἱματηρά ob sanguinis co-  
 piam, altera ob qualitatem. Quod autem ea quæ ob qualitatem fit,  
 αἱματηρά, quoque dici possit, colligi potest ex Commentario in 5. Apho-  
 rismorum. Nam dum Hippocrates narrat ea symptomata quæ contingunt  
 iis quibus circum ulcera tumores sunt, & de repente evanescent, memi-  
 nit Dysenteria non proprie dictæ, sed quæ αἱματηρά vocatur. Nam ulce-  
 ra aut partes posticas corporis, aut anticæ occupant, tumoresque iis assi-  
 dent, aut evanescent. Si in posticis, convulsiones fiunt tumore disparen-  
 te, aut tetani: si in anticis, insania, dolor lateris acutus, suppuratum,  
 difficultas intestinorum. Horum hæc demonstratio, quia posteriora nervo-  
 sa, anteriora vero venosa ac arteriosa: ideoque alio loco dictum erat,  
 Mulieribus rigores ex lumbis magis & ad dorsum, &c. Quod contingit &  
 quia pars illa nervosa, & frigida, & facile compassionis modo ad princi-  
 pium nervorum affectio fertur, & quia substantiæ mollioris est, facile al-  
 terationem suscipit: At partes anteriores calidiorem habent temperaturam,  
 ait Galeus. Si itaque tumores, præsertim si ἰσχυροὶ sint, evanescent in  
 partibus anterioribus dolores lateris & dysenteria fiunt αἱματηρά, id fit per  
 μετάσυσιν, cuius maxime ratio habenda in morbis, an eam dysenteriam  
 probabile est fieri a sanguinis tantum copia, an vero a sanguine multo,  
 sed jam mala qualitate prædito? Si enim nondum contraxisset malam qua-  
 litatem, non tristia illa symptomata afferret, Ergo credibile est illam dy-  
 senteriam a qualitate & quantitate sanguinis contigisse. Sic ex eo loco pa-  
 tet dysenteriam a qualitate sanguinis factam nullo in intestinis concepto ul-  
 cere, αἱματηράν dici posse, non eam solam quæ a quantitate sanguinis fit.  
 Utitur enim Galenus nomine τὴν δυσεντερίας αἱματηράς.

Præterea hepatici sæpe excernunt sanguinem nullo intestinorum ulcerato,  
 tamen non dysenteria propria, sed hepatica dicitur dysenteria: & illa est  
 de qua ante dictum est, quam Hippocrates vocat περίπλυσιν ἰσχυροῦσιν, ut 1. Proverb.  
part. 2.

Ballonii Oper. Tom. II.

O

Ga-

Galenus Comment. in part. 2. Prorrheticorum demonstravit.

Quid ergo restat de dysenteria dicendum, paucis aperiri debet quo excretionis modo significetur obsideri intestinum superius aut inferius: quod & dejectiones, & doloris situs & species declarabunt. Præterea quid de dysenteria scripserit Hippocrates, præsertim in libris Prorrhetic. Varietas intestinorum efficit ut & tenesmus, & dysenteria non facile sedem affectam privatim significant, ait Galenus. Item affinitas affectuum efficit quominus minus facile hepaticus fluxus a dysenterico distinguatur. Sunt quidem notæ nonnullæ, quibus distinguere possis. Etenim in dysenteria paullatim & cum torminibus excretio fit, & subinde defurgendi necessitas adest: quod in hepatico fluxu non contingit. Et mirum quod scribit Galenus eodem cap. Dysenteriam hepaticam a dysenteria proprie dicta, quæ in ulcere consistit, in eo distingui, quod dysenteria proprie dicta non repente & affatim fiat, sed sensim, quum ulcus sua habeat tempora, & quedam rudimenta habeat: quod in dysenteria hepatica non vult contingere; quasi vero hepatica dysenteria non habeat quoque sua tempora, & non imbecillitas illa a qua nascitur ille affectus, inducatur ex longo tempore. Quod si verum est, nulla plane est Galeni distinctio de utroque affectu constituta. Nec hunc locum plane intelligo, nisi de excretionis modo quam de generatione potius intelligatur. Aut hæc accipiuntur non ita stricte. Hujus rei iis iudicium relinquo, quibus acuties ingenii major inest. Ergo excretionis modus, & dolorum perceptio in variis partibus, & varia contenta, varique mixta morborum sedem satis indicant: ac primum in doloribus & situs, & species consideranda: situs quidem, si in partibus superioribus, aut inferioribus consistat dolor. Nam prout partes superas, aut inferas tenet, ita aut tenuia, aut crassa intestina dicitur occupare. Sed qui in Anatome versati sunt, ajunt hanc situs considerationem pili esse faciendam. Intestinum enim colon in crassorum intestinorum censu habetur, & tamen si quis in eo dolor sit, non dicitur deprehendi ex situ inferiore. In hominibus enim vicinum est colon ventriculo: unde in colicis doloribus stomachi subversiones, & vomitionis assiduitas. Quid ergo sibi vult ille situs superior, aut inferior? Præterea quod ad speciem doloris attinet, quæri potest, an dolor in superioribus, tenuibusque intestinis sit aut major, aut minor, quam qui in crassioribus consedit? Primum ex Anatome disci debet tenuium intestinorum tunicas rara ac tenui substantia constare, & intestina illa, quæ membranosa sunt, exquisitioris esse sensus quam sint crassa; quippe quæ carnosâ sunt magis. Si exquisitior in illis quam in his sit sensus, dolor qui in tristi sensatione consistit, major erit, ac manifestior in tenuibus quam crassis intestinis. Ac propterea Galenus vehementissimos dolores in tenuibus intestinis perferri dixit: Contra tamen & rationem Anatomæ, & communem sensum, & sententiam Galeni locus alius lib. 6. de stabit ab eodem Galeno scriptus, cujus hæc verba: *Ex doloribus ii qui vehementissimi sunt, haud abs re in crassis erunt intestinis.* II Qui vero mitiores sunt, horum duorum alterum esse necesse est, aut quod a mansuetiore minoreque causa sunt, aut quod non in crassis, sed in tenuibus sunt intestinis.

Cap. 2. lib. 6. de loc. aff.

testinis. Hoc ex loco sole clarius apparet dolores graviores deterioresque esse in crassis quam tenuibus intestinis, positis omnibus paribus: alioqui distinctionis omne fundamentum mutaret. Sed locus ille plane falsus & erroneus est, nisi intelligatur. Institutum Galeni est de colicis doloribus a materia crassa frigida, lentaque disputare: quum enim cumulanda, crassa crudæque materiæ locus sit opportunus, Colon intestinum, ideo & ratione loci, qui amplius est, distenditur valde, & materiæ quæ in eo congeri solet, quum vehementissimi sint dolores, conjicimus in colo esse; si mansuetiores, aut in tenuibus sunt, utpote in quibus non soleat illa pituita cumulari; aut in colo sunt, sed a minore causa. Sed dicit aliquis, si in tenui & crasso intestino eadem crassa materia ponatur, a qua dolor, an non crudelior dolor in tenui, quam in crasso? Verum quidem esse videtur. Sed in tenuibus intestinis non illa congeritur materia: propterea accommodate admodum facit sententia Galeni in lib. de locis affect. *Omnes, ait, & Medici, & populares vehementissimos dolores ad colon referunt, & colicos vocant. Quod mihi verisimile videtur, ait Galenus. Nam non ut in ureteribus lapides impacto lapide dolores excitantur, ita in tenuibus intestinis frigidi spiritus & humores retenti gravissimos dolores excitant. Nam quum tenuium intestinorum tunica sit rara, diu hujusmodi causas, idest, crassos humores continere non possunt. Probabilius ergo eum crassum humorem in crasso intestino genitum, egredi nequeuntem dolores his movere. Vehementes quidem ob intemperantiam, & corporum crassarum tensionem: longos, quia difficulter vacuatur.*

12 Hoc ex loco patet superiorem sententiam de gravitate doloris in crassis intestinis intelligi de materia frigida quæ & generationem peculiariter hic habet, & mansionem. At tenuia intestina, quia a bile tamquam clystere naturali eluuntur, non generant; & si habeant, non diu retinent; ut placet Galeno. Non enim negare oportet quin si acres mordacesque humores in tenuibus intestinis retinerentur, aut crudeliores dolores, aut pares saltem excitarentur ac si eadem materia in crassis retineretur: sed peculiariter & crassa materiæ crassa intestina sunt promptuarium. Ideo, ut annotat Galenus, in tenuibus intestinis acerbissimi dolores sunt (ut in ileo) aut quum inflammatio est quæ obstruit intestinum ut nil transeat, aut resiccatum omnino stercus. Quamquam contra id quod dicimus, in tenuibus intestinis non posse eam phlegmonem generari, quæ intestini capacitatem illatenus impediatur, afferri potest locus in quo Galenus docens asperæ arteriæ phlegmonem posse quidem difficultatem spirandi asserere, sed strangulationem non posse inducere, scribit: *Impossibile est corporis multum tenuis inflammationem spatium effatu dignum replere.* Tenuia intestina, per eundem Galenum 6. de loc. affectis, tunicam habent raram admodum: Ergo quamvis in ea concipiatur phlegmone, non potest viam obstruere. Locus est notandus.

Cap. 5. lib. 2. de loc. aff.

Cap. 2. lib. 6.

Comm. in Apho. 34. lib. 4.

His ita positis, ad reliqua pergendum est, ac de mitionis modo dicendum. Galenus excretionis modum consideravit: item quæ excernuntur: præterea qualiter misceantur quæ excernuntur. Hæc autem vocat Galenus eo loco, ulceris notas admistas, aut non admistas, parum aut multum admistas. Si quæ excernuntur membranosa magis sint, a tenuioribus intestinis excretio fit; si

1. cap. lib. de loc. affect. 4. cap. 1. 6.



Cap. 4. autem purulenta magis & carnosâ ab intestinis crassioribus . Et quod ad  
 lib. 1. de tempus excretionis pertinet , si postquam dolor in partibus perceptus est,  
 loc. aff. brevi post tempore desideat æger , a partibus propinquis secretio fit : con-  
 tra vero evenit si a longinquis partibus humores exiverint . Præterea notæ  
 ulceris , vel sanguis , aut tota totis excrementis sunt mixta , aut per se ,  
 & veluti sola in sese coacta comprehensaque excernuntur : si partium om-  
 nium quasi minutim concisarum ac confractarum mixtio fiat , a superiori-  
 bus intestinis vacuatio fit : sin aut sanguis , aut pus secretum videatur , &  
 per se solum existens , in seseque coactum , a propinquis partibus materia  
 deraditur , hujusmodi excretionem dicimus fieri aut ἀδρόως , aut non . Quod  
 Aph. 35. ut intelligamus , afferri potest sententia ex Aphorismis Hippocratis : Quo-  
 lib. 7. rum in urinis supereminet pingue aliquid , idque ἀδρόων , idest confertum ,  
 totumque in sese , iis renes laborant : ἐπίστασις dicitur ἀδρόωα , aut pus τὴν  
 ἀδρόωα , quum non est divulsum , divisumque , sed compressum , coactum ,  
 collectumque in sese . Galenus in Commentar. docet , quum a partibus cor-  
 poris decedit aliquid crassum una cum liquore , aut etiam sine eo , ob  
 viæ prolixitatem non potest suam coherentiam ac continuitatem retinere ,  
 sed refringitur , dividitur , divelliturque . Quum autem a propinquis parti-  
 bus dimanat , coadunatur , coitque , ac in sese compingitur : hoc autem  
 dicitur ἀδρόων & ἀδρόως excerni ; quamquam in nostris definitionibus Me-  
 dicis ἀδρόωα longe alias differentias & significationes exposuimus .

Pleraque in nostris monumentis de differentiis alvi fluorum , sive sint uni-  
 versales , sive particulares , sive cruenti , sive cœliaci , sive hepatici : qua  
 omnia hic meminisse non vacat . Tantum huc afferemus silvam aliquam  
 remediorum non sine iudicio usurpandorum , sed cuique pro diverso tem-  
 pore morbi , & varia corporis constitutione accommodandorum . Illa quo-  
 niam nos in usum contulimus , & ab aliis usurpata vidimus , relictis om-  
 nibus diorismis qui in dysentericis fluoribus curandis sunt considerandi ,  
 nudam remediorum tabulam proponemus . Et forte primo loco ponemus  
 quæ adstringant , non quod ita statim faciendum putemus in eorum erro-  
 ribus nosipfos implicantes , quibus irretitos veteres Galenus scribit . Illi enim om-  
 nem dysenteriam per sola adstringentia , idque initio morbi curabant . Quod  
 pessimum est , quum dysenteria intempestive suppressa sit calamitosa Hippocr.

Cap. 33.  
 l. b. 1. de  
 simpl.  
 in Cons.

In fluxu hepatico :

℞. ol. de absynthio ℥ j. s. olei rosati ℥ j. santalor. omn. pulveriz. ℥ s. assa  
 odorata ℥ j. cum cera. fiat linim. pro hepate .

℞. carnis cyton. mastich. cerot. confortat. an. ℥ vj. ladani in vino soluti  
 ℥ ij. cypp. aloes lotæ an. ℥ j. Malaxentur cum ol. de absynth. & rosat. fiat  
 massa emplastri pro stomacho .

Item ℞. pulp. passul. damasc. ℥ j. s. carn. myrobal. emblicar. per seta-  
 ceum transmissam , hepat. vulp. prepar. an. ℥ iij. rasur. ebor. ℥ j. sacch.  
 ros. ℥ j. cum syrup. de cichor. compos. sine rheo. fiat opiata : usus sit ℥ s.

Ad dysentericos fluores valent clysteres , in quibus sepum hircinum prius  
 solutum oleo rosato dissolvatur .

℞. syrupi rosar. siccar. ℥ j. syrup. de papav. ℥ s. cum decoct. pap. fiat potus .  
 Item

Item ℞. rhab. pulver. ℥ ij. dissol. in aq. rosar. fiat potus.

℞. lact. ustul. cum calculis fluvialibus lib. s. mucag. sem. citrii, hordei & psylli extract. in aqua centinodie ℥ ii. coaguli de quo casei fiunt, boli armen. amygd. an. ℥ j. s. vitell. ovi unum fiat clyster.

Fotus ex plantag. althea, seminib. & calidis & frigidis valent.

Item hoc quod sequitur:

℞. coriandri ℥ s. anisi ℥ ij. rosarum rubr. cort. citrii, carnis cytonior; exsiccat. an. ℥ j. sacchar. ros. quan. suff.

℞. ras. uncor. gr. s. cum destillato restaur. fiat potus.

℞. syrup. ros. siccar. ℥ j. diacod. cum addit. ℥ s. cum decoct. lactuca fiat potus.

Paretur hordeatum incostis duobus capitibus papaveris, & positis in nodulo:

℞. conser. rosar. symphyt. cornelio. nenuph. an. ℥ s. pulver. triasant. diatrag. frigidi, diarrhod. Abbat. an. ℥ j. trochisc. de Karab. & spod. an. ℥ s. passul. cum toto ℥ ij. seminis papav. albi ℥ j. s. aqua decoct. duorum pulorum in aqua pluviati ferrata alteratorum cum lactuc. portul. buglos. borag. foliis plantag. lib. viij. Pone in alambico cum mica duorum panum infusor. in lacte. fiat destillatio in baln. Marie.

℞. pred. destillat. lib. s. sacchari ros. ℥ ij. vini granat. ℥ s. cinnamom. ℥ s. passet. per manic. Hippocr. utatur omni hora.

℞. conser. rosar. ℥ s. myrobalan. citrin. condit. ℥ ij. rasur. ebor. cor. cervi, coral. rubr. an. ℥ s. sacchar. ros. quod suff. fiat conditum.

Item parata sunt hordeata cum lacte vaccino.

℞. myva cytonior. ℥ ij. capiat cochlearia duo ante pastus.

℞. sumach. ℥ j. granor. berberis ℥ j. facti sunt noduli impositi per sedem.

℞. ol. commun. lib. i. cera alba quod suff. pistetur in mortario affundendo a quam frigid. fiat unguent.

℞. decoct. fact. ex ros. rubr. plantag. verbas. sem. portulac. acetos. rosar. florib. chamam. dissolut. ex mucag. sem. cytonior; extract. in aqu. solatriq. s. album ovar. z. ℥ ij. illius pradisli ceroti refriger. fiat fot.

℞. olei nucis mosc. ℥ s. pro stomacho.

℞. rad. alth. lib. s. coquatur in lacte ad lib. ij.

℞. pradisli. decoct. lib. j. mucag. semin. cyton. extract. in aqua plantag. axungia anser. an. ℥ s. mellis ros. ℥ vj. sacchari comm. ℥ ij. croci ℥ s. fiat clyster.

℞. olei ros. cyton. & mastich. an. ℥ vj. coral. rubr. & gallia mosc. an. ℥ j. cum cera. fiat linimentum.

℞. terra sigill. ℥ j. boli armen. ℥ j. Syrupi rosar. siccar. ℥ j. aqu. rosar. ℥ ij. fiat potus.

℞. pulver. pudendi cervini ℥ j. sacchari ros. ℥ j. fiat pulvis.

℞. far. fabar. ℥ ij. rosar. rubr. mastich. an. ℥ iij. carnis cyton. ceroti stomach. an. ℥ j. s. cum oleo cyton. fiat emplast. pro stomacho, & toto ventre.

℞. conser. rosar. ℥ j. philo. roma. ℥ s. terra sigil. ℥ j. corall. rub. ℥ s. cum saccharo. fiat bolus, capiat hora somni.

Ballonii Oper. Tom. II.

O 3

℞ cor-

℞. corticum myrob. citrin. ℥ s. passul. ℥ iij. glycyrrh. ℥ j. s. plantag. m. s. In colat. dissolve syrupum de cichor. compos. cum rheo ℥ s. rheub. pulver. ℥ s. philonii rom. ℥ j. fiat potus.

℞. aqu. decoct. sumach. & unius myrobal. plantag. rosar. berberis, ℥ iij. in quibus dissolv. boli armeni loti in aqua rosar. ℥ s. syrupi rosar. siccat. & cytonior. an. ℥ s. trochisc. de spodio ℥ j. fiat potus, capiat sero.

℞. philonii rom. ℥ s. syrupi cyton. ℥ vj. trochisc. de Karab. ℥ j. cum decoct. sumach. rosar. plantag. fiat potus.

℞. corticum myrobal. citon. cebul. an. ℥ s. fiat decoct. in aqua centinodia. In colat. dissolve syrup. rosar. siccarum ℥ j. aqu. arnoglos. ℥ j. s. fiat potus.

℞. myrobalan. citrinarum contus. cum amygdalis ℥ iij. fiat decoct. in aqua plantag. In colatura dissolve earumd. myrob. pulveriz. ℥ j. mithridatii ℥ s. syrupi de cyton. & menth. an. ℥ s. cornu cervi ulsi ℥ j. fiat potus aromatizatus cinnam.

℞. cypp. calami aromat. schenuanth. caryoph. an. ℥ s. rosar. rubr. menth. absynth. folior. myrtill. an. m. j. sem. anis. s. fenic. cumi, an. ℥ iij. balaust. ℥ j. includantur sacco: fiat decoct. in aqu. fabror. & vino stypt. pro fotu ventris.

℞. ros. rubr. absynthii, an. m. j. cypp. ℥ iij. sumac. balaust. nucum cupress. myrtill. an. ℥ j. gallar. ℥ s. fiat saccul. qui bulliat in aqua & vino rubro, adde aceti rosati ℥ ij.

℞. succi plantag. depurati, centinodia, an. ℥ ij. boli armeni loti in aq. ros. ℥ s. trochisc. de karab. ℥ ij. syrupi myrth. & cyton. an. ℥ s. fiat potus.

℞. ole. mastich. de absynth. de menth. ceroti stomach. an. ℥ iij. olei nucis mosc. ℥ j. caryophyl. & pip. an. gr. vj. fiat unguent. pro stomacho.

℞. ceroti santal. unc. ij. mastich. carnis cyton. an. ℥ s. rosar. rubr. unguenti comitiss. an. ℥ ij. Fiat emplastr. cum pulvere lapid. calam. & bolo.

℞. carnem unius perdicis, dimidiam partem capi, vitellina carnis frustum unum, folior. plantag. scabiosa, card. an. m. j. semin. berberis, cyton. 4. semin. frigida. major. an. ℥ s. conserva rosar. rubr. de ribes, conser. buglos. & ros. an. ℥ s. mica panis ℥ iij. Includantur omnia vase figulino, coletur in colat. ad lib. duas dissolv. succi granat. succi ribes, an. ℥ ij. s. frequenter utatur.

℞. olei mastich. cyton. & ros. an. ℥ s. pulv. rosar. rubr. corall. rubr. an. ℥ s. galanga ℥ j. cum cera nova in aqua plantaginis lota. Fiat linimentum pro ventriculo ad regionem umbilici.

℞. far. fab. ℥ ij. ros. rub. mastich. an. ℥ iij. carnis cyton. confortat. gal. an. ℥ i. s. cum oleo cytonior. fiat emplastrum pro ventre anteriore. Applicetur aliud parti postica.

℞. emplatri de gallia cum significationibus caliditatis ℥ iij. terra lemnia, coral. pulver. an. ℥ j. boli armeni, carnis cyton. an. ℥ j. s. cum ol. mastich. Fiat unguentum pro ventre toto.

℞. plantag. sumach. balaust. ros. an. m. unum. fiat decoct. pro dosi. In colat. dissol. trochisc. de spodio & kar. boli arm. an. ℥ s. syrupi ros. sicc. ℥ j. philonii romani ℥ j. fiat potio.

℞ co-

℞. coral. rub. pulver. trochisc. de spodio & Karab. cum ℥ ij. gummi tragacan. usqi, boli armen. loti aqu. ros. ℥ s. syrapi cichor. & cytonior. an. ℥ s. opij gr. ij. cum decoct. plantag. fiat potus.

Item ℞. pilul. de cynoglos. scr. s. Capiat ex syrapi. de siccis.

℞. succi plantag. depurati ℥ iij. trochisc. de Karab. ℥ ij. boli arm. loti in aqua rosar. ℥ s. trochisc. de spodio ℥ j. syrapi. myrtil. ℥ j. fiat potus. Valet hic clyster in summis doloribus.

℞. capita tria papav. tassi. m. j. rosarum, m. j. radices althea ℥ j. coquantur in aqua. dissol. lactis lib. s. pulverem duorum ovorum induratorum, pro tribus injectionib. in ventrem.

℞. rosar. sumach. balanst. & nucum cupress. galla. corticum granat. an. m. j. sem. berberis ℥ iij. alumin. ℥ iij. fiat sacculus qui bulliat in aqua febror. adde aceti ℥ ij. Ceratum santalinum malaxatum in oxytrato aut oxyrhod. applicitum hepatis confert.

Pleni sunt libri remediis quæ ad dysenteriam apprime conferunt, sive detergendum, sive leniendum, sive incrustandum, sive abluendum, sive incarnandum: denique pro variis scopis quos intueri possumus.

Solum hoc annotandum de dysenteria, quod alio animum convertentes, ad cetera adjicere non meminimus, conscriptum esse caput de ea ab Hippocrate lib. 2. Prorrheticor. in quem librum Galenus Commentarium non conscripsit. Quod eo a Galeno factum videtur, vel quia illum librum Hippocratis esse non putaret: quamquam hæc ratio jejuna videatur, quum ne alium librum priorem ipsius esse existimet, quem tamen scholiis illustravit: aut quia clarius videretur, ut & revera est, quam ut in conscribendis in eum commentariis opera infumatur: aut conscripsit & concinnavit, sed ii injuria temporis exciderunt, aut blattis & tineis esca sunt apud eos qui nimium publicæ utilitati invidentes, malunt nescio cui commentario oscitanter indormire, quam ejus partem suis communicare. Satis est locum Prorrhetici indicasse, ut ex ejus penu quodlibet, & semel subindicatum est, quum volumus, depromatur.

#### ANNOTATIONES.

1 Galenus hunc nodum solvit cap. 17. lib. 2. de different. febr. Quum pars imbecilla est, & aliunde in hanc humor influit, hic humor si pars bene affecta esset, alimentum foret, sed quia laborat est illi potius onus quam nutrimentum, ait Galenus; unde non mirum si corrumpatur.

2 Tamen cap. 1. lib. 6. de loc. affect. vult facile aut saltem facilius per comparisonem deprehendi tumores & inflammationes lienis, quam hepatis. Et quod ad simarum hepatis inflammationem spectat, non adeo difficulter cognoscuntur, quia simarum inflammationes cum gibbis partibus communicant.

3 Galenus loquens de intemperie hepatis, cap. 7. lib. 5. de loc. affect. ait: Calida hepatis intemperies cibos in eo contentos, & eos qui per venas mesenterii deferuntur adurit: frigida contentum jam in jecore humorem crassum

crassum contumaciorem reddit : id quod affertur semicoctum reddit arida sicciore, crassioresque, humida tenuiores.

4 Notanda vox, ( non solum propter ea quae dicta sunt ) supp. Nam hinc patet ob affectionem peculiarem ipsius mesenterii attractionem non fieri.

5 Galenus comment. in part. 2. lib. 2. Prognost. docet fluxorem alvi sequi ex inflammatione mesenterii, & hydropem, tribus de causis. Locus est notandus. Omnium autem amplissime de distinctione hepaticarum & mesaricarum excretionum, cap. 7. lib. 5. de loc. affect. Galenus.

6 Tamen in doctrina Galeni, intestina unam tantum habent facultatem: quomodo ergo lejentaria horum vitio contingit?

7 Inappetentia ad facultatem vitalem a Galeno refertur.

8 Comment. in part. 38. sect. 2. lib. 6. Epid. notat ichorem dici bifariam: & pro aquea substantia quae circumfluit crassiorem partem cujuslibet humoris, & veluti *μαρ ἰσχυρῆ*, quum malignam qualitatem humor ille adeptus est, a quo ichore mali morbi.

9 Sub finem libri de veteri medicina, certissimo argumento colligere possit & minores esse dolores in intestinis quam sint in hepate, & regione ejus & frequentiores esse in hepate. Nam quia hepar tenerum est, (*ἀραιὸν* Graecis) & sanguineum viscus; ideo magis sentit. Intestina nervosa sunt, membranosa, fortiaque, ideo magis resistunt.

10 Ab ea parte qua dolor sentitur, nullum iudicium sumi potest quo intelligas colon intestinum potius quam tenue affici ac laborare. Ait Galenus cap. 5. lib. 2. de loc. affect. quod falsum videtur. Nisi quis dicat generaliter ex vehementia doloris dicere nos posse tenue quam crassum intestinum laborare: si enim vehementissimi dolores, credibilis esse in crassis intestinis; sed peculiariter a parte affecta non possumus indicationem sumere ut iudicemus colon potius laborare quam aliquod ex tenuibus intestinis.

11 Quo pacto dolores in intestinis excitentur ob revolutiones eorumdem; Hippocrates libro de veteri Medic. sub finem expl. cavit.

12 Ex cap. 5. lib. 2. de loc. affect. tenuitas corporis intestinorum efficit ut non diu humor crassus retineatur: quod contingit in crassis. Ideo Galenus loquens de dolore colico quem patiebatur, ait: Neque tamquam per tenue corpus brevis temporis spatio dolor transibat, sed quasi a profundo per crassius corpus ferebatur, quam sit tunica tenuium intestinorum. Tamen ibidem ait: Nullum a parte a qua dolor excitatur, aut qua sentitur iudicium sumi, ut magis tenue quam crassum intestinum affici intelligamus. Quod falsum est, & iis quae hic dicuntur contrarium. Nec video quomodo coherere possit, nisi forte ob revolutionem coli intestini dicat fieri non posse ut si spectetur situs doloris, iudicemus aut colon intestinum laborare, aut tenue aliquod. Et nisi ita locus audiatur, non eum possum explicare. Situs enim fallax omnino est; nam ileum intestinum infra umbilicum fere totum est: ergo ex situ nil colliges.

CON.

## CONSILIUM LIV.

## De Angina.

**C**ONSTITUTIO aquilonia impense frigida & sicca sævierat, quum in hominum genus magna morborum vis invalit, ac præsertim febres, cum magna perfrigeratione, calescendi, frigescentique erat vicissitudo, & crudor quidam, ut Aristoteles i. Problematon 9, & 10. problemate annotavit. Ille autem crudor, Græcis σφάκελος, maxime ob frigidam, siccam, aquiloniamque constitutionem solet contingere. Pleuritides grassatæ sunt, peripneumoniæ, pulmonumque variæ affectiones, atque inter cetera tusses & raucedines, præsertim quum desæviente hieme quæ in summo squalore & rigore frigoris congelata, conglaciataque fuerat, fundi liquarique cœperunt. Inter cetera ophthalmiæ multis πόωδεις, multis ἔνθαϊ, ut quæ in siccitatibus ἀνυχὺς Græci vocant, contingere solent: 1 item deglutiendi quædam difficultas cum febre, linguæ scabritie, totius oris squalore quodam, juncta virium infirmitate. Atque de hoc tertio agere institutum est; nam & quum nil appareret in faucibus, & tamen deglutire apte non possent ægri, nec solemnis remediorum usus quicquam conducirer, idipsum nobis medicinam facientibus plurimum negotii dedit. Tres nobis videre contigit in quibus nil apparebat rubrum in faucibus, nil extra: non erigendi capitis ulla necessitas, & tamen per quindecim dies sine ulla tussi, sine excreatione manserunt, cum linguæ & totius oris ad mediam fere asperam arteriam squalore, siccitate, non calore ullo effatu digno, sine tumore ullo, & tamen nil allevabantur. Hippocrates quidem part. 20. lib. 3. Prognosticon, meminit cujusdam synanches quæ ægrum in periculum non conjicit: non laborat guttur, sed in fauces, aut in cervicem, aut in utramque fluxio fit: maximaque ex parte cervix & pectus ruborem contrahunt. At talis fluxio *sacer ignis* ab Hippocrate vocatur, quod erysipelatodes fit. Nec dolent vehementer, nec difficulter spirant, quum guttur non perpetiatur. At in nostris ægris nullus rubor in cervice, aut pectore, sed tantum nescio quid superficie tenus in faucibus & circum vulvam apparebat: dumque saliva deglutiebatur, difficultas quædam erat. Item partic. 17. lib. 3. Prognost. meminit faucium exulceratarum in febribus, quod nos aliquando observavimus, quum & a capite rodens humor defertur exulcerans, & postea vi febris rursus summittitur humor; qui ob calorem febrilem acrimoniam acquirens malum continet atque protrahat. Sed nil in ægris nostris tale apparuit. Quid ergo fuit quod illis tantam molestiam pareret? Illa difficultas, quæ aliquid σωμαχικόν in se habebat, & forte ad synanchen referri potest (generali enim nomine quicquid nonnullam difficultatem spirandi affert, aut circa guttur, aut fauces, illud synanche nominatur Galeno comm. in lib. de diæta acutor. Sed unde illa difficultas, quum nec magnus dolor, nec phlogosis apparens, immo nec tumor, aut phlegmonodes aut pituitosus, nil erysipelatodes apparebat; & tamen maxima est siccitas, nil resudante, nil excreto, squalor est, & languent admodum ægri. An hic morbus angina sicca, aut biliosa, aut morbus siccus vocabitur?

Re-

*Aph. 12.* Reperio apud Hippocratem nomen τὸ ξηρὸν multis rebus attribui, & magnam vim habere, immo majorem forte quam quis existimet. Si liceret orationis vela pandere, multa ea de re disputari a nobis possent. In aphorismis multis in locis invenio ὀφθαλμίας ξηραί, & ὀφθαλμίας φθινώδεις, quæ eadem & ξηραί dicuntur, ἐν αἰχμοῖσι. Item apud Hippocratem 4. de diata acutor. χαλῆραν ξηραί ἔ ὑγρὸν & apud eundem Hippocratem, anginam reperio χολῆρα, λῶδεα, πικρόχολον (ita enim eas voces admittit Galenus clarioris doctrinæ gratia, ut distinguatur ab ea angina, quam φλεγματικὴν appellari volunt. Et illa angina a nitroso humore fit, qui non fauces obsidet tantum, sed musculos a tergo, ut paullo post explicabimus, orthopnoeamque parit, καὶ τὴν ξηρότητα ποῖω, ita tamen ut nil appareat. Notanda hæc vox ξηρότητα ποῖω nam & in 4. Aphorismorum, periculosissimam quamdam anginam video, ἧς τὴν υπερβάλλουσαν ξηρότητα, unde strangulatio, accedente quoque febre quæ eam siccitatem adaugeat. Præterea in 1. de Diata acutor, τὸ νόσημα ξηρὸν ἔ ὑγρὸν reperio. Quonam vero in sensu omnes hæc sententiæ, in quibus τὸ ξηρὸν reperitur, accipientur? Item & hæc in qua Hippocrat. periculi jam advenientis signum dat, in jam pernicioso morbo, ait, parvi tremores, & vomitus æruginosus, qui in potibus substrepunt, & ὑποβορβορίζουσι ἐν ξηροῖσι, καὶ χαλεπῶς καταβρακτίζουσι, idest, in siccis submurmurant, & deglutiunt difficulter. Duretus illud ὑποβορβορίζουσι ἐν ξηροῖσι refert ad murmur hypochondriorum, ut murmur illud sit ob inflammationem diaphragmatis in sympathiam cerebri tracti: ego vero non ad murmur ob inflammationem diaphragmatis refero; quamquam scio borborygnum inde nasci posse, sed quum & strepitus in bibendo, & difficilis deglutitionis meminerit: ego illud murmur ἐν ξηρῶ, in sicco, refero ad id quod apparet sæpe in delirantibus, in quibus laryngis musculus siccati sunt, ut non amplius motum facilem præstent nec obediunt. Nam quum bibunt illi, & delirant, pars aquæ quæ descendit quodammodo in præceps cum sonitu, in vacuo & inani descendere videtur: obauditurque murmur & borborygnum circum præcordia, siccatis musculis, & liquore recta descendente, nil administrantibus illis musculis. Sic illa vox, ξηροῖσι, ad difficilem illam deglutitionem potest referri, quum tanta siccitas sit, ut musculi inertes sint, & propterea auditur sonus & murmur, ac si in cavum aliquid aquæ conjiceretur.

Nunc singillatim explicemus vocis illius ξηρὸν significationes, ut tandem de angina, aut potius de dispositione anginosa oratio nostra terminetur. Ita enim Medicis debet constare, quibus incumbit ex officio morbi ideam causamque animadvertere, qua ex causa difficultas deglutitionis pendeat. Nec enim audito anginæ aut difficultatis deglutiendi nomine statim ad secandas venas anulares, ac gibberi accedendum: quum alias a materia hac aut illa, alias a nescio qua intemperie illa difficultas deglutiendi oriatur. Unde auctor lib. 4. de diata acut. duas anginæ species facit a materiæ diversitate desumptas: ut cognitis ideis morborum in remedium delectu aliquanto exactiores simus, ne male, temereque unum pro altero usveniat.

*Idea morborum noscenda.*

*Ophthalmia sicca quid.*

Οφθαλμ.

Ὀφθαλμῖαι ξηραὶ ἢ ὀφθαλμῖαι φθισαῖες, quum ab Hippocrate dicuntur, aut quum ὑγραὶ, ita eas dici accipiendum est, ut in siccis lippitudinibus nil humoris manet; in humidis, non crassus humor, sed tenuis, quamquam quibusdam placet, eas ξηραὶ dici posse, in quibus aliquid acre, mordax, pungens, & lancinans, non quantitate, sed qualitate peccans, excernitur. Et hoc fortassis probabilitate non caret. Humidas ophthalmias Hippocrates describit in Epidem. *In constitutione calida, humida, austri-* part. 46.  
lib. 3. E-  
pid. sect.  
*naque, multis fiebant* (ait) : *ophthalmia humida, longa, diuturna, laboriosa* : palpebrarum foris & intus ἐπιφύσεις, idest progerminationes, quas *ficcos, Græcis σύκα vocabant*. Humiditatis copia & ophthalmiam attulit, & tubercula in palpebris : sed qua id ratione factum est, quum a duplici humore hoc duplex vitium natum videatur? Etenim humiditas ophthalmia ab humore est tenui, Galenus dicit, ἀπὸ τοῦ ῥάματος ὑδατώδους : at σύκα, sive ἐπιφύσεις, sive ὀχθαδῖαι ἐπανάσεις (omnibus enim his nominibus unum & idem significatur) a crassiore, lentioreque humore esse videtur : hoc ipsum & Galenus fatetur : ait enim in Commentario, humoris redundantis superfluitatem duplicem speciem in tenuitatis & crassitiei differentia habere, tamen si idem esse humor videatur, & in eodem loco consistat. Quod hac ratione in corpore succrescere confirmat : *Quum* ait, *corpus exercitationibus solitis concitetur, moveatur, diffletur, ac lustretur, copiam & crassorum & tenuium humorum simul coacervat : crassorum ob desidiam & socordiam : tenuium & aquosorum ob vacationis prohibitionem*. Ac si in quolibet humore sit quippiam quod limi & facis rationem habeat, quippiam vero quod feri, liquidiorisve partis. Qui autem discernas varios effectus utriusque humoris? tenuiorem partem excerni testabantur dejectiones liquidae, urinæ, aquæ : crassiorem partem, vel gravitas capitis, vel coma, vel quia moram trahit cunctaturque in corpore. Et clarioris doctrinæ causa affectus quosdam nasci dicemus ab humore crassiore per congestionis modum : alios a tenuioris humoris copia per suppressionem, idest, qui suppressus est in constitutione aquilonia : deinde via aperta in partes influxit. Id quod tenue & aquosum, ophthalmias humidas fecit : id quod crassum ac deses, ἐπιφύσεις quasdam in palpebris foris & intus. Quod enim crassum est, quia pigro gressu insistit, partibus inhærens alium morbum producit quam id quod tenue est, & ὑδατώδης. *Ἐπιφύσεις* progerminatio dicitur, *σύκα* ficus; *ἐπανάσεις* seu *ἐπανήσια*, quod nomen apud Medicos potest sumi pro eruptione. Apud Aristophanem, bullam, papulam & phlytanam significat : & quod dicitur ἐπιφύσεις, illud ἐπι' significat in palpebrarum extremo protuberantiam, eruptionemque apparere ; hoc enim verbum ἐπιφύεσθαι significat : Galenus in Commentario interpretatur nomen ἐπιφύσεων, τὴν ἐπανάσειν ὀχθαδῖαι. Interpres, Tuberculum collium modo, vertit : & male; hoc enim grammaticoteron. Etsi enim ὀχθαδῖαι, præruptum ripæ locum significet & eminentiorem paullo, & ὀχθαδῖαι colliculum prominentem ; tamen debuit scire ὀχθαδῖαι apud Medicos pro verrucis, sive verrucosis extuberantiis sumi. Ita enim Marcellin. lib. 2. Dioscoridis. Ergo τὴν ὀχθαδῖαι ἐπανάσειν verti oportet, eruptionem,



nem, extuberationemque verrucosam; quamquam Interpretis lectio plausibilis est, quia Grammaticum agit.

Ut ad institutum redeamus, humida ophthalmia dicitur in qua aliquid aqueum & tenue manat: *Ξηρά*. autem est quum aquilonia tempestas calidam humidamque exceperit; hæc enim frigida constitutio ut manus spongiam, sic cerebrum comprimit; hinc humor in has illasve partes exprimitur, ut in oculos: quia autem extremo frigore cutis densatur, hinc ophthalmia sicca nascitur: idque maxime in siccis ac biliosis. Quod notandum est ex Hippocrate. Neque enim in omnibus sicca ophthalmia præfente constitutione aquilonia fit. 2 Et alio loco in lib. de aere, locis & aquis probabilem afferit rationem cur in siccitatibus, & squaloribus ophthalmiæ sicca nascantur. *Bilis*, inquit, ( loquitur autem de hominibus biliosis ) *pars humidissima, atque aquosissima exsiccat, atque absumitur, crassissima vero & acerrima linquitur*, supp. & *siccas ophthalmias & febres acutas faciens*. Itaque ex eo Hippocratis & Galeni loco colligi potest, verisimilem eorum opinionem qui siccam ophthalmiam interpretantur, in qua aliquid nitrosum, paucum, siccum, acreque apparet mordicans oculos, non autem in qua supprimitur omnino humor, ut prius dictum est de aquilonia constitutione humores supprimente. Hinc effici potest

Gomm. in  
Aph. 12.  
lib. 3.

Lib. de  
locis aere.

Aph. 15.  
lib. 3.

Aph. 16.  
lib. 3.

*Ξηρά*: *ὀφθαλμία* bifariam intelligi posse, & eam in qua multus quidem humor ob calidam humidamque constitutionem, est, sed supprimitur ob ambiens frigidum, eaque ophthalmia cruda dici potest, eo modo quo in libris de Dieta, morbus siccus dicitur, idest crudus, in quo excrementum nondum apparet: & eam in qua non tam quantitate quam qualitate humor in vitio est; ut quum acer, mordax, in bilioso humore succrescit, tempore squalido, arente, aquilonio si vis: & species quædam erit ophthalmiæ, eaque *τῆ ὑγρῆ ὀφθαλμῆ* opponetur. Et hæc posterior de genere earum ophthalmiarum est, quæ a Galeno & Hippocrate vocantur *φθινώδεις ὀφθαλμῖαι*. de quibus antequam dicamus, afferemus opinionem Aetii & Celsi *περὶ Ξηροφθαλμίας*, nomine composito. Aridam lippitudinem definiunt, in qua subaridi oculi nec tument, nec fluunt, sed cum levi pruriginè ingravescent: & palpebræ citra duriciem prægravi pituita inhærescent. Huic similem faciunt *ἄσπριτον ὀφθαλμῖαν*, aspritudinem oculorum ac scabram lippitudinem interpretantur, rubor est oculi, pruritus a nitroso salsoque humore. Ac credo in his apparent quibus corpus biliosum est, aut putri salsaque pituita plenum. Ergo ophthalmiæ tabificæ quædam sunt, *φθινώδεις* vocant ut sine distinctione sit legendum in aphorismo 16. lib. 3. Aphorismor. *ἐν ἀυχμοῖσι φθινώδεις ὀφθαλμῖαι*, non autem cum distinctione, lippitudines in squaloribus, & item tabes, ut contendit Galenus in Commentar. siquidem negat in siccitatibus, quatenus tales sunt tabem contingere: at nec articulorum dolores, nec dysenteriarum ipsarum, nec stranguriarum in squaloribus contingunt. Quis dicat sine humore aut arthritim, aut dysenteriam, aut stranguriam nasci? Ideoque perplexus est admodum Galenus in exquirendis hujus aphorismi demonstrationibus. At mihi parum consultus videtur Galenus, quasi vero non noverit in squaloribus ferinas destillationes & dysenterias

ab

ab acri, squalidoque ( ut sic dicam ) humore , qui sensim atque sensim sese exurit. Nec enim adeo rudis Hippocrates , ut *αυχμόν* intellexerit sine aliquo humore, & in medio omnis recessus : quasi vero squalor temporisque arida & squalens tempestas non vim aliquam humoribus imprimat, & non in tali constitutione squalida ichorum dominatus non sit satis malignorum. Itaque accuratior fuit hic Galenus, & frustra. Porro *φθινώδεις οφθαλμίας* videtur & Galenus referre. Quamquam ophthalmiarum tabificationum hoc sit proprium, ut ad tabem, consumptionemque oculorum pertrahant, & tamen in squaloribus grassantur: an vi squaloris, an ratione humoris sicci, nitrosi, mali. Si humor est, quare non & tabes ab humore? Si vi squaloris, si oculus tabescit ac consumitur, cur non & reliquum corpus? ut nomen *τῆς φθίσεως*, non pro tabe, quæ proprie ulcus, aut aliud pulmonis vitium sequitur, sumatur, sed pro qualibet consumptione, ut posse sumi Galenus suspicatur in Aphorism.

Item *ξηρόν νόσημα* reperitur apud Hippocratem partic. 22. comment. 1. in lib. de Dieta acut. quum diætæ instituendæ rationes docet. Nam quamdiu morbus siccus manet, tamdiu a pleniore cibo abstinendum, nec naturæ negotium faceffamus : nec tantum ad morbos thoracis nomen *τῆ ξηρῶ* referri vult, sed ad omnes partes laborantes, in quarum affectionibus nihil excernitur eorum quæ redundant. In sicca ophthalmia, ait, quum nil refudat : in cerebri affectibus, quum nec per nares, nec per palatum rei cuiusque excretio sit : in affectibus partium in ventre inferiore contentarum, quum alvus rescicata admodum est. Et idem in ceteris. Quum autem excernitur aliquid, vocat morbum *ὕγραίνεσθαι* humesceri.

Sed quæstio hic magna oriri possit, an sit idem morbus siccus : & crudus : an idem, morbum humescere & coctum esse, ut omnia per synecdochen capiantur. 3 Videtur idem esse morbum crudum & siccum, item coctum maturumve, & humidum dicere. Nam, exempli gratia, in pleuritide oris mador, sputi expectoratiq̄ue facilitas tamquam *ἐπιφανόμενον* jam initium morbi præterisse, & brevi finitum iri demonstrat in Aphorismis. Si ergo siccus, idest crudus est quum nil excernitur a parte, sed materia coercita conclusaque in parte est : ergo in cujus ophthalmiæ initio fluor & lacrymæ multæ sunt, ut in humida ophthalmia, ex 3. Epidem. Hippocrat. ante monstravimus, ea dicitur humida, proindeque cocta : consequens autem falsum est. Item quum cerebrum plethoricis auctum est symptomatis, & per oculos, nares & palatum multæ pituitæ liquidæ crudæque excretio sit, ista excretio significaret morbum humidum, idest coctum : hoc autem falsum est. 4 Itaque tametsi quum madet os in thoracis affectibus, brevitatis morbi indicium est, non tamen idem est siccum ac crudum : nec coctum, & humidum. Liquidior enim pituita ad humectandum propinatur, non autem ad coquendum dari dicitur. Quocirca ut in omnibus admirabilis est Hippocrates, ita hujus quæstionis nondum quodammodo dissolvit ; scribit enim : *Si autem os madefiat, & qualia oportet a pulmone excernantur, sorbitionis quantitatem augetis*. Nam quæ citius madent, Græce *πλεδούσκα*, celerioris criseos notam præferunt : si coctum

Comm. in aphor. 10. lib. 3.

Part. 22. com. 1. in lib. de Dieta acut.

Sicca tabes ab Hippocr. describitur lib. de ossium natura :

Aph. 12. lib. 1. & lib. de crisi sibi passim.

*Part. 23. lib. 1. de diet. acut.* coctum & humidum, idem significarent, & ξηρόν καὶ ἄμυρον, crudum seu απεπτόν dixisset simpliciter; si os madescat; nec adjecisset, & qualia oportet educantur. Nam hæc particula, καὶ ὅπῃα δεῖ, εἴη, non jam amplius contrarium siccitatis declarat, sed jam ad coctionem nos insinuant: id est, coctionis tacitam mentionem injiciunt. Et illud est quod acute Galen. in comm. in partic. illam, annotaverit, verba illa; *si qualia oportet excernantur*, coctionis argumenta, signaque γυρίσματα Græcis, exhibent. 6 Et si humidum esse ac coctum esse idem significarent, catharrota dispositiones qualescumque forent, de coctorum morborum numero essent. Nec dubium quin in quibus morbis excretio esse debet materiæ, si illa materia supprimitur, & siccus morbus dicitur & crudus: & quum excerni incipit cocta, tum morbus ὑγραινέδαι dicitur: & in quibus ante tempus excretio fit, nimirum materiæ crudæ, tamen tunc νόσος ξηρὰ dici non possit, quia effluxio fit, tamen crudus vocabitur. Sed hæc subtiliora.

*Comm. in part. 103. lib. 4. de diet. acut.* Præterea χολέραν ξηράν & ὑγρὰν apud Hippocratem reperio in 4. de Dieta acutor. Humida cholera dicitur in qua magna contentione & virium jactura sursum deorsum excretio fit putrium, incoctorumque. Galenus in comment. vult oriri ab acribus humoribus generatis a corruptione assumptorum: Arida fit a spiritu flatulento acri. Videtur ex sententia Galeni his nasci sicca cholera qui cibos coctum difficiles sumserunt, transire nequeunt, quibus adjecti sunt cibi acriores ac calidiores: 7 & tunc flatulenta copia impedit quominus quicquam excernatur. Unde quomodo magna, an non illa cholera in qua calida assumpta sunt cum difficillibus coctum, potius humida dicenda sit quam sicca? Hippocrates ait quidem lazerpitii radicem choleram siccam efficere, sed postea jungit, si cum multo caseo & carne bubula sumatur. Sic in Epidem quidam vorax esu carniū porcinarum, haustu vini generosissimi & placentarum, in Choleram incidit, supp. siccam, ut ex priorē Hippocratis demonstratione colligi est. Quid ergo erit humida? Quantum ex collatione locorum colligo, in humida cholera plus est materiæ corruptæ, facultatem expellentem irritantis ad excretionis omne genus, ut in hoc dicatur humida, quia excretio fiat; qua nominis significatione sumi τὸ ὑγρὸν diximus ante. In sicca plus est crudæ; crassæ, impactæ, & flatus eam materiam subigente, agitanteque; unde membranarum divulsio disruptioque aliquando, & gravissimi dolores. In eoque sicca dicitur, quod nil fere excernatur, sed convolutio fit quædam intestinorum, & inflatio ventris. Qua in significatione τὸ ξηρόν sumi dictum est paullo ante. Atque adstrictionem esse flatuumque magnam iliadem collige ex Hippocrate eodem loci: *Ab arida cholera venter inflatur, strepitus fiunt, dolor laterum & lumborum, nihilque alvus dejicit, sed adstringitur.* Ergo ξηρότης ipsius in cholera sicca vis in eo, quod cohibitio retentioque est materiæ. Quamquam Galenus Comment. in partic. illam non vult probare istam suppressionem flatuum ad constituentem hyparxim, naturamque τῆς χολέρας ξηρᾶς, quod tamen a ratione alienum est. Verba ejus sunt: *Quum flatus interdum exire possint, interdum retineri, aridam choleram ob retentos flatus generari asserere nequeo; nam probabilis est eos vocare (suppl. cholera sicca laborantes) in quibus potius fla-*

flatus erumpunt, quam retinentur. At contra: etenim nonnullos summis cum cruciatibus cholera sicca laborantes mori videmus, in quibus nil fere excernitur, nec materiae, nec flatus. Membranarum enim offensae, & divulgationes ex eo maxime sequuntur, quod spirituum magna sit vis materiam veluti subigens, diripiensque, & dum penitus subitur, solutione unionis partium praesertim nervosarum implacabiles dolores excitantur. Atque idem in ventriculo contingit & partibus vicinis, praesertim membranosis, quod in su-  
*Comin. ad part. 27.*  
 rarum affectu, qui Graecis peculiari nomine *σωολική* dicitur: Gallice *gonites* *li. 3. Pro-*  
*rhetic.*  
*meminit*  
*τις συν-*  
*ολικής*  
*σπαιώ-*  
*δης.*  
 crampes; inclusus est enim spiritus divellens, & exitum sibi quaerens. De Cholera sicca dictum sit haecenus.

Accedamus nos ad id cujus gratia instituta est disputatio. Institutum erat dicere de Angina, & anginosa quodam affectu (ita enim loquar) idest, de difficili deglutitione. Quae difficultas in faucibus & gutture synanches aut *σωαγγικός παθήματος ὕπαρξις* constituit. Animadvertimus enim in quibusdam, ut initio dictum est, ariditatem summam linguae (talem autem linguam Hippocrates 7 Epidemiorum vocat *γλωτταν περιπλωμονικήν*, quod iis qui inflammatione pulmonis laborant familiaris esse soleat) dolorem occultum & latentem colli musculorumque omnium qui ad humeros usque protenduntur, faucium est squalor, siccitas, nil tamen apparet quod arguat id de quo tamquam de difficili deglutitionis causa quaeri possit. Quaerendum itaque quis sit affectus, quo nomine donandus, cujus speciei, quae idea, qui mos & ingenium. Potest generaliter affectus *σωαγγικός* dici, ut Galenus Comment. in partic. 30. lib. 4. de diæta acut. sumi posse ostendit. Duplex autem omnis est *σωαγγικός*, ut auctor lib. 4. de Diæta acutorum vult, aut est a materia crassa, viscosaque quae in majoribus vasis continetur, aut a tenui, acri, biliosa, quae sua tenuitate majores amplioresque venas pervadit, sed in tenuiores sese insinuat; in synanche a crassa materia tumor est brevi strangulans: alter *σωαγγικός*, qui a tenui fit, non ita sese tumore effert, sed intemperie potius quadam, & erysipelatodes dicitur: Galenus dicit vocari posse *πικρόχολον*, aut *χολώδεια*. Hanc autem ita describit: *Quum a capite tenuis fluxio est, & nitrosa, quasi ab anni tempore talis sit, mordet, ulcerat, orthopnoeam parit, & siccitatem multam: Qua inuentibus nobis apparent ἰσχυρά φαίνεσθαι, minime tumentia apparent.* Ita enim non pro gracili *ἰσχυρόν* fumitur, sed pro humili, non tumente. 8 Quo loco mihi videtur anginam nostram, de qua laboramus, describere; nam & siccitas multa erat, quam Hippocrates *πολλὴν ἔνστασιον* vocat verbo antiquissimo: & difficilis deglutitio, nihil autem in faucibus aut gutture apparebat: nec alius color fere a proprio erat, nisi quod siccitas esset. Magnum enim est observare an dissimilis sui sit color. Propterea veteres vocem *ἰσχυρά* interpretabantur per *ἀχρόα*, idest, decolorata, non habentia colorem qui adesse deberet si inflammatio esset. Sed tamen hanc interpretationem ridet Galenus in Commentario. Galenus autem rationem reddit cur non tumeant partes laryngis & faucium: non quin biliosus humor multus collectus, non possit tamen efficere, ac praesertim humor qui a capite descendit: omnis enim pituitosae naturae propinquus est, ut propterea pituitae naturalis fontem cerebrum asseveraret auctor lib. 4.

*Part. li. 4. de Diæta.*

de

de morbis, & lib. de glandulis : sed, ut ait Galenus, fit ut fluxionis partem recipiant faucibus vicini muscoli : item qui a tergo siti sunt, ubi & stomachus qui sæpe simul afficitur. Sic rationem reddit & cur siccitas, cur tumor non adfit, diffusa, liquataque materia : item cur a tergo & circum collum dolores adfint : atque talem affectum, & symptomata qualia hic describuntur, mihi visus sum videre in istis agris quorum superius paullo memini, nisi quod talis synanche per eundem Hippocratem vel ætate, vel autumnno fiat. At hæ affectiones synanchicæ, quarum meminimus, in hiemem inciderunt, eamque acerbissimam. At quid obstat quin dicamus id quod ante observatum est, per hiemem coacervari crassos humores, & eorumdem ichores sive serositates, quæ quum diu suppressæ fuerint, acrimoniam & *νιτρώδεις* τι acquirant, *δυσανκτε*que hieme, tenue illud subit tacite, & morbos sui generis committit. Atque eo modo fiet angina *ξυρὰ*. ita enim loquar doctrinæ causa, quo & ophthalmia *ξυρὰ* : non quin fit humor aliquis, sed potius qualitate quam quantitate peccat : & facit squalorem, nescio quam intemperiem aridam : quod explicavit Hippocrates, quum ait, istum humorem nitrosum efficere ut *ξηρασίν πολλή παραγιγνται*. hinc fit ut subdiderit, & *tendines cervicis posteriores intenduntur, apparentque intenti ac si tetanus esset* : hinc vocis amissio : quod indicat scribens, *ἢ ἡ φωνὴ ἀπίτρωγε τυτίσι ἀπόλλυτο*, ait Galenus, per laryngis passionem.

*Comm. in  
aphor. 32.  
lib. 4. de  
dia. acut.  
Aph. 35.  
lib. 4.  
Aph. 34.  
lib. 4.*

Vocis autem generatio in ea maxime parte fit, quæ Larynx vocatur, Galeno teste. Huc maxime pertinet locus de Angina letalissima, quam describit Hippocrates in Aphorism. *Si a febre habito collum, pervertitur, & vix potest devorare, sine ullo tumore, letale*. Paullo ante alium scripserat aphorismum de angina quoque. Si a febre habito, tumore non existente in faucibus, strangulatio repente supervenerit, letale. Aliud esse scribit Galenus, *vix potest devorare, & quum strangulatur*. Quum autem dixit, *tumore non existente in faucibus*, tacite indicat affectum esse solum guttur, quod *λάρυγξ* dicitur : quum repentina strangulatio necessario laryngis affectionem significat, undelibet hoc contingat, sive ab inflammatione, sive aliter, ut paullo post dicemus, quum inquiretur an sola intemperies sicca hoc efficiat. Mirum quomodo in aphorismo illo prædicto, in quo scriptum, *οὐδὲμας μὴ ἴστος ἐν τῷ φάρυγι*, quum nomen *φάρυγος* per *fauces* interpretentur. Nam illud animadverterunt auctores Græci, nomen *φάρυγξ* in masculeo genere, guttur significare, & cum nomine *λάρυγξ* confundi : in feminino, *φάρυγξ* *fauces* : & Hippocrates in masculino genere accepit. Sciendum non necessario semper laryngem significare quum masculei generis est : promiscue enim *ὁ φάρυγξ* & *fauces* & *guttur* designat : sed *ἡ φάρυγξ* *fauces* semper denotat. Proptereaque Galenus in commentario utriusque aphorismi a nobis citati, quum verba Hippocratis adducit, non amplius usurpat articulum masculeum *ὁ*, *τὸ*, *τῷ* sed *ἡ*, *τῆς*, *τῇ* : quod diligenter notandum est, ut omnis amphibologia declinetur : Quod Galeni ingenium vix deprehendent linguæ græcæ ignari. Propterea parum legendo proficiet, qui versionibus tantum latinis impolitis & rudibus, nec ulla ex parte attingentibus Asiaticam sermonis venustatem, operam accommodabit.

Ergo

Ergo quum non apparet tumor in faucibus, & repente suffocatio incidit, praesertim dominante febre, mortis metus est maximus. Quare Galenus duo: cur dum in illo aphorismo anginae funestissimae meminit, non mentionem facit de dolore, ut fecit in prorrhetico, dicens, *fauces dolentes*; item an angina absque dolore esse possit. De priori ita statuit: Tametsi non meminit doloris, potest tamen intelligi. De posteriore ita, Si angina sit cum inflammatione, non potest non adesse dolor. Potest autem strangulatio fieri sine dolore tribus modis, vel oborto tumore frigido quod *oidynia* dicitur. 10 Vel resolutione musculorum laryngem aperientium, unde angustior redditur meatus: vel ab utroque simul: tertio summa siccitas & squalor musculorum interiorum laryngis hoc efficere potest: ita enim supra modum extenti, meatus angustiam afferent. Sed quaestio orietur difficillima: Si indolens angina & strangulatio repente contingere potest, ut hic docet Galenus, an a siccitate immodica id fieri potest? Videtur non posse fieri; nam intemperiem siccam anginae auctorem, si ita fors ferat, necesse est longo admodum tempore acquiri, ut ex locis infinitis Galeni colligi potest: quomodo ergo ab ista immodica siccitate repentina strangulatio contingere potest? Ista videntur asystata. Nisi quis dicat siccitatem quidem tempore acquiri, sed illam non sufficere ad necandum nisi febris concurreret maxima: quae febris (nulla adhuc praesente alia siccitate) brevi tempore omnium instrumentorum tensionem atque ariditatem asserre potest, praesertim si sit e genere febrium *καυσάδισον*. Ac propterea quum in alio aphorismo scribit: *Si cui a febre occupato collum invertitur, & vix potest devorare, sine ullo tumore, letale*. Galenus in Commentario miratur Hippocratem non meminisse loci, quum ait, *tumore non exsistente*, ut fecit alio in aphorismo: sed subaudiri intelligit, vel, in faucibus, vel, in collo ipso. Ait autem istam strangulationem, aut potius deglutiendi difficultatem ab inflammatione musculorum gulae praesentium, aut gulae ipsius oriri posse: & ab ista inflammatione contorqueri potest vertebra. Vel enim a tuberculis invertitur, vel ab inflammatione ob tensionem partium inflammatarum, & ad sese retrahentium. Est enim affectus cervicis in quo vertebrae ad anteriora luxantur, vel solum musculis qui cum ipsis communicant affectis tumore, vel nato tuberculo, ut placet Galeno: vel extensis ob inflammationem partium nervis ac ligamentis, ut notat Galenus Commentario in Aphorism. 35. lib. 4. Aphorism. Atque ut explicet rationem illius anginae de qua sermo est, affert locum ex Hippocrate, quo in loco vult eandem anginam describi quae & hoc in loco. Textus autem est: *Anginam patientium tales erant affectus: Colli vertebra intro vergebant, extraque apparebat collum habere cavitatem, & hoc tactum dolebat*. Notandum autem illo loco mentionem fieri de angina in pestilenti constitutione. Quare rursum cur Hippocrates dum loquitur de angina a contorsione colli in febre ingente, non meminit doloris ut & in Epidemiis? si enim inflammatio est, necesse adesse dolorem: an non inflammatio est praesente tanta febre, & facta contorsione colli? unde ista contorsio? Concludit istam anginam ab excedente fieri siccitate, a qua tensio, hinc tractus, a tractu eversio

An in angina dolor.

Cap. 3. lib. 4. de loc. aff.

Lib. 2. Epidem. Vide cap. 3. lib. 4. de loc. aff.

Ballonii Oper. Tom. II.

P

ver-

vertebrarum. Quum enim adest ista siccitas, a qua tensio, tractus; everfio, angustia meatus, difficilis deglutitio, malum hoc: pejus vero si febris addit. Nam & febris auget usum respirationis, cui non potest satisfieri ob meatuum angustiam: item auget siccitatem; sic malum malo cumulatur.

Quaestio: Si est excedens siccitas quæ anginam quodammodo pestilentem facit: unde illa siccitas? an repente incidit, an non? an humor est? Dicam quod sentio, & accommodabo ad ægrum nostrum, cuius ergo instituta est hæc disputatio.

II. In summis squaloribus, præsertim dum æstus adsunt, vel etiam in sicca & aquilonia constitutione in qua supprimuntur humores; sed tenuerantur serum exprimitur vi ambientis, ut exemplo spongiolæ fieri contingere scribit Galenus in Commentar. in 3. Aphorismorum, sæpe circum fauces, collum, oculos, siccitates oriuntur, quarum ratio nulla reddi potest. Et difficultas deglutiendi est, nullo apparente tumore vel in gula, vel in pharynge, vel in larynge. Et squaleretque ægrotis guttur; lingua scabra, exigua febris & latens, quasi ab ambiente calido evocato foras calore, aut ab ambiente frigido nimium (nam in squaloribus hæc fieri diximus, dictum autem velim quum vel excessus est caloris, vel frigoris) retruso in centrum calore; unde quemadmodum in oculis *Ξηροφθαλμία* nascitur, ita *Ξηρογλίνα*, si verbum confingere liceret, aut *Ξηρός σίναγχος* oriatur. Quod admodum notare oportet, & Medici decipiuntur admodum. Vidimus ita affectos per 20. aut 30. dies laborare cum squalore magno, infirmitate summa, ariditate, nulla siti, difficultate deglutiendi, oculorum quadam cavitate, fuliginoso spiritu arente atque æstuante, ac si in hecticam laberentur. Et ex nostratibus Medicis nulli hoc observaverunt, præter unum dominum Magnum, omnium, quos ætas nostra fert, acutissimum & sollertissimum, qui vocat istum morbum Anginam *συρτανκτικὴ* colliquativam anginam, & catarrhosam colliquationem; nam partes omnes ad guttur, collum, & fauces attinentes liquefieri quodammodo videntur: Et in exiguis venis ichor tenuis contineri videtur, qui superficialium dolorem excitat.

Omnium morborum quos mihi videre contigit, hic mihi difficillimus & ad cognoscendum, & ad curandum visus est. Atque obiter qua ratione ei sit occurrendum, si quando incidat, aperiam.

Quum ergo ea difficultas deglutiendi (sive quis *Anginam* vocet, seu *rheumatismum siccum*, seu *morbum siccum*, seu *anginam siccam*, seu *pestilentem fluxionem*, sive *αυχμὸν* quemdam malignum, sive *colliquationem*, sive *catarrhosam colliquationem* hoc loco non interest, tamen longe hæc vocabula inter sese differant, aliasque morborum ideas indicent) quum, inquam, ea difficultas deglutiendi cum siccitate, squaloreque sit conjuncta, nullo etiamnum nec foris, nec intus tumore apparente, dolore quodam occulto partium omnium ad guttur & collum pertinentium, non est dubium quin illa intemperies sicca corrigenda sit: Eamque ob causam plurimum conferet id quod sequitur.

operam accommodabit.

℞ passular. mundatarum & ficuum an. ℥ j. glycyrrh. non rasa ℥ iij. pruna num. 20. rad. althea ℥ s. fiat decoct. in aquis partibus aqua rosar. & plantag. Incolat. dissolve oxycrati ℥ ij. mellis violar. ℥ iij. fiat gargarismus. Vim habebit humectandi, & detergendi, & squalorem tollendi. Deinde circum partes thoracicas fiet litus sequens.

℞ butyri recentiss. lib. j. cum qua misce olei amygdal. dulcium sine igne extracti ℥ ij. ol. de kenri & violati non veteris an ℥ j. s. misce : fiat litus. Circum collum, guttur, nucam, desoris magna copia affundetur, & illinetur id quod sequitur.

℞ chamameli, melil. scabiosa, an. m. j. fiat decoct. ad sufficientem quantitatem, in qua extrahit mucaginis sem. psyllii & alth. an. ℥ iij. cum butyro recenti ℥ iij. & ol. violati loti in pred. decocto: fiat litus ad omnes partes dictas.

Item praclare fiet si bolum cassia assumat sine rhabarb. cum syrupo viol.

Item si ore verset bolum cassia, deinde rejiciat, quia vim magnam habet humectandi & squalorem tollendi.

### A N N O T A T I O N E S.

1. Istas affectiones Hippocrates 4. acutor. explicat eleganter, Quum fluxio calida ac nitrosa fit e capite, mordet, ac ulcerat, & spiritu implet, & erecta cervicis spiratio accedit, & siccitas multa: & qua videntur gracilia apparent, tendines posteriores in collo apparent distenti, vox abrupta, &c.

2. Lib. de loco, aere & aquis, humiditas ophthalmias agnoscit in iis qui a ventis calidis perflantur, praesertim si inter brumalem solis ortum & occasum venti perflent: duras & vebementes in iis qui inhabitant regionem ventis frigidis obiectam, & duras opponit humidis certa de causa. Et alio loco videtur explicare cur fiant ophthalmia sicca & febres acuta, & diuturna, quum aestas sicca fuit, & autumnus siccus est & borealis; quia (inquit) quod in bile est humidissimum & liquidissimum absimitur, densissimum & acerrimum relinquitur. Quod notandum. Vide comment. in Aphorism. 14. lib. 3.

3. Apud Hippocratem lib. de locis in homine, locus est in quo de pleuritiide sicca loquitur; sed nomen siccum longe aliter quam hic sumitur. Etenim pleuritim siccam vocat, in quo successu temporis pulmo resiccatus adhaeret costis: unde dolores lateris.

4. Unde lib. de vetere medicina, erysipelas, peripneumonia, defluxiones falsa, acres, humida, incocta dicuntur: qua quum crassiores redduntur, coqui dicuntur.

5. Libro 1. Aphorismorum, aphor. 12. & aphor. 50. lib. 2. docet sputa in morbis thoracicis initio apparere debere, in peripneumonia, biliosa remissa tantillo sanguinis, an hoc vult initio morbum debere esse coctum. Magna hac controversia, quam hoc in loco dirimimus: & in marginae Commentarii in aphorism. 12. lib. 1. Aphor.



6. Quibus antequam facti essent pleuritici, pulmo erat male affectus; aut catarrhus aliquis statim initio pleuritidos multum mucorem excernunt, & tamen eorum pleuritis non dicitur esse humida, sed sicca, nisi de materia conjuncta excernatur, quod notandum.

7. Nota choleram siccam usu balnei juvari, ut patet ex lib. 7. Epid. de Pausania filia, qua ex fungi crudi esu incidit in choleram siccam, hydro-meli valde ei contulit.

8. Vide Galenum comment. in aphor. 34. lib. 4. & in sententiam 54. lib. 2. Prorrhetic. ubi vocem τὸ εὐνὴ interpretatur per id quod in Prognosticis ab Hippocrate dictum est: τὸ μὲν ἐκδιλον ἐν τῷ φάρυγγι ἐμποιῶν, quod nil manifestum in faucibus facit.

9. Apud Hippocratem sect. 7. lib. 6. Epidemior. quum de quadam constitutione loquitur, ait; Pharynges inflammabantur: deinde paullo post Anginae fiebant. Sic aliud est Pharyngas, aliud Anginas.

10. Et partic. 28. sect. 1. lib. 1. Epid. notat Hippocrates a ferina deffillatione pharyngem esse vitiatum & tabefactum, a qua tabefactione sequitur retractio quadam gutturis. Vide librum Definitionum nostrarum in voce καταλῆσαι.

11. Ἀρχὴς non tantum debet intelligi de calidissima tempestate. Nam quum nulli flatus plane excitantur, sive torreat omnia aetas, sive rigeat plane hiems, tunc ἀρχὴς Græcis dicitur. Et quum hiems anni 1572. rigentissima fuerit, non mirum si morbi alii fuerint quam qui in hiemem moderatam incidunt: Nullæ, aut pauca fuerunt apoplexia, carentia somni fuit: dolores superficarii & anginosi cum pauca febre, & hoc a squalore fuit: Quem squalorem hiemalem Virgilius videtur describere, quum in Georgicis ait, penetrabile frigus adurit. Adustio illa Virgiliana magnam habet ἐνέργειαν.

12. Apud Hippocratem sect. 7. lib. 6. Epid. manifeste apparet hoc nomen Angina ἔσρα, quia nihil aut parum colli educebatur. Item τὰ παραπληγμα ἔσρα, quod mirum est.

## CONSILUM LV.

### De Cholera morbo.

QUONIAM dum disputarem de morbo sicco, de angina sicca, necessario incidimus in disputationem de Cholera humida & sicca: non alienum ab instituto erit, si nonnulla quæ animo concepta habemus de Cholera morbo, eloquamur ac exprimamus. Hæc enim intellecta descriptaque plus voluptatis afferent, quam animo retenta. Aphorismus est Hippocr. in Coacis animadversionibus, τὰ λεπυρῆα μὴ χολῆρος ἐπιτρομένης ἐλύσται: Leipyriæ, febres non solvuntur nisi superveniente Cholera morbo. Quæ Hippocratis sententia quoniam obscura est, & a communi sensu judicioque remota, ob latentem quem in se fructum continet, plenius a nobis est enucleanda.

Ac

Ac primum ut plenius res intelligatur, de febris leipyria essentia agendum, ut tandem constet an Cholera morbus leipyriae febris solutionem afferre possit. Nulla est consensus inter Græcos & Arabes de leipyria febre, immo ne inter Græcos ipsos. Καύσι & febris leipyriae magna est affinitas, iisdemque pæne symptomatis morbus uterque sese profert ac prodit. Sitis est ingens, jectigatio, mentis percussio, vigiliarum assiduitas, partium extimarum refrigeratio, sed præsertim in leipyria, æstus in internis. Galenus Comment. in Aphorismos ait: *Partium extimarum refrigeratio æstuantibus internis solis accidit febris que Causoi dicuntur, perniciosiss, vel potius malignis, ut leipyriis.* Quo loco leipyrias febres ad καύσι referre videtur: & notandum hoc est. Causa autem recessus ad interiora caloris, vel est ingens inflammatio, vel erysipelas. Sic leipyriae febris hyparxis in eo consistit. Id autem statuunt discriminis inter continuas ardentes & leipyrias, quod καύσι sequantur inflammationem internam partis alicujus, leipyriae congestione humoris biliosi in alvo, qui aliquid ἐρυσιτελαστώδες in ipso ventriculo efficit. Quod fortassis quosdam Græcos adduxit ut existiment Erysipelas solum ventriculi leipyriae febris auctorem esse. Nec enim plegmone est. Videndumque est an bilis in ventriculo æstuaans erysipelatodes aliquid afferat: & an sit tumor. Nam credibile videtur bilem quamdam prærubram & viscidam membranis inhærere posse, partim in occultis viis subsistere, quæ dum inflammatur, nec facile a parte defecatur detergeturque, concipitur æstus ingens qui recessum afferat caloris foris intro. Quod si verum, an τὰ λεπυρμα μὴ λύονται μὴ χολέρας ἐπιγενόμεναι; An leipyriae affectiones, vel febres leipyriae non solvuntur nisi successu cholerae morbi? Locus ille Hippocratis si verus est, & fœcum, & causam, & curationem leipyriarum explicat. Quidam verbum λύειν in malam partem accipi volunt, ut morbi solutionem ad interitum significet. Quo in sensu sumtum est in Aphorismis, *τρόμοι ἐπιγενόμενοι παραφροσύνην λύνει.* Tremor in febris post ingens delirium succedens illud delirium solvit, idest, delirii quidem finem affert, sed simul & semel hominem de medio tollit. Et est politicus loquendi modus quum agrum quempiam non amplius laborare dicimus, & ab omnibus malis liberatum, per mortem, supple. Postquam enim mors percussit. Itaque dicunt, Leipyriae febres non solvuntur, nisi Cholera superveniente, idest, cholera solvit febre leipyriam; ac si dicat, finem quidem leipyriae affert, sed una ad interitum ducit. Quod mihi non placet. Quum fieri possit ut Cholera morbus leipyriae succedens, eam tollat; quod mirum esse possit. Leipyria morbus funestus est, Cholera quoque funestus morbus & acutissimus brevissimo tempore hominem e medio tollens. Qui fieri potest ut morbus per se funestus alterum morbum funestum solvat? potius enim malum malo cumulari videretur. Atque ita interpretandum est Hippocratis consilium.

Comm. in apho. 48. lib. 4.

λύειν quid significet.

CHOLERA morbus est quum sursum deorsum magno impetu bilis fertur, ut magna brevi tempore spirituum fiat evacuatio, & dolores acerbissimi sint; hinc mors. Leipyria febris, ut ante docuimus, sequitur

Ballonii Oper. Tom. II.

P 3

θεσις

Δεσιν ἐρυσιπελατώδη ab humoris biliosi congestionē. Ille autem humor non  
 ejus generis cujus & bilis flava tenuis, quæ sura tenuitate orgasmum fa-  
 cit : sed est quædam bilis prærubra, squalida, sicca, viscosa, adhærens  
 parietibus stomachi, quæque propterea nonnisi magna vi deturbari potest.  
 Cholera morbus conferre potest ex eventu, dum videlicet in cholera mor-  
 bo (cujus ὑπάρξις in excretionē consistit ἀδρόως facta) evacuatur biliosa  
 materia. Bilis enim conclusa exitum habet per cholera morbum, natura  
 qua data porta sese expediente humore tanta febris tamque funesta causa.  
 Itaque dixit, τὰ λεπυρῆα μὴ γυνομένης χολέρας ἔλνεται. Duæ istæ negati-  
 væ particulæ, μὴ, ἔ, adjectæ sunt ab Hippocrate per quamdam αὐτοψίαν  
 & ἐνέργειαν : ac si dicat, Leipyriæ febres non possunt solvi, nisi cholera  
 morbo superveniente : idest, necessaria est cholera morbus ut cesset leipy-  
 ria. Per cholera vel proprie intelligendo morbum istum & idea & spe-  
 cie, signis, symptomatisque talem, vel evacuationem cholera morbo simi-  
 lem : idest, quæ sursum deorsumque fiat ; non quod proprie cholera  
 morbus sit ; nam iste morbus peculiare quid habet, cujus ratione per se  
 funestus omnis fere sit : nedum hoc boni afferre natus sit, ut manum  
 veluti auxiliarem nobis præstet tam capitalis hostis ad alium morbum  
 depellendum ac deturbandum. Eaque propter nomen τῆς χολέρας καταχρη-  
 στικῶς tantum sumetur. Quo modo & in Coacis vocat πυρετὸς μετ' ἰλεῶν :  
 febres cum ileis, non proprie sumto nomine ilei, sed pro simili sympto-  
 mate quale in iliacis passionibus contingit, nempe pro vomitione assidua.  
 Quod notandum. Sic & χολέρα non proprie sumetur, sed tantum pro ea  
 excretionē quæ in cholera proprie dicta apparet, quum sursum deorsumque  
 impetu excernitur humor. Item quum dicimus, τὰ λεπυρῆα, forte hoc no-  
 men illic non significat febres lipyrias, quas a cholera solvi non sit verisi-  
 mile, sed τὰ λεπυρῆα significat affectionem quamdam λεπυρῆαν, nempe  
 quum post esum calidorum ciborum, acriumque dolores ad ventriculum  
 oriuntur, collecta ibi materia ; unde sitis, jactationes, ῥιπτασμοί, ἄσως,  
 syncopæ, recessus caloris intro, sine febre tamen, taliaque hic apparent qua-  
 lia apparerent si eos febris lipyria occuparet. Quis enim dubitat in eo casu  
 excretionem instar Cholera morbi factam, eam leipyricam passionem non sol-  
 vere ? Et hæc probabiliora videntur, quam si τὸ λεπυρῆον, & ἡ χολέρα  
 in propriis significationibus accipiantur.

Tamen aliam probabilem conjecturam afferemus, ut omnes intelligant  
 morbum unum funestum per se, pessimumque posse alteri morbo auxi-  
 lium præstare, præsertim si qua sit apparens excretio materiæ morbum  
 priorem efficientis. Adduximus aliquando hoc in libro aphorismum,  
 cujus veritas communi hominum judicio & rationi nunquam placere  
 aut apparere videatur. Textus autem hic est : A furore, μανία, Græ-  
 ce, dysenteria, vel hydrops, vel mentis alienatio, græce ἰκτασις, bo-  
 num. Ἐκτασις μανίας solvit, & tamen ἰκτασις per Galenum est incre-  
 mentum mania, vel potius μανία adaucta. Quomodo ergo alienatio  
 mentis maniam tollet ? Id fit quia humor qui maniam efficiebat quum  
 loco aliquo conclusus esset, & in parte cerebri, dum de maniaco fana-  
 ricum

Aphorif.  
 5, lib. 7.

tium facit, dispergitur diffunditurque natura exitum sibi quærente materiæ priorem morbum, idest *μαρίαν* efficientis: & dum hoc conatur natura conatu motuque critico (quem *ἐφοδόν* proprie vocabimus *καὶ ὀρμίσαν*) *ἐκσπασίαν* reddit. Plura & commemoratu dignissima illo loco a nobis conscripta leges. Sic idem in cholera morbo, & lipyria febre continget.

Atque non ita pridem leipyria febre quis laborabat: leipyriam esse, non autem *καύσον* declarabat lingua; nec enim ut in Caulo scabra erat, sed nigra a bile adusta in ventriculo erysipelatis modo astuante, & resudante ab ipsa alvo accensa. Deplorata omnis erat salus. Ecce subito ac si cholera morbo detineretur, quum prius siccus morbus esset, idest, nil dum excerneretur eorum quæ in vitio essent, sursum deorsum magna bilis copia fertur, & febre lipyria absolvitur. Quum enim in lipyriis febribus commendatur Cholera morbus, non de sicca cholera, sed de humida locus est intelligendus. Nam sicca cholera perniciofa est admodum, & potius leipyriam febrem accerferet quam eandem solveret.

Sed hæc omnia dicta sint de Cholera morbo & febribus leipyriis, quorum intelligentia compendio ad curationem utriusque morbi, sed præfertim febris leipyriæ est profutura: in hisque ut in omnibus admirabilis est Hippocrates.

## CONSILIUM LVI.

### *De fluore muliebri.*

**P**ΟΥΣ *γυναῖκας τῆς κατάρσεως* nomine potius quam *νεώστες* donandus multas mulieres affligit, ex earumque numero albas, & quibus lævis admodum, æqualis & jucunda visu superficies inest. Hujus rei rationem reddunt, quod iis cutis sit adstricta, proptereaque excrementis non pateat: tum quod delicatioris molliorisque sint habitudinis, eoque in morbos proclivioris. Tertio accedit quod sint effeminatiores aquosæque magis, quas libris de Diæta Hippocrates *ὕδαταινύσαι* vocat, unde excrementorum molestam vim non facile depellunt: fluxionibus sunt obnoxia, & partes principes quum quodam modo aqueas, laxas, uliginosasque habeant, putredini minime obsistunt, immo facile corrumpuntur, & longis morbis aut implicantur, aut aliorum vim impetumque non sustinent. Dicam quod nobis videre contigit forte, cujus non negligenda observatio ut non minimum adjumenti allatura & ad medendum, & ad præsentendum. Quædam quum quatuor annos fluorem illum pertulisset, quum frequentibus leipothymiis prehenderetur, adeo fœtidam proluviem per pudoris sinum excernebat, ut nullus quantumvis graveolentium rerum odoracioni assuetus, esset ferendo. Alteri diutius fœtens putrisque illa iluvies effluerat, quum annos sexaginta nata foret, usurpato levi quodam remedio inopinato suppressa est. Nec diu impune eam suppressionem tulit.

tulit. Etenim diabetes illius loco multo funestior successit, manifestus, suis sese signis exprimens, tres aut quatuor menses exercuit, & ad mortem commitatus est. Tota fere die urina plane aquea fluebat, nec natura eam sistere poterat. Quum sat bene habitata esset, emacruit continuo, & siti inexplebili cruciabatur: lingua arescebat, & eam pellucidam præ siccitate vidi. Fœtidum expirabat & cadaverosum. Quæsi num in renum regione sensum caloris aliquem ob putrem materiam suppressam percepisset: quum constitisset a squalida siccaque intemperie diabetem originem capere solere. Retulit caloris loco ita partem illam perfrigentem percipere se ac si glacies inibi cogeretur. Quod nobis persuasit fluorem illum muliebrem a falsa partim acidaque materia manavisse. Nam quæ in ejus marito superiore hieme materia acida tenasnum fere immedicabilem pepere- rat, eadem partim fluorem illum & proinde hydropem ad matulam ad- duxerat. Hæc fuit morborum successio. Hinc patet eos de ægris male mereri Medicos qui indicatione a morbo sumta aliquatenus, de suppri- mendis effluviis cogitant: non rati periculosam esse suppressionem ejus floris qui multos annos ægrum occupavit. Itaque fontem catarrhi sen- sim exhauriri oportuit, dietam institui exsiccantem, decocto farseparilla uti, purgantibus medicamentis repurgari ægram: venam secari, mali- gnâ qualitatem oppugnari, atque ita rerum meliorum expectatione ægra fuisset allevata ac recreata.

### CONSILIUM LVII.

**N**ONIS Aprilis anno 1573. mulier quadrata, boni habitus, & in- tegre sana, ad sudatoria vulgaria, Galli *Estuves* vocant, proficiscitur. Tertio post die dolere ei incipit imus venter. Dolorem primum va- gum, Practici deambulativum vocant, percipit: deinde ad partes paullo superiores revolvitur, stomachumque quodam velut pondere premi queritur. Quum gravissime doleret, Medicum consuluit, qui statim carmina- tivo clystere, ut fere fit Parisiis, quum primum quis de dolore torminoso conqueritur; sed id male fit, ut paullo post dicemus. Alvus licet irritata nihil reddidit: totam noctem insomnem duxit: consternabatur. Mane sub- jectus alius clyster vehementissimus, nil reddidit. Et hic tertius dies erat, quamvis nec primo nec secundo decubuerat. Prehenderunt eam frequentes syncopæ, sudores ad claviculas. Mente constabat: datum cardiacum, re- vomuit: frequentes vomitiones erant, frigus extremarum partium. Character faciei plane deletus, quod mirum, tam brevi contigisse. Ter- tia pomeridiana interiit. Ego illam tertio tantum die vidi ad meridiem. Talia mihi videre contigit: Frigus erat partium extimarum, frequens virium lapsus, *ἀσπυξία* perfecta: deinde vermiculans pulsus, hypochon- dria satis æqualia, sed illa, & regio ventriculi contrectata etiam blande dolebant, & syncopen inducebant. Necessario erat illi propendendum in dextrum latus, inclinato etiam capite: si aut supinam figuram reti- nere

nere cogeretur, aut in sinistram partem devertere animo deficiebatur, & pene suffocabatur. Vomitiones perpetuæ: nil alvus reddebat. Et quod notandum, ingenti siti & inexplebili afflictabatur. Narrabat se in ventriculi regione velut ardentem carbonem sentire. Jactabatur: irrequieta erat. Itaque non mirum si mors tam repente adventarit. Diligenter rogavi num longo ante tempore dolores tallos percepisset? Menssem unum præcessisse dictum est ex quo de stomachi dolore quereretur. Obstetricum judicio utero ferebat. Quadraginta diebus ante solum menses apparuerant. Nunc querendum quod genus morbi, qua & arte ei succurrendum fuerat. Potuit esse cholera sicca? Apud Hippocratem 4. Acutorum, cholera sicca historia proponitur, *Ab arida cholera, ait, venter inflatur, strepitus fiunt, dolor pectoris & laterum, alvus nil dejicit.* Addo, & vomituriendi esse desiderium, dolores summos ad stomachum coercitis flatibus in partibus abdominis, sudores frigidos, unde præ dolore virium prostratio; recursus caloris intro, & multa alia. Illius morbi qui acutorum numero recensetur, tota historia describitur paullo ante. Vel potuit esse suppressio omnino excrementorum malignorum, quæ in partem superiorem, nempe regionem ventriculi, delata sunt undelibet ut in partem jamjam dolitantem (sicut ante meminimus). Ita enim observavimus in constitutione illa temporis maligna (unde infiniti pene ruri peribant) aliis ab hypogastrio delatam percipi materiam ad costas, unde pleuritides: aliis ad ventriculum, unde suffocationis metus; aliis herpes natos vidimus: aliis ignes sacros vel inferne sursum, vel superne deorsum lata materia; unde effera reddita magis materia, traducta est in ventriculum, & primam regionem stricte sumtam, & illic apostematis speciem excitavit. Tale morbi genus observasse videtur Hippocrates in Prorrheticis: *1 Quæis lumborum tenus & diurni dolores ad hypochondrium revolvuntur, reducunturque, & ciborum aversio, dolor his valens intentus ad caput perveniens, cito interimit cum convulsione,* idest: Fieri potest ut excrementosa materia per se initio *in venter* ideo minutulos dolores excitans, tamdiu in mesenterio resistat quoad aliquid maligni acquirat, unde effrenis reddita, tandem suis ruptis repagulis orgasmo quodam in partes fertur, si in caput cum convulsione interimit. Addo, Et si in ventriculum suffocationem adfert, si in aliam partem aliud atque aliud. Nam quod in uno observatum est, id in multis potest intelligi. Est & paullo ante eodem in libro similis aphorismus, *Ventris circumtenso liquida ad necessitatem dejiciens, cito intumescens convulsivum quid habet.* Illud in Equifone in vico *de la Mortellerie* observavimus, qui quum sero bene cœnasset, quarta matutina prenditur febre acutissima, circa duodecimam meridianam totus imus venter inflatur, delirat, tertia pomeridiana pulsus parvus fit & frequens: nigra dejiciuntur: sero pectus dolet. Duodecima pulsus formicans, interiit tunc. Corpus totum intumescit, & nescio quibus suspectis maculis exaratur. Illud idem Hippocrates, sed non tam aperte ut nos explicat. Sic ei mulieri contingere potuit a reducta materia a parte inferiori in superiorem. Ut sæpe idem a materia delata superne deorsum potest evenire. Quod observavimus

mus

mus in filio vitrearii. Prima die dolor exiguus ad latus dextrum: vomitiones assiduæ, secundo dolores inferius ad ventriculum & xiphoidem cartilagine[m] percipiebantur: tertio habebat *ῥόδου ἀδλω*: quarto summus ad ventriculum dolor, inflatio: extimorum frigus, leipothymia, sudor, mors.

*Histor. 4.  
sect. 3. lib.  
3. Epid.*

Et hoc contingere posse notavit Galenus in comment. in Epidem. ubi notat initio morborum funestissima symptomata evenire quod in visceribus malignus humor resideat, atque restagnet, adeo ut venenatorum animalium venenum adæquet; 2 unde inopinata mors advenit. Quod & huic mulieri contigisse videtur. Sed tanti incendii perceptio quantum agra narrabat in suspicionem nos adducit eam febrem leipyriam esse, ab apostemate quodam in primis venis, unde nec in latus decumbere non poterat, & sine tumoris sensu (alioqui ingentem esse oportuisset) vix minimum appulsus digitorum ferre poterat: & ejusmodi apostema speciem aliquam iliaci morbi asserere potuit: & ejusmodi apostema intestinis & phlogosis, & tumor non ita altus oboriri potest, qui brevi ad interitum ægros præcipitet. Præcesserat velut dolor colicus acerbis, quem frustra ignaræ mulierculæ ad uterum referunt. 3 Et Arnaldus Villanovanus annotat colicam quamdam mortalem, ut quum remediis (inquit) non allevatur dolor, sed figitur in parte, & vomitus post vomitum insequitur: & sudor frigidus oboritur, partiumque extimarum perfrigeratio. Et quod tam propinqua ventriculo pars laboraret, illud forte erat ob colon intestinum cui ventriculi fundum incumbit, & in eo verisimile quoddam apostema natum fuisse. Annotat quoque colicam in iliacam aliquando degenerare, & hanc in illam. Ex omnibus his colligo omnium verisimillimum videri vel simplicem colicam fuisse, vel a colica natam iliacam; quæ iliaca citius interimit quam colica ipsa, quod in tenuibus fiat quæ ventriculo sunt propinquiora. 4

*Cap. 32.  
l. 2. Bre-  
viar.*

Nisi forte quis dicat febrem omnino pestilentem fuisse. Nam quod livens corpus post obitum apparuerit, id ad excretionem caloris febrilis, & naturalis extinctionem referri volunt.

Ceterum polliciti sumus demonstraturos nos non e re morbo occupatorum esse in colicis doloribus statim vehementes acresque clysteres subjicere: & tandem hic error pessimus inolevit, ut operæ pretium nos facturos existimemus si carminativum enema subdamus. Quod legeriat in doloribus colicis sive fugacibus, sive fixis talium clysterum usu adjumentum asferri. Sed id intelligendum modo tempore & loco exhibeantur. Nam (ut annotat Arnaldus loco superscripto) multi errant Medici incuntibus doloribus colicis statim subdentes enemata acria validaque: hæc enim fæces jam induratas magis exsiccant & exsuccas reddunt, & tantam afferunt perturbationem, ut natura sæpe sese colligens omnia retineat, quæ tanto molimine avellere cogitamus. Quod ego sæpe observavi: & clyster blandus mitisque in doloribus ejusmodi plus aliquando profuit, quam ita validus & acer.

Ecquid præsidii asferri poterat ad declinandum tam funesti morbi, tamque præcipitis exitum? Non est dubium quin blandis enematis alio irri-

tata

tata lataque pars materiae quae diu restiterat alio divertisset: sequenti vero die satis valido eccoprotico exhibito, quod in mediis viis haerebat, foras deprimi, exigique potuisset. Tertio & fatus ad partes adhiberi potuisset, & cardiacis locus fuisset.

Talis fatus praescriptus, sed jam res erant deploratae.

*℞. florum chamameli, meliloti, an. p. j. absynth. m. j. f. sem. anisi & faniculi an. ℥ s. santali citrini ℥ ij. cyperi ℥ s. rosarum p. j. fiat decoct. in aqua, addendo vini albi parum, & sacchari ℥ ij. ob inflammationem. foveatar totus ventris.*

Item *℞. destillati restaurativi & aq. cardui passat. in manica, cum electuar. diatracag. frigidi an. ℥ ij. in quibus dissolv. diamargar. frigid. ℥ j. rasur. ebor. ℥ s. theriacis ℥ j. Syrup. de limonibus ℥ j. fiat potus.*

ANNOTATIONES.

1 Si quis legat historiam de morbo satiaco apud Celsum, videat pene historiam hujus morbi; nam singula symptomata congruunt inter se. Hollerius talem morbum ad febrem agacis poterit referre; perpetua enim jaectatio, hypochondriorum contentio, materia est crassus humor, acer & biliosus, tunicis stomachi imbibitus.

2 In hac muliere, sicut & in nonnullis aliis, quorum hic historia continetur, initio magnus est aestus, & respiratio magna aestui analogae: sed subinde perfrigeratio sequitur: & quum aestuant interna non magnum spiritum ducunt, sed fiunt *πραχύπνοι*. Hujus rei rationem reddit Galenus comment. in historiam 3. sect. 3. lib. 3. Epidem. ubi notat contingere in febribus istis malis ut initio ingens admodum sit incendium, & magna sit respiratio, & partium calor: sed statim ita digeritur totus calor febrilis pene consumptis ferpessactis humoribus putribus, ut remaneat paucus & languidus calor nativus: & ille calor nativus (ait) prius exstinguitur quam de novo febris illa accendatur: hinc mors non longe sequitur. Locus commemoratione dignissimus est.

3 Hujusmodi colicam letalem, vel affectum similem in quo ob doloris vehementiam, animi & defectiones sequuntur, & revocatur calor intro refrigeratis partibus extimis, explicare videtur Hippocrates aphor. 26. lib. 7. In forti dolore ventris partium extremarum frigiditas, malum.

4 Eodem morbo paulo post periit auriga quidam. Primo die dolor levis ad latus sinistrum, qui statim & pedetentim ad regionem lienis descendit ac increvit: vomitiones frequentes, dolor stomachi secundo & tertio: perseveraban: vomitiones rerum viridium, eruginosarum: dolor lateris non affligebat: in ventre inferiore vagos dolores percipiebat. Quarto, de nocte omnia exacerbantur, partes extime refrigescunt: cogimur praesuffocatione mittere sanguinem, quod ita requireret ager: vomitiones tamquam lutosi nigrique humoris. Syncope: mors. Omnem autem usum remediorum mors ipsa antevertit.

CON-



## CONSILIUM LVII.

*De alvi fluore in muliere gravida.*

**C**IRCA initium hujus libri narrata est historia uxoris cujusdam thesaurarii quæ ab alvi fluore dysenterico tertio post partum die, qui totius morbi vicesimus erat, interit. Conditiones fluoris istius, & quæ aderant prava signa; ut vomitus mox æruginosus, nunc biliosus, & mæracus, febris, hepatis tumor *ε'π'αδύρος* non poterant non ad malum apparere. Quæstio esse possit an uterum gerenti alvi fluor sit calamitosus, Hippocrates quidem scripsit, *Si gravida alvus plurimum profluat, metus est abortionis.* Quod verum, quia & ob dolores, & defraudationem ipsius fetus magnæ corpori feto mutationes contingunt. Sed ex omnibus Hippocratis pronuntiatis unum est in Prorrheticis animadversione dignum, & ad prognosin, & ad curandi occasionem præbendam accommodatum. Narrat eo loci duas esse dysenterias, unam cum febre, varijs excrementis, hepatis inflammatione, aut præcordiorum, aut ventris, cum ciborum averfione: Aliæ quidem sunt sine his signis cum ramentis quidem & sanguine, sed breviores sunt, & eas vocat *λυσιτελέας* fructuosas commodasque ægris, quod aut a diuturnis, aut brevibus morbis ægros asserant. De his posterioribus loquens ait: *Quæ uterum gestant ab hujusmodi dysenteriis, & ad partum, & ex partu evadunt, fetus sanos habent, etiam per multos menses & sanguine, & ramentis excretis.* Ergo quum in illa muliere mala illa signa apparuerint, quorum injecta mentio est, non mirum si præceps mortis periculum ingruerit. Et observatum est in illustrissima domina ab Insula per majorem graviditatis partem sævam fatis dysenteriam affuisse, hinc tamen salva evasit & incolumis, vitalem fetum edidit. Est enim ubi dysenterix malæ sunt, quum præfente partium naturalium prava dispositione perennis sit graveolentium excrementorum proventus: est ubi tantum congeries facta est excrementorum, quorum evacuatio & fetum & fetam in melioris valetudinis bonam spem adducit.

## CONSILIUM LVIII.

*De singultu feбри superveniente.*

**C**IRCA principium libri hujus de singultu in febrem longam incidente dictum est, & qua ratione constituenda sit febris singultuosa, cujus Hippocrates meminit in quibusdam locis, ut illo loci annotatur. Omiseramus omnes singultus causas recensere: quod hoc loco data opera a nobis præstandum est. Ac duo proponuntur, prius ut singultus causa explicentur: posterius, ut quærat cur in febres longas singultus incidat, præsertim cum marasmo & cutis squalore conjunctas; quindecim aut viginti ante obitum diebus; an id ratione exhausti: & si ratione exhausti, qua id ratione fiat. Quæ omnia non minus cognitu digna sunt, quam utili-

utilitate uberrima. Ac primum singultum definiunt, motum depravatum ventriculi & contra naturam, quum proprie convulsio non sit, sed *συσμὸς* *αἰσ*, ut vocat Galenus. Convulsio enim proprie cadit in partes quæ moventur *σπασμωδῶς*. convulsioque symptoma dicitur causæ morbificæ tantum, singultus autem, tussis, sternutamentum naturæ a causa morbificæ irritatæ. Auctor est Galenus & singultum, & convulsionem ab inanitione & repletionem fieri sententia Hippocratis: quamquam venenatam qualitatem acremque vaporem tamquam quid tertium singultus convulsivi causam alio in loco idem Galenus constituit; quod plerisque negotium dedit in tutanda Hippocratis sententia, duas tantum causas generales adstruentis. Nonnullis videtur Galeni sententiam apte commodeque defendi posse, si dicant per accidens tantum venenatam auram convulsionem proprie dictam committere, nimirum feriendo aut cerebri ventriculos, aut nervos: per se autem singultum eundem auram committere. Ut convulsionis proprie dictæ causæ duæ statuatur per se, inanitio, & repletio, tertia autem ex eventu, qualitas venenata ut in febribus pestilentibus singultuosus apparet: singultus autem ipsius tres ponuntur causæ, inanitio, repletio, & vapor ferinus. Quasi vero dum e tibia ulcerata, aut cancrosa effertur vapor attingens ventriculos cerebri, non efficiat epilepsiam, aut convulsionem proprie dictam, ut ea ratione argumenta illa tantum diverticula constituantur.

Tamen quoniam rationalis Medicus Hippocrates generalibus suis theorematibus contentus iis fidem adhiberi vult, nec inferius demittens se ad particulares quasdam causas singultus contemplandas, earum vim & ingenium explicat, quod apprime ad medendum confert: ideo ne temere persuasi illa propositione generali, Omnis convulsio aut ab inanitione, aut a repletionem est: in singultu in febrem pestilentem incidente evacuandi consilium captemus, Galenus: *τέταρτον* ex rerum privata observatione instituens ad legitime curandum quasi neglectis duabus illis causis tertiam adstruit. Nam exempli gratia, in pressu costæ, in maligna qualitate, in perfrigeratione summa, in descensu intestini, si, ut fere fit, singultus contingat, an is a repletionem, an ab inanitionem? Si a repletionem est, ecquæ illa est repletio? Repletio tamen est: quum nemo tam medicæ artis ignarus statuatur inanitionem illius convulsionis causam esse. Quum itaque repletionem causam sui agnoscat, qua illi ope succurrendum est? Si enim a repletionem principium causamque ducit, huic inanitio utile est remedium. Nemo tamen auræ pestilenti, aut frigida intemperiei, aut singultui a prolapsu intestini nato evacuans remedium instituat; ut necesse fuerit Galeno ad peculiarem remediorum institutionem tertiam aliquam & singultus & convulsionis causam inducere: ad eorum opinionem debilitandam, qui ut errore vindicent Galenum, tertiam illam causam convulsionis in singultu, non autem in convulsione proprie dicta comprehendant.

His omissis, ut peculiare singultus causas perstringamus, dicam adhuc quod mihi hac in parte probabile videtur. Eodem jure cum Hippocrate duas & convulsionis & singultus causas tantum constituyente agere possumus,

2. de sym-  
caus.  
Com. in  
Aph. 13.  
lib. 6.  
Aphor.

Gorranus  
in dict.  
λύξ.

mus, quo & idem Hippocrates cum veteribus qui quatuor primas qualitates sanitatis & morbi causas statuebant: Et tamen hos reprehendit, quasi non & Hippocrates & tota Medicorum familia primarum quatuor qualitatum *πολύ κρείον* sanitatis fundamentum, ut & illius *κρείων* everfionem ægrotationis causam jampridem posuerit; ut non inepte generali proloquio illi veteres ab Hippocrate tamen frustra, ut videtur, reprehensi, quatuor primas qualitates & morbi & sanitatis causas ponere voluerint: Quid ergo sibi vult Hippocrates quum eos erroris insimulat? Quia universalis hoc fecerint, rati satis esse ad Medicinam faciendam in generali rerum contemplatione versari: nec infra descendentes quid in quaque re proprium sit considerant. Quomodo magna ægrotantium clade plerique qui se phisicos profitentur, ex eo jam magnos medendi artifices & principes existere se falso sibi persuadent, quod in naturali rerum speculatione & *την γενικότητα* magnos progressus fecisse se opinentur. Quod non satis est: immo ne sufficit quidem Medicorum theorematon vim omnem tenere, nisi ad inferiora te dimittas; quod Hippocrates *επιμαρτυροῦ* vocat. Atque eodem modo Hippocrates Gnidos medendi magistros fugillat, qui speciosos remediorum nominibus & titulis quum in populo jam jactationem habere se perspicerent, inde se in magnos medicos evadere arbitrarentur. Quod ut vitaret Galenus in assignandis convulsionis & singultus causis, non satis putavit factum si inanitionem aut evacuationem & repletionem horum causas poneret: sunt enim generaliores, & sensui magis subdita; sed tertiam causam agnoscit, ut speciales notiones prosequatur quibus ad medendum doceamur. Possumus & quartam & quintam causam agnoscere, quam ægre aut ad inanitionem, aut ad repletionem referemus. Aut si referantur, nihilo magis proficitur, sed tantum res involvitur, & nescitur sæpe quid opis afferendum: ut frustra recurratur ad illam distinctionem quam supra attulimus, nimirum quod singultus per se a tribus causis fiat: repletionem, inanitionem, & aura. Convulsio autem non fit ab aura per se, sed *ἢ τὸ συβιβνός* tantum. In ulcere maligno dum effertur vapor epilepsiam inferens, an non illa epileptica convulsio per se fit? Quidam? Sic Galenus in tertio Aphorismorum confuse & apoplexia & epilepsia causam eandem, crassum frigidumque humorem statuit, & locum: ergo a repletionem est: tamen alio loco dum disputat de sternutamento (idem autem est iudicium de sternutamento & epilepsia) ait non quamvis humorem (de frigido præsertim intelligit) in capite redundantem sternutationem afferre, sed flatuosam esse oportet, & acrimoniam acquirere. Hic patet Galenum jam seniore, prudentioremque factum ad speciales causas descendere, nec ita sese universalibus pronuntiatis addicere, ne specie recti decipiamur.

Sed jam pensum absolvamus. Singultum facit inanitio, facit & repletio. Verum quidem illud, & vulgo ipsi cognitum. Repletio vel a flatu est, vel ab humore acri, vel ab humore lento, frigidoque: & pro causarum varietate variant quoque remedia. Nam ut veteres practici loquuntur, vel per contemperationem curatur, vel disensionem, vel excussionem. Primo modo

do quum ab humore acri est ; secundo, quum a flatu : tertio quum ab humore tenaci ac contumaci ventriculi parietes offarcente. Sic Hippocrates de singultu 3. disputans, ait, *A singultu habitum sternutatio liberat*. Et in Commentario Galenus exemplo puerorum, qui repleti subinde singultiunt, docet repletionem maxime singultus causam esse. Nam qui sunt ab exhausto, sunt rariores, ait. Unam autem ex causis externis repletionis causam statuit frigus & frigiditatem, seu perfrigerationem. In Graeco est το σπύος η̄ λῡξις, Leonicens vertit, *rigor, & frigiditas*, nos melius *crudor* ( Gallis, *morfondure* ) sive frigus, & perfrigeratio. Huiusmodi autem externum frigus, quia nervosa corpora reddit, minime perspirantia : unde fit ut in iis humor supprimatur. Et hæc Galenus illo loco. Qui autem humor agglutinatus tunicis ventriculi cum maiore vi ad demolitionem sui indigeat, sternutatio confert. Galenus in Aphorismis vomitum & singultum ejusdem fere generis esse statuit : hoc autem inter se distingui, quod vomitu ea exigantur quæ in ventriculo natant ; singultu autem naturam procurare eorum excretionem quæ tenacius adherent tunicis ventriculi. Atque omnino a flatu singultum fieri videmus, ab humore acri, præsertim superius orificium ventriculi feriente : vel quod a corrupto cibo sit, vel quod ab hepatis cysti resnuat, vel quod ibi collectus sit per phlogosin ventriculi, vel quod ab inflammato hepate resudet, ut paullo post dicemus. Item fit ab humoris adhæsu, ut dictum est ante, compressione costæ, quod annotavit Fernelius, ab intemperie frigida ventriculi, ut de eo notum esse potest, qui quum gracilis esset, & superius orificium ventriculi delicatius frigidiusque haberet, Medicis persuadere voluit ne in febre continua qua conflictabatur aquam propinarent : quod quum tamen fecissent, & eum singultire, & convelli fecerunt, unde interiit. Singultiebat sæpe si quid frigidius cepisset. Hæc Galenus. Ad has singultus causas referri potest prolapsio intestini quod in senibus contingit maxime, & sæpe moriuntur. Febris singultuosa non est quoque omittenda, de qua Hippocrates. Agnoverunt & veteres inflammationem ventriculi, hepatis, meningon cerebri, mesenterii singultum afferre posse, quod per resudationem fit, & per consensum. Ac de cerebri inflammatione quæ singultum efficiat, existat Hippocratis aphorismus, *A vomitu singultus & oculorum rubor, malum*. Cujus aphorismi ex comment. Galeni hæc est *διείρου*. Sæpe contingit ut materia in hærente ventriculi parietibus, natura per vomitum conetur deiecere, id quod molestum est : et si præeuntibus vomitionibus singultus remaneat, malum. Quod tamen alienum a ratione videbitur. Nam prius dictum, & singultum, & vomitum ejusdem esse generis : in hoc differre, quod singultus major sit conatus naturæ ad amolendum quod ventriculo inhæret : vomitus major vis non est, sed mediocris conatus ad evacuandum id quod in ventriculo fluctuat. Ergo tametsi præcedant vomitus, & post eos remaneat singultus, absolute malum non est : sed declaratur impactio materiæ quæ tolli non potest nisi maiore vi. Quid ergo sibi vult Hippocrates ? Particula illa, *η̄ έμύου, ᾱ vomitu*, trifariam potest intelligi, vel ut simpliciter ob contumaciam materiæ prægresso vomitu

Aph. 13. lib. 6.

Aph. 39. lib. 6.

cap. lib. de con-

suetudine.

4. Acut.

Apho. 3. lib. 7.

mitu singultus remaneat, nequeunte materia vomitu tamquam quodam minore conatu excuti: & hic singultus malus non est. Vel ut singultus vomitum consequatur, tamquam τὸ ἐπιγεγόμενον, ob exhaustum. Fieri enim potest ut adeo creber sit vomitus & vehemens, ut inde ratione evacuationis singultus nascatur tamquam malum signum & causa. De hoc aphorismus non intelligit, ut nec de priore. Tertio modo vomitum singultus insequitur ut malum signum; nam quum vomitu evacuetur materia, libereturque eo quo premitur pondere, si frequens fuerit, singultus occasio tollitur, quod si ne singultus quidem tollatur, immo augeatur, significat ab alia causa nasci singultum quam a crassa materia, sed a phlogosi & inflammatione, aut ventriculi, aut cerebri, aut meningon. Potest enim, ut jam dictum est, post vomitum sequi absolute singultus ob contumaciam materiei vomitui non cedenti, sed singultum quo excludatur requirenti: sed hic dat Hippocrates miro quodam artificio signum δειγματικόν quo judicare possis an singultus qui remanet heres post vomitum, tantum sit ob materiei vitium, an ob causam aliam, nempe inflammationem. Illud porro signum est, *Rubor oculorum*, non is quidem qui fugax est ob conatum vomendi, sed qui inflammationis habet aliquid. Rubor autem iste comes ipsius singultus qui vomitui successit, quatenus singultum comitatur: declarat aut cerebrum aut ventriculum inflammatum, cujus occasione singultus resedit, remansitque post nonnullas vomitu factas κενώσεις. Itaque aphorismus absolute pronuntiatus non stetit, *A vomitu singultus, malum*: sed adjectione τὸ σημεῖον δειγματικόν, verus ita efficitur, *A vomitu singultus, & oculorum rubor, malum*. De singultu a repletionem, de febre singultuosa, sive per se talis sit, sive in prolapsione intestinorum accidat, deque eorum curatione abunde dictum est ab Hollerio in Methodo medendi. Nunc quod est secundi instituti præstemus, nimirum qualis sit singultus ab inanitione, & qua is ratione fiat.

Ab inanitione & convulsio, & singultus, & desipientia contingunt. De desipientia a plerisque est dubitatum, quod desipientiæ medentium opera in eo versari videatur, ut recurrant ad medicamenta purgantia, ad cucurbitulas, & ad sectionem venæ, quod hanc omnem a repletionem oriri credant. Unde Galenus comment. in aphorism. lib. 7. *A profluvio sanguinis desipientia ac convulsio, malum*, scribit illum aphorismum magnam vim habere ad persuadendum desipientiam ab inanitione etiamnum nasci posse: quod verisimile sit ætate Galeni Medicos exstitisse, quibus persuaderi non possit ab inanitione desipientiam proficisci non posse. Agnoscit autem Galenus & ob profluvium sanguinis, & ob vigilias immodicas oriri posse desipientiam: ita ut quæ ob profluvium istud fiat, ab exhausto sit, quæ ob vigilias ab inanitione: quamquam fieri possit ut immodicis vigiliis sanguis biliosus redditus, aut bilis ficior ac æstuantior principium, causamque det illi desipientiæ.

*Comm. in* Hæc Galenus; & nos id experientia observavimus. Nam ad ripam Sequanæ  
*apho. 18.* quidam quum menses quatuor febre quartana erraticaque laborasset, emaciatus plane, squalidus cœpit tantisper desipere, delirare, crebro resurgere,  
*lib. 7.* & inde cataphora seu catalepsi prehenfus, qua interiit. An credibile, ista  
omnia

omnia symptomata a repletionem esse, quum ita corpus totum contabuisse & emacruisset? Hoc Rondeletius diligens rerum observator annotavit, scribens Caron, Cataphoran κατὰ λυλιν in febres tertianas longas, in quartanas incidere. Item in suburbio Sancti Victorii juvenis febre maligna factis decubuit: sexto die sanguis coepit affatim fluere, vix ac ne vix sisti potuit: Ab eo singultus successit (dubitabant an ab inanitione, an a grumo sanguinis in ventriculum delapsi) coepit tremere, delirare, desipere. Num & tremor, & desipientia ab exhausto contigit? Immo (quod ab instituto non alienum, & Hippocrates ipse non veritus saepe loquendi vulgares formulas proferre, ut id quod dicitur sensus nostros feriret magis) vulgo jampridem persuasum est, deliria ab inanito fieri posse. Quum enim in inedia quemdam mente aberrare vident, dicunt propterea delirare quod hinc cerebrum vacuum sit; ita enim vocant. Et id verisimile est admodum. Propterea alucinantur, caeloque toto errant, qui in talibus deliriis ad hieram diacolocynthidos, ad confectum de dactylis, & alia id genus valida medicamenta concurrunt. Ergo singultus ab inanitione est. Nec falli oportet in febribus longis in quibus oboritur quum hepar praecalidum est & siccatur: quod dum fit, tenue serum resudat ab hepate, feritque ventriculum, hinc singultus nata occasio. Ob hepatis autem inflammationem patientis viciniam singultum oriri, eumque ad repletionem referri posse, ex Hippocrate potest colligi. Hujus verba sunt: *In hepatis inflammatione singultus, malum*. Et alio loco: *Jecoris inflammationem patienti singultus supervenit*. Galenus singultum esse ἐπιγεόμενον scribit, id est, auctoris mali occasione fit. Hujus rationem reddit, quia propter nervorum communicationem ventriculus patitur, non semper quidem, sed quum jecur ad maximam attollitur inflammationem, iisdem paene verbis alio in commentario uritur: Singultus fit non quomodocumque affecto hepate, nec semper, sed quum fervente inflammatione ad magnitudinem attollitur. Sic oportet & maximam & pessimam esse inflammationem, ait Galenus. Sed hic magna difficultas oboritur, & non negligenda; An laxio ventriculi ex qua singultus oritur, sequatur ob tumorem, & ratione tumoris ob pressum ventriculi ab hepate elato crassefactoque & intumescente; quod Galenus paullo ante dicebat, quum ad elationem in magnitudinem recurrebat: An vero fiat non ratione pressus & tumoris, sed quia acer ichor & serum biliosum a parte inflammata resudet, feriatque os superioris ventriculi? Quid hic dicam nescio, nam paullo ante hujus rei causam assignat inflationem tumoremque jecinoris, idque ex sua sententia: paullo post tamen id ex veterum tantum opinione constituit. Verba sunt: *Nonnulli putant magnitudinem inflammationis ventriculam premere, ac singultum facere, neque enim spiritu exire*. Hanc sententiam non valde videtur probare: nec verisimile est ob spiritus interclusionem hoc symptoma advenire. Sic eam quidem sententiam probare quidem potest, quatenus dicit praetumoris magnitudine ventriculum offendi, & inde ad singultum impelli, non autem quod spiritus via intercipiatur. Posteriores autem rationem qua nitebamur docere ab humore tenui & bilioso resudante

Apho. 17.  
lib. 7.Apho. 58.  
lib. 5.Comm. in  
aphor. 58.  
lib. 5.Comm. in  
aphor. 17.  
lib. 7.

Ballonii Oper. Tom. II.

Q

dante

dantē ab hepate inflammato singultum excitari, ipsemet Galenus adstruit commentario prædicto. *Et quidem bile* (ait Galenus) *satis calida & multa in hepatis inflammatione genita, confluyenteque ad intestinorum principium & superfluente, necnon ad ventriculum recurrente os ipsius morderi contingit, & ita singultum nasci.* Quod probabilius multo videtur. Atque ita in inflammatione hepatis tribus de causis potest singultus oboriri, ob pressum ventriculi a tumore ob inflammationem excitato: (at sine tumore in iis quibus fervet hepar nasci potest: nec in inflammatione credibile est ita in magnitudinem hepar attolli, ut pressum commemorabilem afferat.) Secunda ratione ob ichorem qui ab omni parte inflammata transfunditur: ut in inflammatione membranæ costis obtentæ tussicula oboritur, transsumto ichore a parte deflagante.

Tertia ratione ob generationem bilis, quæ quum redundet, refluit ad ventriculum, ibique id symptomatis solet promovere. Quartam Philotheus rationem addit minus reliquis probabilem. Ideo enim ait singultum inflammationis hepaticæ sobolem esse, præsertim si concavas occupet, & ingens fuerit, quod ea magna inflammatio humores a ventriculo vicino trahat, & sic exhauriat illum, quo exhausto singultus ab inanitione insequitur. Progressu quidem temporis hoc fieri potest: Sed respondeat Philotheus qui fiat ut tam brevi singultus ab inanitione ob viciniam inflammationi hepatis sequatur. Hepatitis enim morbus acutus est, & intra paucos dies necat: immo initio etiam *ήπικτιδος* potest nasci singultus, quum non sit probabile ab exhausto tam brevi ventriculum laborare. Quæ duæ rationes a nobis productæ, confictæque, tolerabiliter videntur infringere ac labefactare opinionem Philothei. Addi & potest hæc; cur in summa fame in qua suctionis sensus est, non adest singultus? Est enim probabile si hepar deflagrans exhauriat, & cito singultum afferat, ut in exacta inedia idem contingat. Nam potest respondere Philotheus id quod scriptum est apud Galenum cap. 3. lib. 6. de locis male affectis, quum distinguit diabetem a canina appetentia. In canina appetentia vitium statim apprehenditur, & vis, quia in animali parte id fit: in diabete autem non item, quia fit in parte naturali quæ sui mali sensum non habet ut & ventriculus: potest, inquam, respondere illam exquisiti sensus facultatem qua donatus est ventriculus ob nervorum propagines multiplices, in causa esse cur penuriam, suctum, emunctionemque, ut ita loquar, & minimam & statim percipiat. Unde fit ut in simis existente inflammatione, eaque magna & commemorabili, derepente pars calida trahat, calfaciat, exorbeat: eaque subita mutatio, & veluti *αθροίωσις* facta, singultui occasionem dat. At vero fames, quia non subitam affert mutationem, non ita singultum affert: suctionis quidem sensum inducit, sed non aliud symptoma: nisi quod quidam convulsi sint aliquando, sed id referunt ad bilem quæ ferit in jejunitate & inedia superius orificium ventriculi.

Porro si inanitio singultum efficit, cur qui tabidi, aut hectici moriuntur singultiendi finem non faciunt quum ab exhausto laborent? Et quibus

quibus alvus immodice fluit, aut sanguis fluxit immodicus, contingit singultus & convulsio proprie dicta: Sed qui sæpe tabuerunt, non prius singultiunt quam dum jam jam sunt animam acturi; unde vulgus extremum singultum apte satis appellat, quasi natura non persentiente inanitionem præcedentem ut quæ sensim fieret: sed jam jam pereunte facultate naturali singultus excitatur? Quæstio hæc difficillima est, & commentatione dignissima, ut quæ intellecta perspectaque non minus auctoritatis pondere quam utilitatis ubertate, jactationem in populo sit habitura. Quum repletio est aliqua, aut venenata aura, aut acre quippiam in ore ventriculi, aut inhærens tunicis ventriculi, non dubium quin legitima ratione ventriculus ipse molestias depellere annitens, in se ipse convellatur, singultumque efficiat convulsioni proprie dictæ æmulum. Sed quo modo præeunte insigni aliqua evacuatione singultus ab inanitione fiat, majore quæstione dignum est. Nam, ut ante commentabamur, si inanitio convulsionem afferat in corpore universo, & singultum in ventriculo, cur in hæcticis in quibus extenuationis summa sunt omnia, & summa inanitio, propalam explicatur, frequentes singultus non adsunt? Primum hæc de convulsione & singultu disputatio satius potest explicari: deinde in angustius cogi ac redigi. Nam & contra Galenum olim a subtilissimis rerum indagatoribus disputatum est, ut conficeretur inanitionem ipsius convulsionis causam non esse. Ratio autem potior illorum erat illa quam exposuimus, nimirum quod emaciatos & a morbo tabefactos ac colliquefactos convulsionibus exerceri oporteret: quod non usu venit, nisi quod complicatum sit conjunctumque cum ipso marcere quod partibus convulsionem afferat. Atque huic objectioni ita solutionem opponunt: Ut morbus fiat, oportet mutationem fieri subitam & ἀδρόα: quæ enim lente & κατὰ μέτρον fiunt, idest paullatim, pigroque gressu, ea non imprimunt quid corpori, nec mutationem alterationemve effatu dignam afferunt: ut propterea convellendi occasio non adsit, tamen si ea emaciatio tabesque reciproce cum inanitione coeat; idest, tabes & carniū collapsus & marcor ad inanitionem referatur. Sed quum forte fortuna, aut critice, aut alia ulla ratione profunditur alvus, aut sanguis, aut evacuatio aliqua *ὑπερκαταρραξίσι* contingit, e regione adest singultus, aut convulsio aliqua, quæ hominem sic repente & affatim evacuatū adoritur. Et hac maxime ratione singultus sequitur ob inanitionem. Quamquam duorum alterum esse, aut utrumque necesse est, vel ut ventriculus minimam inanitionem sui sentiens tamquam quod sibi molestum singultiat, vel quod tamen si inanitio ventriculum ipsum non attingat, tamen ex eventu sensum habet inanitionis aliarum partium. Quod ad prius attinet, fieri potest ut quia animalis sensus est in ventriculo, minimam læsionem sentiat ventriculus, in ceteris partibus idem non contingit, quod is sensus animalis non ita insit. Quod fuit argumentum Galeni in libris de locis affectis, dum probaret cur caninæ appetentiæ singula momenta, vires, & tempora perciperentur: ipsius autem diabetæ non item. Nam quum animale munus obitur exacte in parte aliqua, minima oblata occasione rei tristis



fenſio percipitur . Sed hic quarat cur in inedia non convellatur ventriculus ratione exhausti , ſi minimæ rei triftis fenſio inſit ventriculo ? De poſtérieure ita nos ſtatuemus . Ex eventu inanitionem aliarum partium ventriculus præſentit , ſubodoraturque , quod tamquam in chorea fiat partium harum & illarum attractio , deinde attractio ſuctum inducit , & ſuctus ſuctionis ſenſum : cujus quum tota ratio in ventriculo ipſo vertatur , non eſt dubium ſi poteſt aliarum partium penuriam ſentire . Accedit quod inanitio ipſa attingat quoque ventriculum ipſum , ſed non ita ut & ceteras partes . Nam ſi marcor , macies , & exhaustum eodem modo & gradu ventriculum ipſum attingeret quo & partes ceteras , fieri non poſſet ut animans ſuſſisteret . Propterea in corde natura aquoſum quid in pericardio conſtituit , ut & ſi totum corpus deſtigraret , haberet tamen cor tamquam ultimo moriens quo ſe ſuſtentaret , & a tam ſubita deſtigratione vindicaret . Ita & in ventriculo ſemper eſt aliquid pingue , mucoſum , offarciens rugas & parietes ventriculi , ut minime ſentiat damnum : accedit quod ſi qua alia pars ingeſtorum gratiam recipit , ventriculus eſt maxime .

Sed hæc tam accurata exactaque vix conferunt ad curandum : Tamen magni intereſt ſcire in ſingultu quid agat , quid patiat , quæ cauſa , ne temere ſingultum ab inanitione , pro ſingultu a repletionem accipiamus . Plurimum autem refert ad Therapiam an hic aut ille ſit ſingultus .

## A N N O T A T I O N E S .

*Idem forte dici poteſt de ſingultu & convulſione , quod & de dolore capitis . Nam dolor capitis fit aliquando per ſympathiam abſolutam , ut quum nervo leſo ſtatim cerebrum compatitur ſympathia abſoluta : nec enim vapor , nec materia ulla intercedit ad talem affectum committendum . Ita quoque eſt quedam convulſio & ſingultus , qui nec repletionem , nec inanitionem , quæ ſunt perſpicua cauſe , agnoſcit , ſed abſolute fit , per modum quemdam vix exprimibilem , ut ſic loquar .*

2 *Quum & deſipientia , & ſingultus , & convulſio ab inanitione fiat , male quum aliquis talis affectus contingit , ſtatim recurrunt Medici ad attenuantia & calefacientia . In quo aberratur : & talem errorem convincit Galenus lib. 11. Simpliſ. cap. de caſtoreo .*

3 *Lib. 1. Epidemior. meorum obſervavi ex ſententia Hippocratis , medicamentum irritum & inutile poſſe huiusmodi ſymptomata excitare , quod notandum eſt . Item filius domini Povari Regii in Camera computorum Auditoris , quum bimeltri tertiana laboraſſet , nec ad medicamentum adduci potuiſſet , quum calum incanduſſet paululum , datur medicamentum , cui indormiendum imprudens Pharmacopœus cenſuit . Medicamentum inane fuit . Movit , nil excluſit . Ab eo tempore vix febris expers . De dolore capitis , de quo prius non conquerebatur , queritur . Dum paroxyſmus repetit repente æquos ſit , elatis in cerebrum vaporibus , immo & febre ipſa jam cerebrum occupante ( unde caloris acerrimi ſenſus apparebat )*

parebat) ac si febris esset capitalis, ( ut sic loquar . ) Per viginti quatuor horas ἀσπυος fere fuit, & κάρτος eum prehenderat : Virtus erat debilis . Nil natura prestavit, quamvis irritata . Convulsus interiit . In cerebro nil deprehensum . Venæ intumuerant parum . Vi febris interiit obseffo cerebro quoque, ut interea non esset flabellatio cordis ob respirationem non liberam . Si enim sanis quum dolores capitis derepente oriuntur, ii muti fiunt, & apoplectici moriuntur, quid non eveniet simile agris? Aphorism. 51. lib. 6. Ad illum locum Rondeletii allegatum addi potest quod scribit Hippocrates lib. 4. Epidemiorum, ubi notat quartanam febrem tum cessavisse quum homo factus esset τυφλός, aut τυφλός . Immo commemorabilis est locus Comment. in historiam de Pythione histor. 1. lib. 3. Epid. ubi dicebant interpretes Hippocratis Pythionem delirasse quod a ventre abstinisset multo genito ac congesto semine, quod obruendo cerebrum delirii causa foret, eo modo quo in aperiione capitis pressus manuum cerebrum offendit . At Galenus refutat hanc opinionem, putatque oppressionem cerebri, sive sit cum humore, sive a manu, sive a terebra, aut alio modo, non causam esse delirii, sed potius affectionis cujusdam apoplectica ac comatosa . Qui locus præclarus est, ut scias delirium & desipientiam aut ab exhausto esse potius, aut ab humore non tam quantitate quam qualitate peccante .

CONSILIUM LVIII.

De febre purpurata.

**J**OANNES Dodevars in regijs negotiis quæ ad rem bellicam pertinent occupari solitus, dum circa mensem Octobrem infinitum prope iter velocissimorum equorum cursu demetitur, ac conficit, Lutetia in morbum gravem incidit . Et ut homo erat acutus, agilis, expeditus, multa animo ac cogitatione versans, biliosus, irasci facilis, ita suæ naturæ congenere in morbum præceps ruit . In hoc ægro forte nos longius provehi oporteret, quam ratio proposita postularet . Nam admirabilis rerum trahere nos potest ordo, si singulorum vim explicare institutum esset quæ in morbo contigerunt . Quum itaque diu & noctu laboribus pene confectus fuisset, quum quiescere cœpit, eum cum levi horrore febris prehendit, noctem infomnem duxit: deinde magna liquidorum excrementorum copia, nil autem crassum excretum est: nausæ frequentes: paululum quievit nonnullis supra infraye excretis . Febris cœpit increfcere, jactationes & vacuitas somni, dolores ad regionem ventriculi & lienis, urinæ ardentes quodammodo vineæ, aut vino gilvo dilutæ, aliquando mali aurei colorem non ita saturum referebant . Crudæ: sitis inexhausta, etsi cyathos duos aut tres aquæ hausisset, siccavissetque, ne minimum tamen refrigerii hoc asferre videbatur, ac si in ardentem fornacem injectum id esset . Animi defectiones, præsertim quum resurgere vellet, omnium artuum contractio & lassitudo mixta ex phlegmonosa & tensiva: & quod mirum fuit, intercalaris

Ballonii Oper. Tom. II.

Q 3

pulsus

pulsus erat, intermissio, inæqualitas, & ea intermissio in multis pulsationibus apparebat. Tertio die sinistrum crus pustulis rubeis humilibus maculatum erat, quod nobis terrori fuit. Sed hoc sibi familiare esse nuntiavit. Febris eundem typum non servabat: noctes aliæ aliis erant molestiores. Medicamenta quæ initio exhibita sunt, educebant aliquid subrubeum, subflavum, sed paucum, & non nisi magna vi. Omnia cruda erant, & nisi moræ impatiens fuisset, medicisque vim quodammodo afferret, ut morbum primo quoque tempore oppugnarent, incumbendum tantum fuisset coctioni, negotiumque naturæ totum committi credique debuisset. Sed & venam secare, & purgare coacti fuimus, idque frustra, quum nos videremus nihilo magis e re ægri esse. Sed satis ægri fuit faciendum importunitati. Morbus longus fuit admodum; nec ante tres menses sibi restitui visus est. Notandum interea rigentem hiemem quæ tunc si alias umquam sæviisset, ad morbum producendum attulisse plurimum, quod & meatus occluderentur, & materia contumacior redderetur. Accedit quod nisi ita initio materia cruda jactata fuisset, melius actum fuisset cum ægro. Eum in quartanam casurum sperabamus, & quod illo tempore magna quartanarum febrium copia in populo jactabat sese, tum quod de liene quereretur. Tertio, quod expulsis symptomatice iis quæ liquidiora forent, remaneret materia incinerata, ut vocant Practici, adustaque, quæ cunctando putredinem accerferet, & ægrum nostrum febre quartana cumlaret. Nec longe a vero aberravimus; nam tres aut quatuor paroxysmi quartani illum opprefferunt.

Hic multa considerari possunt, quorum explicatio utilitatis ubertate sit nos delectatura. Primum ex historia morbi, & excretis innotescere potuit id quod principio erat implicitum ac involutum, nimirum quæ morbi species, & a qua causa. Secundo unde ista extimarum perfrigeratio fugax aliquando: leipthymia, æstus ingens & nulla ratione extinguendus: pulsus in homine juvene inæqualitas, & intercalaris quædam intermissio, quæ periculo non carebat. Lassitudo ista, jactationes; dolor ad lienem, urinæ quales descripsimus. Quæ omnia sigillatim explicabuntur. Id quod maxime nobis terrori fuit, pulsus inæqualitas, & intercalaris intermissio in una pulsatione erat, initio quidem ordinata quodammodo erat: recreatis vero viribus inordinata existit. At satius est multo in rhythmo isto vitiosam inæqualitatem ordinatam non esse. Ut enim in rebus e natura ordo quippiam habet laudis & præstantiæ: ita in rebus contra naturam, non potest non ad malum apparere. Causa autem quæ nos hic commoverit atque perturbavit, est quod nos legissemus aliquando apud Galenum & inæqualitatem in pulsibus malam esse, & hac deteriozem intermissionem. Fernelius scribit periculosissimam esse pulsus intermissionem in juvenibus, minus in pueris, minime in senibus. Tamen ait aut ex arteriarum obstructione ortam, aut asthma, aut diuturno affectu, non ita exitialem esse juvenibus. Ex unius pulsus intermissione multi senes ac pueri evaserunt; juvenum nullus, ait: quæ pugnancia videntur. Nam aut ex asthma, aut arteriarum obstructione, aut affectu aliquo longo ( præsertim minime adversa valetudine ) dixit intermissionem

missionem non esse letalem. Sed quum loquitur de bona valetudine praesente, quaestionem videtur dirimere. Si enim in ceteris satis robustus & magnus sit pulsus, non dubium quin intermissio aliqua non ita periculum creet: sed si pulsus parvus, languidus, inaequalis, & auctario accedat intermissio, quae spes esse possit? Galenus cap. 4. lib. 2. de praesag. ex pulsibus, de pulsuum inaequalitate multa, eaque praecleara: primumque statuit aut in una pulsatione observandam esse inaequalitatem, aut in multis quod (*ἀσποισμία* vocatur & *συσηματισμόν*) atque in uno pulsu inaequalitatem deteriorem esse ea quae in acervo ac cumulo fit. Differunt autem inaequalitas & intermissio quum haec ad illam referatur. Quod Galenus docet quum scribit: *Periculosum est omnino non moveri arteriam, quod διαλείπειν dicitur: quod si qua alia species inaequalitatis adest, periculosum esse dicitur.* Interpres grammaticae tantum & obscure locum illum vertit: ac primum ex alio loco inaequalitatis pulsus causas repetit oppilationem, compressionem instrumenti, humorum copiam collatione facta cum facultate, cordis intemperiem inaequalem. In genere igitur haec inaequalitatis causae statuuntur. 4 Intermissio autem pulsus agnoscit causam suae facultatis a copia humorum oppressionem, ejusdem impedimentum quominus motum tempore suo auspicetur, idque aut ob crassitudinem, aut copiam humorum unde oscillorum cordi vicinarum arteriarum sequitur obstructio. Item saepe oscillis illis offunditur materia quae vinculi modo intercipit motum. Interdum inflammationes, scirrhi, tumoresque partium quibus arteriae infixae sunt, impediunt ne libere dilatentur, unde motus intermissio nonnulla. Unde in syncope & palpitationibus cordis haec intermissiones parent: si quid enim tunicis arteriarum, aut cordis ipsius corpori alte defixum fuerit, in propinquo mors, intemperies inaequalis cordis intermissionis causa una non ita perniciofa est. Haec enim inaequalitatem potius parere nata est, quae ineuntibus febribus putridis maxime conspicua est. Galenus lib. de febribus quod ad hunc locum maxime pertinet in febribus putridis agnoscit duo quae propria sunt, non tamen inseparabilia, *σφύγμῶς διέσφις*, coarctationem pulsus appello, & *ἀνωμαλίαν*, inaequalitatem, accedit tertium *ἐπιπαραρξύνειν* idest, repetere, geminare, annotationem novam habere febrem, quum videlicet accessione jam vigorem aut suum clementum assecuta, rigoris sensus quidam excitatur ac si postliminio nova accessio succederet. Quod in febribus putridis multis conspicitur: & nos anno 1572. tota hieme, & 1573. toto tempore verno & aestate quae naturam indolemque hiemis, aut potius autumnii referret id in innumeris, praesertimque in mulieribus observavimus. Quod non aliunde contigisse suspicio fuit, quam ob materiae inaequalitatem quae difficultatem perasmi afferre solet. Graecis illud *ἐπιπαραρξύνειν* dicitur accommodato satis vocabulo. At *σφίσις* fit ob copiam materiae quae facultatem in aliquas angustias cogens pulsus coarctationem angustiamque facit. *Ανωμαλία* proprium quidem est febrium putridarum, sive illa in calore, sive in pulsu spectetur. In pulsu quidem ob fuliginosorum putriumque vaporum cor petentium copiam. Galenus autem illo loco ait, saepe in ipso ore ventriculi collecto quodam

Lib. 2. de  
caus. puls.

Cap. 9.  
Lib. 1.

Q 4

pravo

pravo humore mordaci aut frigido parvitatem inæqualitatemque pulsus invehit : & quum in principiis paroxysmorum viridium humorum eructatio in os ventriculi contingat, unde nausæ & vomitiones ; mirum non est si affecto ore ventriculi pulsus sit *ἀνώμαλος*. Parvitatem quidem cum quadam inæqualitate, quum frigidus est humor : sin acer & mordax humor est, inæqualitas parvitatem pulsus exsuperabit. Quod notandum est, ne temere initio morborum sive adsit febris, sive non adsit, observata aut inæqualitate, aut intermissione quadam ad venenum aut *δαίον τι* recurramus, magnum aliquid nos dicturos rati, si divinitatem quamdam in morbo hoc aut illo dixerimus esse. At sæpe una ventriculi oris superioris obsidio propter contumaciter adhærens aliquid pituitosum illi parti, hoc symptomaton genus juniores & inexpertos Medicos perterrefaciens invehit : maxime vero si pituitosa materia circum partes has accendatur, contumaci manente materia. Nam quamdam *τύφου* speciem inducit.

Nunc ad intermissionem revertamur. Aliquando intermittit pulsus tantum quantum temporis esse possit in alia promovenda pulsatione, aliquando intermittit diutius, & per duorum pulsuum tempus. Hoc posterius funestum est, nec ab eo quisquam convaluit. Per tempus vero totum unius pulsus, aut paullo diutius intermissionem factam sæpe in plerisque qui convaluerint observavit Galenus, præsertim si jam affecta ætate, aut præcipitati senes essent. Quod minus mirum in senibus, tametsi periculosum esse videatur jam ipsam ob ætatem ad vietam facultatem accedere istam intermissionem a morbo. Sed, quod notandum, adductis senibus, & iis quos valetudinarios vocamus, docet a magnis causis valentes de sanitatis gradu dejici, quod quum contigerit, periculosus ægrotant. Ac imbecilli & senes minima etiam occasione aut morbo occupantur, aut intermissio pulsus eis accidit, quod minus in his mirum videri debet. Itaque ab intermissione pulsus pueri & senes non intereunt, juvenes intereunt : nisi forte juvenes illi imbecilli natura sint, & senes validi ; nam tunc facile decipi possumus. Illud enim notum ex Hippocrate, *Qui laboribus assuescilli fuerint, licet aut senes aut imbecilli sint, non consuetis licet validis ac junioribus, alacrius ferunt*. Itaque est ubi in juvene imbecillo minus sit formidabilis pulsus intermissio, quam in sene robustiore. De pueris ac senibus quod ipse observavi, dicam. Carpentarius quidam nomine Gilet annos pene 78. natus, imbecillis pulmonibus ac purulentis, ut fidem eventus fecit, crudeli satis pleuritide detentus jacebat. Inæqualis pulsus & intermittens quod nobis non mediocre metum incussit. Ista anomalia perseverabat : sæpe medendi fiduciam quam habebamus per sectionem venæ repetitam, ut fere sit, minuit ista intermissio. Tamen ista quam adduximus opinione audacior erectiorque factus, venam ter quaterque secui, convaluit. 6 Intermisio hæc ab ætate erat, juvante quoque duritie pulsus, tum ratione inflammationis, tum duritiei vasorum. Quod animum addidit ut etiamnum in ista anomalia securiores essemus, erat pulsus magnitudo. Si enim ad intermissionem pulsus crebritas cum parvitate accedat, angustior longe spes est. In pictore Petro Dangers observavimus

per-

perspicuam pulsus intermissionem in magna affatimque facta destillatione : hoc illi familiare est ; & tandem deprehendimus duabus de causis hoc illi usuvenire etiam quum primum incipit ægrotare . 7 Prior est illi connata superioris orificii ventriculi infirmitas , ut minima etiam occasione in leipothymiam deliquiumque animi præceps ruat : sed pane in vino infriato in os injecto statim recreatur . Posterior est ingens copia materiæ pituitosæ & frigidæ a cerebro imbecillo facto ob usum modioli continenter illabente . Rejecta enim vomitione materia multa statim priores vires recuperat . Et nos illum noyimus a gravibus funestisque morbis quibus sæpe subiacet , defunctum superstitemque evasisse . In D. Barthelemy jam grandi ætate eadem a nobis pulsus inæqualitas & intermissio , cum magnitudine tamen observata est sæpe , integris satis viribus , & corpus alacre ad surgendum . Et quod mirum est , sæpe de industria in molliusculis pueris istam inæqualitatem conspicuam vidimus , præsertim quum dormirent .

Ac de inæqualitate pulsus non modo in multis pulsationibus , sed in una pulsatione , quod longe deterius esse paullo ante dictum est . Exstat historia apud Galenum de Antipatro , cui inæqualis pulsus erat admodum , quum tamen anhelosus non esset . Et tandem argumentis conjecturisque est affectus Galenus leves pulmonum arterias infarctas obstructasque esse . Quæ quum plerique Medici agnoverint invento quodam de pulsus inæqualitate conquerenti , non temere de morte repentina pronuntiabunt , sed diligenter causis rei ejus indagatis , aliis securitatem prædicent , perniciem aliis minabuntur . Et quoniam locus postulat ut mentione de pulsu facta ( cujus cognitionem soli Deo & Galeno Gordonius ille vir bonus & candidus tribuit ) de speciebus quippiam dicatur , non erit alienum ab instituto paullo apertius de re disputare .

Cap. ult.  
lib. 4. de  
loc. aff.

In pulsibus quinque observari volunt ; motum , quietem , dilatationem arteriæ , ictum , corpus . Ac ratione motus differentiæ hæc observantur ; celeritas , tarditas . Ratione quietis , frequens , rarus . Natura non potest duos motus contrarios moliri quin sit interjecta quies aliqua . Galenus autem quietem distinguit in internam & externam : Ratione dilatationis , parvitas & magnitudo in pulsibus observatur : Ratione ictus , qui & a nonnullis occurfus dicitur , imbecillitas seu remissio , & fortitudo sive vehementia spectatur . Ratione corporis ipsius arteriæ , plenitudo & durities ( quamquam durities sine plenitudine esse possit , ut in hecticis annotavit Galenus lib. 1. de diff. febrium ) vacuitas & mollities . Hinc constitutæ sunt differentiæ in pulsibus .

Quinque  
in pulsu  
observan-  
da.

|                  |             |  |                  |                             |
|------------------|-------------|--|------------------|-----------------------------|
| Ratione motus,   | Σ celer,    |  | Ratione dilata-  | Σ magnus,                   |
|                  | Σ tardus,   |  | tionis,          | Σ parvus.                   |
| Ratione quietis, | Σ frequens, |  | Ratione ictus,   | Σ imbecillus, seu remissus. |
|                  | Σ rardus,   |  |                  | Σ fortis, vehemens.         |
|                  |             |  | Ratione corporis | Σ plenus, durus.            |
|                  |             |  |                  | Σ vacuus, mollis.           |

Porro in corpore arteriæ vel consideramus trinam dimensionem , vel corpus ipsum per se . Si priore modo , pulsus latum angustum statuemus , profundum

dum humilem, longum brevem. Si autem posteriore modo duritiem seu plenitudinem spectamus, unde pulsus plenus & durus, & vacuitatem seu mollitiem, unde pulsus vacuus & mollis. In dilatatione autem magnitudinem & parvitatem considerandam diximus, quo pertinet observatio trium dimensionum. Nam magnus dicitur pulsus qui longus, latus, profundus simul est. Sed hoc ad corpus arteriæ referri potest, quatenus in hoc trinam dimensionem spectari diximus. A ritmo [differentiæ] duci possunt, ut quum pulsus non est secundum ætatem, sexum laborantis, tempus. Innumera alia hoc loco considerari possunt, quæ quoniam a Galeno pertractata sunt abunde, horum diffusiore explicatione superferendum videatur.

9. Secundum vero quod a nobis in hoc ægro est observatum, fuit partium extimarum perfrigeratio fugax: quæ revera in morbis diligenter observanda est; nam partium extimarum frigus quoddam est positivum, sed periodicum, ut initio paroxysmorum, & tale frigus minime est pertimescendum: contra vero timendum est in inflammationibus partium internarum quum calor intro revocatur, ut in Aphorism. explicat Galen. 10. Aliud frigus est veluti privativum per quamdam extinctionem caloris naturalis: & bifariam apparet; priore modo in morituris, quum partes livenit jam per necrosin partium frigus quoddam est privativum: Aliud autem frigus, non quin partes non calfiant (quod Hippocrates ἀναδυσμυκνέδου vocat) sed calefactio ista a calore febrili est. Victo autem naturali temperatoque calore partes refrigerantur, & tamen caloris febrilis favorem nonnullum percipiunt. De quo frigore juxta ac colore reciproco dictum est ab Hippocrate: *Summa corporis partes si*

Part. 8.  
sect. 2. lib.  
Prophet.

*celeriter in utrumque mutantur, malum.* Nec abs re addit *celeriter*; ut vitetur objectio de hieme, & calore æstivo; nam in illa extimæ partes refrigerantur, sed non cito calfiunt. *Sed in morbis malignis*, ait Galen. in comment. *una etiam hora mutatio ad contraria percipitur: Contingit autem ea mutatio quum partes extima propriam caliditatem non habuerint, sed a calore febrili calfiunt, qui a centro corporis incipiens, flammaque similis corpus depascens extrema concalfacit: & quum ille febris calor transpiraverit, refrigerantur extincta scilicet propria caliditate.* Et illic est frigus pri-

Hist. 2.  
sect. 3. lib.  
3. Epid.

vativum: non tale quale in morte, sed proxime accedens. De eodem frigore dictum est a Galeno in historia de Pythione. Nam primo die ingens febris erat & æstus: secundo autem ei partes extimæ refrigerunt, præsertim manus & caput, & erat βραχυσπυρις, ad verbum *brevi-spirus*, cui consentit quod & octavo die contigit; nam dicit, *spiritus exilis & imminutus*. Si itaque febris erat acuta, cur frequens & magnus non erat spiritus? saltem si frequens sit & brevis, dolorem significat supra septum transversum: sed si frequens & brevis, malus; deterior si rarus & brevis, sive parvus; qui si cum respiratione quadam sive potius expiratione frigida sit, jam facultas vitalis emoritur: In acuta parvus rarus, qui βραχυσπυρις nomine includitur, pessimum signum est. Hoc explicat Galenus commentario illo in historiam de Pythione, his verbis: *Causa cur quum primo die acuta febris fuerit, secundo brevem spiritum ducat, est, quod primo die calor febrilis per*

per putrescentes humores accensus ipse digeratur ; calor autem naturalis adeo infirmus relinquatur , ut jam prius extinguatur , quam febrilis de integro accendatur , velut jam fervefactis , qui computrescerent , succis . Sic secunda die dominantis frigoris signum est maximum . Quo ex loco patet refrigerationem partium extimarum per extinctionem caloris naturalis contingere . Atque hoc loco quaestio dignissima cognitu poni potest , Si mutatio in calidum & frigidum partium extimarum adeo perniciosa est , ut ante ex lib. 2. Prorrh. docuimus , cur non aequè in malis ducenda mutatio in utrumque in corpore toto ? At ex Aphorismis mutatio in corpore universo , ut corpus modo calfiat , modo refrigeretur , longitudinem tantum morbi significat , cur non & idem significat partium extremarum μεταβολή ; At ante docuimus aliquid multo gravius designare . Et vero probabilis est plus subesse periculi si ambigua ista mutatio totum corpus attingat , quam si partes tantum extimas . Etenim etiam in bene habentibus facile manus , pedes , nasus mutantur , non ita facile corpus reliquum , ob subjecta viscera calida . Quod si totum corpus modo calfiat , modo aliter afficiatur , non vacare videtur periculo . At ita respondere oportet : Quum Hippocrates celerem partium extimarum in utrumque mutationem damnat , id de febribus acutis intelligi debet , in quibus si omnino partes extimæ refrigerantur , revocatio caloris ob phlegmonem visceris significatur : si vero in utrumque partes mutantur , dominatus caloris febrilis significatur , & domatio extinctioque caloris blandi & naturalis . Ideo quum Galenus in Commentar. in part. illam 8. lib. 2. Prorrh. illam mutationem explicat , meminit febrium malignarum , utpote in quibus peculiariter id symptoma contingat . Sed quum lib. 4. Aphorismor. totius corporis mutationes in calidum & frigus damnat , revera non intelligit de febribus acutis . Nec enim facta mentione febris absolute enuntiat mutationem istam longitudinis morbi esse argumentum . At si in acuto morbo contingeret , non est credibile longi morbi signum esse , quum id pugnet cum natura morbi acuti . Quod si mutatio in utrumque toti corpori conveniat , quis dubitat ad malum id non apparere in morbo acuto ? Immo forte majorem perniciem afferet quam mutatio reciproca partium extimarum . Tamen κατ' ἔξωθεν mutationis signa in partibus maxime extimis apparent , ideo illarum Hippocrates praecipue meminisse solet . In febribus autem non acutis , aut aliis morbis totius corporis mutatio longitudinem morbi designat , ob materiae ετερογενείας diversitatem . Quod videmus usu venire in febribus cum catarrho junctis , in quibus sensum caloris modo habent aegri , modo sensum frigoris , non modo in partibus corporis extimis , sed etiam in toto corpore ipso . Item in febribus epialis non solum est sensio caloris & frigoris simul , in quo Epiali natura consistit : sed etiam mox calor percipitur , mox frigus . 11 Præterea ex sententia Galeni , quicumque sunt cacochymi , dum repente incalescunt , horrore tenentur , necnon sensationem habent reciprocam caloris & frigoris : & tamen hæc non significant malum aliquod , sed tantum longitudinem morbi . Ceterum ut de mutatione ista caloris & frigoris aliquid statuatur , sciendum idem esse judicium de

Compar.  
16. sect. 3.  
lib. 6.  
Epid.

Aph. 40.  
lib. 4.



caloris & frigoris mutatione, quod de frigidis sudoribus, de quibus in Aphorismis. Nam ut frigidi sudores cum febre acuta perniciem significant, & in mitiori febre morbi diurnitatem: ita & mutatio in utrumque siue sit extimarum partium, siue totius corporis, in acutis morbis perniciosum est quid: in aliis morbis aliud significat. Sed de vicissitudine ista caloris & frigoris, unde, & quid significet, ante dictum est plenissime. De ea plura qui volet, eo animum, seque ipse convertat. De lassitudine quæ ægro nostro aderat, ita dicere possumus: videbatur non esse spontanea; siquidem labores quos summos pertulerat, eam lassitudinem satis poterant invehere, 12 tamen erat & alia quædam species ex iis lassitudinibus quæ

*Comm. in aphor. 5. lib. 2.* spontaneæ dicuntur. Ac primum spontaneæ lassitudines dicuntur sponte natæ, non quod non sit causa aliqua, sed causa intus latet aliqua lassitudinis specie sese proferens; non autem procatarticum quid habet: tamen forte ab extra aliquid peti possit: sed tamen de essentia ipsius lassitudinis non est. Ex libris sanit. tuen. & Aphorismis, triplex est lassitudo;

*Cap. 6. li. 3. sanit. tuend.* una tensiva, ulcerosa altera, tertia phlegmonodes ex utriusque orta. Tensiva a plenitudine est, ulcerosa a cacochymia. Phlegmonosa ab utraque causa est, ex sententia Galeni. Febris autem laboriosa aliquid aliud peculiare habet, ut ex eodem Galeno parere potest. In hoc ægro nostro erat lassitudo quædam phlegmonosa; & quum is integra olim sanitate fructus esset, nonnisi magna de causa de sanitatis statione detrudi potuit; unde mirum non fuit si morbus admodum longus & periculosus fuerit: Et omnia initio ita cruda fuerunt, ut nil aggredi tentareque auderemus. Tamen quoniam omnium minime patiens erat æger, temere secta vena, & multa tentata, quorum nullum melius fuisset attigisse, sed negotii partem maximam naturæ commisisse. Eductus sanguis plane laudabilis: nihilo sedatus æstus. Quoniam prima regio humore bilioso, crasso & veluti sanguineo aut prærubro erat offerta, cujus exclusionem facilem impediabat rigens hiems quæ tunc sæviebat. Quod nos terruit, fuit veluti cruris sinistri maculæ subrubræ, verebamur ne exanthemata erumperent, siue ecchymata ab humoribus superfluis & tenuibus, ut notat Galenus lib. 3. Epid. Quæ exanthemata in plerisque sunt *κρίσιμα μη κρινόμενα*, ut ex historia de Sileno parere potest. Cui quum letaliter ægrotanti papulæ rubentes, parvæ, varis similes, nec abscissum facientes erupissent, natura morbo reluctantante, tamen interiit. Et tamen ait Galenus in Commentario, ea eruptio causa fuit cur nono die non interierit, quum ei necessario intereundum esset, sed in diem undecimum mors dilata fuerit. Dolor ad lienem metum afferebat, ne illic abscessus fieret; tamen inflammationis manifestæ argumenta non erant. Causam istius doloris ad longam equitationem referebamus, in qua ducuntur ilia, & anhelitus sæpe interrumpitur: tamen iste dolor hypochondrii sinistri nos in suspicionem traheret latentis cujusdam mali; ut sæpe in Epidem. annotavit Hippocr. ut in historia de Sileno adducta paullo ante & alibi passim.

*Comm. in aphor. 31. lib. 3. 33. lib. 3. 4. Apho.*

*Comm. in part. 5. lib. 3. Epid. 3. part. 3. lib. 2. Epid. hist.*

De intermissione, aut potius intercalari intermissione ita nos philosophabamur. A plerisque qui citatis velocibusque equis multum iter ocysime fecissent,

sent, accepimus se saepe quum quieti se traderent, inæqualitatem istam in pulsu percepisse. Nam exercitatio immodica tandem accersens *κόποι* aliud facit quam mediocris : nam mediocris crebros, magnos & celeres pulsus facit; immodica autem, præsertim quum ventum est ad resolutionem aliquam, languidos, tardos & raros facit. Sic in isto ægro animoolvebamus qui fieret ut præeunte tanto labore pulsus esset satis magnus & celer, quum ratione immodicæ exercitationis tardus imbecillusque esse deberet. Hujus rei probabiles causæ fuerunt; Æstus ingens celeritatem requirebat, & ætas hominis adhuc virilis impediēbat quominus tarditas & imbecillitas in pulsu esset, quum tamen satis esset causæ cur & parvus, & tardus, & rarus esset pulsus, præsertim in tanta totius corporis agitatione immodica & veluti contractione. Sic æstus ingens, ætas hominis pro parvo magnum, pro raro frequentem, pro tardo celerem satis pulsus induxerunt: sed tamen causæ morbificæ & lassitudo & exercitatio immodica corpus frangens saltem inæqualitatis auctor fuit: & natura retinuit celeritatem & magnitudinem, sed a tot causis tentata non potuit efficere quin inæqualitas foret. Accedebat autem maxime obsidio oris superioris ventriculi quod in isto homine omnium maxime bilioso exquisiti erat sensus: & a bile immodica tentabatur, unde *καρδιωμοί* frequens: & morbi eventus satis abunde docuit tanto æstu & copia humoris biliosi corpus occupatum fuisse, ut nil supra. Docuimus autem ante (ni fallor) obsidionem oris ventriculi vel ab humore frigido, vel ab acri humore, aut ichore inæqualitatem in pulsu committere. Unum præterea fuit quod terrorem attulerit, minxit saepe oleosum, quod summo æstui interno acceptum ferebatur. Historia duodecima lib. 1. Epid. sect. 3. Hippocrates meminit excretas esse urinas oleosas, quas mortem significare ait Galenus in Commentario. Tamen in 3. de morbis vulgaribus locus est præclarus, quo docet excretionem urinarum oleosarum malam quidem esse, sed non perinde exitiosam, ut plerique autumant: multaque illic de urinis oleosis legere possis, quæ in communem usum afferri possunt, quoties illis de rebus erit cogitandum.

*Sub fin. 1. Epid.*

*Histor. 1. sect. 3 lib. 3. Epid. Vide part. 35. lib. 1. Prognost.*

Porro in ægro proposito quum subesset æstus ingens præcordiorum, omnino ratione provisum est ne vires illud incendium quæreret. Jusculis frequentibus viculinis carnibus ei consultum est: Item clysteribus & iisdem decoctionibus. In enematon frequenti usu statum est, nec olea, nec mel, nec saccharum dissolvebatur. Quoniam quoties alvus inferior æstuat, fervet, & ambusta est, ut loquitur Hippocrates in libro de aere & locis, a pinguibus & oleosis est temperandum. Perseveratum est in usu catholiconis. Tandem sub finem consultum est ventriculo usu confectionis de hiera dupla aloë. Instabilis admodum morbus fuit, verebamurque ne ex empyreumate prioris morbi febris quartana, aut alia similis cresceret ac surgeret. Ad sitim summam cum partium imbecillitate quæ sequuntur præscripta fuerunt.

*℞. semin. psyll. ℥ s. mastich. ℥ ij. car. passul. ℥ j. sem. cyton. ℥ j. fiant noduli, mandantur macerari aqu. rosar.*

*℞. aqu. fontana lib. s. destill. restaur. ℥ iv. aceti alb. ℥ vi. mellis Narbonens. ℥ j. santal. alb. ℥ ij. s. fiat decoct. ad tertia partis consumptionem, & perfectam despumationem. Postquam refrixerit, coletur, & cilarficet*

ficet 3. albuminib. ovorum, & santal. citr. & cinnam. aromatizetur.

¶. endivia utriusque, cichorij, boraginis utriusque an. m. j. Depurentur succi, & colectur trina vice ad clarificationem.

¶. Succi pomorum redolent. ℥ vj. sacchari lib. j. fiat syrupus semicoct.

¶. rhei infusi in aqu. endivia ℥ iiij. myrob. citrin. & Inzorum an. ℥ ij. agarici trochisc. ℥ j. anisi ℥ j. cinnam. ℥ j. fiat potio saepe repetenda cum ℥ s. syrupi praedicti.

### ANNOTATIONES.

1. In hoc agro biliosa crassa, sincera, flava, maligna, ut vocat Galen. comment. in part. 14. lib. 3. Acut. progrediente morbo: qua quidem biliosa, sive retinentur mala sunt, sive excernuntur mala sunt, nam jactationes, dysenterias, defectiones animi inducunt.

2. Apud Galenum sub finem libr. de praesagitione ad Posthumum, commemorabilis historia est de quodam juvene, cui in pulsu intermissio erat, & ea naturalis, a qua periculum impendere non putaret Galenus.

3. Nam minus est perniciosum inter multas pulsationes quamdam inaequalitatem esse, quam in una. Quia in una pulsatione magis ordinata, constansque natura debet esse, quod sine in hac quidem, multo est periculosius: tamen objici potest de pulsu in febribus intermittentibus a putredine ortis. Nam quum systole sit diastole contractior, etiam in una pulsatione inaequalis est.

4. Inter ceteros locos unus est maxime huc pertinens in Commentaria Akakia in lib. 1. ad Glauconem.

5. Nam (ut vere dicam) unde Cardiognus & sine febre, & cum febre nasci solet, inde ista in pulsu insignis mutatio: & humor potius exclusione eget, & aliqua *ἰσχυρῶς*, quam alteratione per alexipharmaca, ut damnetur error eorum qui in morbis perpetuo illud *ἀλόγοι τοῦ σώτος* constituunt.

6. Quum enim inaequalitas est, non ita cito terreri oportet, nisi cetera consenserint. Si enim natura valide in aliis ipsius pulsus numeris argumenta adsint, non ita metuendum est.

7. Galenus cap. 6. lib. 4. de praesagitione ex pulsibus, docet inaequales esse solere pulsus in affectione oris ventriculi, alios affecto fundo ejus. Locus praclarus & huc maxime pertinens. Inaequalitas ista & etiam intermissio quaedam ab oppressione & copia potest accidere. Et quum Galenus ait inaequalitatem & intermissionem in arteriarum obstructione & asthmae minus esse terrificam, quod de asthmae dixit. Idem potest audiri de infarctu pulmonum & copia pituitae, licet homo ita repletus, quod forte latum habeat thoracem, non sit asthmaticus. Sic est ubi debet esse formidabile istud vitium in pulsu, est ubi non esse debet. Et ne quis terreatur, sciendum istas inaequalitates ab oppressione esse maxime. Nam Galenus lib. de pulsibus ad tyrones, inaequalitates in pulsibus propria sunt facultates presse & gravate. Sic oportet sensim deonerare naturam, & pulsui sua reddetur inaequalitas.

8. Trine dimensionis observatio & in differentiis corporis ipsius arteria & di-

dilatationis observari solet, sed diverso quodam modo. Nam quia dilatatio incidit in corpus tale quale est, cui competit trina dimensio: itaque ipsius trina dimensionis observatio consideranda est & quatenus ad corpus arteria spectat, & ad dilatationem.

9. Sitis in eo erat implacabilis, jactationes, leipothymia, prærubra bilis fuit excretio, non statim, sed longo tempore mitificata materia. Dolores fugaces. Verum fuit quod scribit Hippocrates lib. de veteri medicina, non a calore simplici, aut a frigore, sed ab amaro, acido, acri altimandos morbos esse, ut in vacuando potius, quam in alterando laboremus.

10. Comment. in aphorism. 48. lib. 4. Multo vero apertius histor. part. 8. sect. 2. lib. 3. Epidem. quum explicat cur partes extrema læscerent et refrigerarentur. Quamquam Practici frigus initio paroxysmorum privativum dicunt per subtractionem caloris: et frigus positivum dicunt, ut illud quod in catarrhosis percipitur, aut iis in quibus multis collectus humor pituitosus, qui dum incalescit sensum frigoris infert, ut in Epialis videtur. Item materia frigidiuscula calfactio frigoris sensum infert.

11. Si cui egro umquam, huic Joanni dodenas accommodandum videtur quod scripsit Galenus ad historiam de Sileno 1. Epidem. sect. 2. Si quis laborando & operando se ad lassitudinem usque affligat, poterit autem large, deinde intempestive sese exerceat, id est, aut a cibo, aut ubi tardius cocti fuerint cibi, antequam probe in sanguinem cibus versus sit, hic partim bilem ob labores acervat, partim crudos & incoctos humores ex potu & intempestivis exercitationibus. Sunt autem morbi multo gravissimi in quibus utriusque magna colligitur copia. Immo ego addo, febres semitertiana sunt. Hic ager citatis equis multum itineris confecerat. Et nota, in talibus febribus etiam initio sedimentum esse; sed conveniens non est & intempestivum. Ita Galen. id frequens est (supp. sedimentum a quo) febribus in quibus multus calor et flammæ fervorem accendit quemdam crudorum et crassorum humorum ad particul. 26. sect. 2. lib. 1. Epidem.

12. Causa procatartica solam diariam aut levem affectum generat Galeno in histor. de Sileno.

13. Lassitudo que νόσος dicitur, quum quis dolet minimo tactu, spontanea proprie non dicitur.

14. Cap. 4. lib. de atra bile docet quomodo salutariter totum corpus pultibus nigris fueris obsuum. Nam si pauca sint, nil est criticum.

## CONSILIUM LX.

### De Epilepsia.

**M**ULIER nata annos jam sex & viginti, bene habita, octies jam enixa, sagax, sollertique adeo ingenio & alacri ad obeunda omnia animi munia, blæsa aliquantulum, cœpit nonnulla pati symptomata, quorum perseverantia morbum lunaticum minata est.

Ac primum cœpit animo aliquantulum deficere, vertiginosum quid pati:

ac

ac tunc non animadvertit quid dicat, omniumque obliviscitur. Multa temere effudit, parum considerans quorsum illud. Quum hæc præcessissent, jam jam prima illa affectione vires nocte opprimitur, contremiscit, vociferatur, ac graviter tunc laborat. Deinde quasi sopita manet dimidium horæ. Et frustra loqui conatur. Et quod omnium deterrimum, non ita pridem jam duodecies paroxysmos quosdam sustinuit bis die in quibus illa convellitur, spumantique est ore, inçlamat, suspiratque. Et quo magis animo turbatur, eo citius redit accessio. Jam probatum est posteriorem paroxysmum multo leviozem reddi, immo sæpe plane non repetere dato jusculo ex decoctione visci quercini. Numquam medicamentum sumferat. Continenter aqua ab ore defluit: & in ultimis paroxysmis tota facies rubore suffunditur, manentque veluti exanthematon quadam vestigia quarto a paroxysmo die.

Hæc sunt Parisiensibus Medicis proposita ad disputandum, ut de affectionis causa, specie, loco, & curatione decerneretur.

Ac primum omnium qui affuerunt Medicorum communis fuit opinio mulierem hanc epilepsia esse obnoxiam, quod omnia quæ præcesserunt videntur confirmare. Dubitatum est de causa, an vapor tantum, an humor, & quinam, unde. Quum enim epilepsia in genere tres sint differentia, prima per propriam cerebri affectionem, secunda per consensum ventriculi, tertia ob partem peculiariter affectam a qua aliquid manat, convulsionem epilepticam creaturum, magni refert ad morbi curationem, quænam sit species, & quænam idea, & sedes primum affecta, ne parti alteri quam deceat consulatur.

Ac primum cuidam visum est, non a propria cerebri affectione natam epilepsiam, nec ab utero esse, sed a visceribus ipsis: & quæcumque illa sit affectio, & unde-vis sit ei videtur immedicabilis duabus de causis: & quia jam grandævamprehendit: *Quæcumque autem affectio comitialis post 25. annumprehendit, ea cum ægris consenescit.* Hippocrati in Aphorismis: Tum quia hereditaria & gentilitia quodammodo esse videtur; Medicis enim ea de re inquirentibus narratum est ejus mulieris avum aliquando epilepsia prehensum esse. Quod autem a visceribus sit, non ab utero, aut a capite, ita collegit tribus rationibus; Prima, quia sit sagax, expedito & sollerti animo, ingeniosa. At quum quis est epilepticus affecto primum & per se cerebro, maxima ex parte hebes est, obtusus, obliuolus, fociers, ignavus, oculis concavis, somniculosus, gravi capite, vertiginosus, & nullis signis præeuntibus ( ut in hac muliere contingit ) statim concidit. At qui ob affectas partes capiti subjectas est epilepticus, non statim concidit, sed pleraque patitur tamquam futuram accessionem præsagientia.

Secunda ratio est, quod incubum passa sit sæpe, oppressionem stomachi, animi quædam defectionem, suspiriosa fuerit: quæ omnia male affectorum viscerum aut a sordibus & humorum inquinamentis implicatorum argumenta sunt: Non quin dispositio sit in cerebro a parentibus contracta: sed causa continens a cerebro non est, sed a visceribus.

Quam-

Quamquam hic magna difficultas oriri posset . Galenus causam præcipuam periodorum lib. 2. de different. febr. sub finem statuit inuistam quamdam cuique parti dispositionem, quæ nova occasione, ut novo affluxu humorum sese manifeste prodit ; dico affluxum humorum , vel qui in parte ipsa generantur, vel qui aliunde sunt . Exempli causa, si cui hemicrania innata sit ob pravam partis cerebri *ἡμικρανία*, non prius solet repetere quam forte ab ipso cerebro, aut partibus subjectis humor advenerit qui partem laessefat : an non tamen hemicrania per *ἡμικρανία* dicatur . Sic , si dispositio in cerebro jam jam sit a parentibus contracta, quæ tamen non prius sese proferat quam malignus vapor crassus aut tenuis a partibus inferis venerit qui parti molestus sit : unde excuscitetur pars ad expulsionem unde convulsio sequatur : An non epilepsia ista per propriam affectionem dicatur ? Itaque ille sibi pugnat, qui dixit dispositivam ipsam ( ut sic dicam ) in cerebro esse, sed causam in præcordiis . Quamquam excusari potest ; nam revera non repeteret paroxysmus nisi impuritas viscerum concurreret . Et illud est quod Galenus dicit epilepsiam post 25. annum agnoscere causam sui pravam diartam .

Tertia ratio qua contendit ab utero non esse , est quod illa uterum gerens tam sæpe nonprehendatur epilepsia, quam quum utero non gerit : quod contra contingeret . Nam si ab utero esset , quum fetus meliorem alimenti partem absumat, relinquaturque impurius, impuritas ipsa junctacum pravo illo humore qui supponitur mali auctor ( si ab utero esset ) reveheret paroxysmos, & malum malo cumularet : At tempore gestationis immunis fere est . Accedit quod hysterica aliquando passa esset . At nihil umquam tale .

Nos autem qui hæc scribimus, ita disputationis & quæstionis filum direximus .

In morbis modus generationis illorum est animadvertendus ; symptomata, eorumque successio, quorum omnium animadversione ad rerum diagnosis pervenitur, & confusio devitatur . Vertigines, tenebrosæ obversationes & marmarigæ, syncopæ imago quædam, oppressio diaphragmatis, clamores, aponia, symptomata sunt & epilepsiæ, & apoplexiæ, & syncopes cardiacæ, & aliorum morborum communia, & in plerisque observantur . Sed non satis est observare hæc, sed signa *ὀμωδιῶν*, sive *ὀμωγιῶν*, ut vocat Galenus, tenenda sunt : & ne adhuc quidem abunde est, sed quæ cujusque rei propria, & partis, ut ideam morbi venari possimus . Exempli causa ; difficultas respirationis affectarum partium thoracicarum nota est, & peripneumoniæ, & pleuritidis, an sufficit hæc nosse ? Nequaquam . Sed ad specialia magis descendendum est, ut hoc vel illud, hujus aut illius rei sit umbra, nota, significationis argumentum & signum . Quod hic videre est, quum symptomaton concursus iste nihil adhuc certi afferat .

*Comm. in  
part. 2.  
lib. 1.  
Prærhæd.*

2 Porro morborum alii cito generantur, quum tamen non tam prompta sit causa generatio, quam prompta est morbi ipsius apparitio . Causa enim latebat ignava, & subito per morbum sese expressit ; quod notat Galenus ; Epidem. in historia de eo qui primo die phreniticus factus est . Alii non

*Ballonii Oper. Tom. II.*

R

statim

statim se proferunt, sed veluti per ambages & circuitiones, habentque varia symptomata prius quæ sunt veluti paranympsi ac præcursores majoris morbi adventantis. Quod quum alias, tum huic mulieri contigit, in qua per varia symptomata veluti præcuntia præludia ad epilepsiam munitur via. Nam in historia proposita triplex tempus observatur, & in ultimo tantum certa epilepsiae signa apparuerunt.

Cap. 3.  
lib. 3. de  
loc. aff.

Primum aliquid tenebricosum passa est, vertigines, quæ sæpe apoplexiam, aut epilepsiam minantur: an vero per propriam cerebri affectionem, an per consensum dubitandum. Nam vertigo & tenebrosa observatio signum univocum non est aut affecti certo cerebri, aut ventriculi. Quum enim ex Galeno illud sit commercium inter ventriculum & cerebrum, ut facile suas affectiones communicent, non facile quis distinguet quæ pars prior afficiatur, & quæ posterior. Sic vertigo, nausea, vomitus, cardiogmus. Equivoca signa sunt quum fere æque ad affectionem cerebri & ventriculi consequatur. In quo Medicorum iudicium fixum constansque esse debet, ne temere pars incusetur quæ in vitio non sit. Præterea mulier ista multa effutiebat, quod male affecti cerebri nota est aut per se aut per consensum. Unde novimus hystericas multas risum in paroxysmo cohibere non potuisse, alias multiloquas extitisse.

Secundo vero loco hypochondriorum & respirationis quædam fuit oppressio, & imaginatio quædam falsa rei opprimentis & incubantis, quod incubum designat: incubus autem epilepsiae rudimentum quoddam est: immo & epilepsia nocturna dicitur a plerisque.

Tertio periodica quædam convulsio apparuit totius corporis, cum læsione quadam mentis & sensuum. In quo vere character Epilepsiae exprimitur. Nam convulsionem totius corporis esse necessum est. Quamquam Silvius quodam loco annotat vidi se quemdam Epilepticum cecidisse ob pravam lienis dispositionem, illumque una tantum in corporis parte convulsam fuisse. Ad superiora accedit occursum spumæ quæ nec a capite malum esse certo declarat, immo nec Epilepsiae signum univocum est. 4 Si fiat translatio a partibus inferioribus per pulmones, refractio materiei cuiusdam pituitosæ a spiritu flatulento agitante spumam potest generare. Rondeletius contendit epilepsiae certam non esse notam & signum inseparabile; quia spuma abesse potest in paroxysmo epileptico duabus de causis: tum si a vapore tantum est Epilepsia, tum si paroxysmus brevis est & non violentus.

5 Ergo verum illud Hippocratis, quum quis repente aphonos fit, venarum fiunt interceptiones & oppletiones, si sine occasione id fiat, aut forti aliqua causa, id est, si nulla excusatio afferri possit aut ictus, aut ægritudinis perturbationisque animi. Interceptio ista aut Epilepsiam, aut Apoplexiam, aut syncopem cardiacam inducere potest, item & histericum *παιδος*. Nam quatuor hæc nomine *τῆς ἀφωνίας* includi possunt. Quum itaque hic sit aphoniam quædam, quatuor prædictorum morborum unum adesse necesse est. At certis signis deprehenditur esse Epilepsia.

6 Ceterum hæc autprehendit pueros, aut puberes, aut juvenes, aut gran-

grandiores ætate. Partic. 5. sect. 1. lib. 6. Epidem. locus est notandus de Epilep. quum, ait Galen. Epilepsia júniores attingit, illud ut ab ætate est, ita quoque mutatione ætatis affectus minuitur & tollitur: unde Hippocr. *Quibus morbi comitiales, ante pubertatem mutationem accipiunt.* Quod bifariam intelligi potest. Nam, *ante pubertatem*, possumus intelligere vel inclusive, vel exclusive, ut ajunt. Exclusive ad annum usque 25. inclusive ad tempus adolescentiæ. Unde aphor. 28. lib. 3. non dixit *ante pubertatem*, sed, *in pubertate*; quod notandum. Juyenes prehendi epilepsia non placet Galeno in Aphorismis, licet ita Hippocrati videatur; quia, ut ait Galenus, temperamentum juvenum generationi epilepsiæ contrarium est. Postea addit, si prehendantur eo morbo, id diætæ vitio tribui oportere, & quia pravo utantur cibo, & multa intempestive faciant. At grandiores ætate absolute a diætæ vitio epilepticos reddi statuit, 6. Epidem. Nec amplius ætati fidendum ait ac si medicam manum per se adhibeat, sed ad artis Asclepiadæ asylum confugiendum esse censet; id enim a diætæ vitio est, immo tantum tribuit ipsi diætæ, ut epilepsiam ratione ætatis solvi posse neget, nisi legitima sit victus ratio, immo ne si in pubertate ipsa epilepsia accedat (quia Hippocrates ante pubertatem mutationem contingere debere vult) quamquam tunc tantum opis ab ætate expectari non potest quantum antea: quia & tempus agnoscendæ veneris in viris supponitur jam præterisse, & menstruæ purgationis in mulieribus, tamen solvi tunc posse putat Galenus si in diætâ non peccetur. Quod forte & generalius potest accipi, ne putemus omnem epilepsiam incurabilem esse quæ paullo grandiores prehenderit. Nam mirum est tantum posse diætâ ipsam ut miserandum hoc malum invehat immedicabile plane, quum tamen hoc excepto, nullum fere sit malum adeo grave diætæ vitio invehctum quod non possit emendari & tolli. Unde colligere est morbum hunc cerebro labem quæ elui non possit, inurere, quod omnem humanum captum plane superet.

Aph. 29. lib. 3.

Apho. 7. lib. 5.

Itaque quum hæc mulier jam grandis ætate miserandi hujus mali molestias senserit, id diætæ vitio tribui potest. Sed pace Galeni dicam, secretiorem & occultiorem causam esse oportet; nam nisi labem hanc a vetere sua prosapia contraxisset, mulierem tam bene habitam, tam solidam, & integre sanam morbi procellis conflictari non solitam non esset credibile a nonnullo diætæ vitio tam turpiter in hunc morbum lapsam fuisse. Sic oportet vehementem aliquam fuisse causam quæ hoc symptoma ante non visum & insolens induxerit.

Duo hic quæri possunt non omittenda, quum a parentibus propensitatem hanc in epilepsiam contraxerit; qui fiat ut nihil epilepticum senserit in pueritia, quum tamen hæc ætas huic morbo ultro sit opportuna. Posterius quod quæri potest, Quum mulieres etiam maxime valentes, præcedente imprægnatione præsertim circa tertium mensem multis malis exercentur, boulimo, inappetentia, malacia, & ceteris id genus, vel capitis, lumborumque dolore; qui fiat ut hæc imprægnationis tempore paroxysmo epileptico non prehendantur, postea vero utero non gerens facile prehendantur.

R 2

Quod



Quod ad prius attinet, revera ex hoc prava cerebri dispositio patet, quod grandior jam ætate epileptica facta fuerit. Nam si imbecillitas nervosi generis epilepsiæ causa fuisset in hac, non dubium quin puella epileptica fuisset: at latebat mala dispositio, nec se prodidit nisi quo tempore jam malum incurabile est.

8 Et quod sæpe pepererit novies enixa potest partim impedivisse quominus tam cito non sese epileptica diathesis prodiderit, quod purgationes euntes & ab epilepsia, & a podagra, & aliis morbis possunt ad tempus vindicare, quibus implicantur quæ nihil tale habent. Partim conferre potest ad augendam dispositionem. Nam nemo dubitat juniores puellas nuptas, & frequenter enixas tanto imbecilliores reddi (quod ad cerebrum attinet) quanto frequentius enixæ fuerint: immo magna earum pars catarrhis, & doloribus capitis immedicabilibus detinetur. Quæ omnia verisimilia sunt. Præterea vulgo observatur dispositionem morborum a parentibus contractorum non tam cito apparere, sed tamdiu latere occultarique donec quid peccatum sit quod ejus accessum maturet. Unde plerisque gentilitia est elephantiasis, quæ tamen non sese prodit nisi quum jam grandior ætas fuerit, aut quod ita provideat natura mali explicationem quoad potest, impediens, aut quo anno parentes in eum morbum inciderint, eodem & liberi inciderunt: quæ ratio probabilior est. Et quum sese malum prodit, sive epilepsia, sive elephantiasis fuerit, non est opinandum illud jam demum nasci, sed mali seminarium diu latuisse, cujus argumenta tandem sese prodant. Tum autem maxime sese proferunt quum mala accedit diæta, quæ etiam per se tale malum afferre potest, sed non ita immedicabile. Plerique enim nostra ætate epileptici vere fuerunt ob pravam diætam, at non recurrunt paroxysmi ubi provisum cautumque ægro est. Sed quum nativa est inclinatio a prava diæta facta, & veluti tandem explicata, ea multo immedicabilior est quam quæ simpliciter a prava diæta fuerit. Et ita probabiles rationes a nobis videntur confictæ, ut tandem id intelligeretur quod in quæstione positum erat; Qui nimirum fiat ut mulier illa jam ad epilepsiam nata ante annum ætatis suæ vicesimum octavum prehensa non fuerit, ac præsertim puerili sua ætatula.

Posteriorem quæstionem paullo post explicabimus, si prius nonnulla remedia attulerimus quæ ad profligandam epilepsiam per cerebri primariam affectionem contractam instituta sunt, quorum hic series est proposita.

Cuidam autem epilepsia laboranti per propriam cerebri affectionem remedia hæc quæ sequuntur sunt instituta: Primum repurgatus est tabella una electuar. diacarthami: deinde itum est ad remedia sequentia.

*℞. rad. pœonia recenter evulsa ℥ j. visci quercini recent. ℥. vj. galan. ge, calami aromat. & cort. citri sicci an. ℥ s. beton. meliss. hyssopi, salv. majora. chumad. chamapyt. an. m. j. buglos. borag. et utriusq. cichor. cum radicib. herbarum capill. an. m. j. s. ruta et absynth. pant. an. m. s. passul.*

*Passul. sebest. an. par. x. seminis ruta & sesel. an. ℥ j. anis. & fenic. an. ℥ j. s. sem. calidrici & pæon. an. ℥ ij. flor. stæchad. sambu. rorism. & gemist. an. p. j. fiat decoctio, & fortis express. Cape de colat. lib. j. s. sacch. quod suff. oxym. seyll. ℥ ij. pulv. diamb. & diamosc. dulc. an. ℥ ij. fiat syrupus pro 4 dosibus.*

*℞ mas. pil. cocciarum færid. & assajereth. an ℥ j. agar. troch. & rhei an. ℥ s. rad. & sem. pæonia decrescence luna collecta an. ℥ j. castor. pinguis ℥ s. cum syrup. de stæchad. fiat maza ad usum.*

*℞ maza præscripta ℥ j. formentur octo pilula cum aqu. vita. capiat finito syrupo prædicto.*

*Deinceps bis in mense aut singulis viginti diebus capi. de maza præscripta ℥ s. de qua formabuntur pilula tres vel quatuor. deglutiet eas post primum somnum.*

*℞ succi beta & majorana an. ℥ j. melis anthos ℥ ij. decoct. hordei integre cocti ℥ viij. fiat caputpurg. quo utatur secundum artem per tres dies continuos mane ore aqua pleno.*

*℞ theriac. Monspel. quinque annorum ℥ ij. rad. pæon. & sem. ejusd. an. ℥ j. visci quercini, & cineris cranii humani an. ℥ j. coralli rubri usi & loti aqua absynth. ungu. alc. an. ℥ s. cum syrup. conserv. citri. fiat opiata, de qua capiat ceteris diebus ad molem castanea tribus horis ante omnem cibum.*

*℞ ol. colli & nard. an. ℥ j. ol. nucis mosc. ℥ s. rad. sem. pæon. visci querc. sem. sesel. an. ℥ j. gummi ammon. aceto seyll. soluti ℥ j. s. ceræ quod suff. fiat unguen. ungetur occiput ad radicem colli hora somni, addendo unctiois tempore aqua vite parum.*

*℞ aloes ℥ ij. rhabarb. ℥ ij. pulv. rosar. & folior. salv. an. ℥ s. cum syrup. de stæchad. fiat maza utenda quotidie una hora ante cibum.*

*Applicetur ruptorium postica parti capitis, hietque ulcus per tres aut quatuor annos.*

*Hæc velut per transfennam dicta, scriptaque sint, retexendum orationis filum est, quod horum remediorum scriptione interruptum est.*

*Ex duobus quæ discutienda proposita sunt, unum satis pro animi voto explicatum est, secundum autem nunc restat explicandum; nimirum qui fiat ut hæc mulier quum prægnans esset, non ita facile epileptica concideret, ac quum vtero non gereret. An hoc significat aut uterum in vitio esse, aliquidque conferre ad epilepsiam, aut contra. Nam si uterus faciat ad paroxysmum epilepticum, quum concepto semine humorum veluti fiat conculcatio, deinde quædam ob suppressionem putredo, vapor qui inde efferretur plurimum ad epilepsiam conferre videretur. Sed hæc plurimum habent difficultatis.*

*Mulier  
uterum  
gerens  
non con-  
vellitur,  
non gerens  
facile con-  
vellitur.*

*Ac primum aliquid non longe dissimile legere possumus apud Hippocratem. Nam scribit in Pheris mulierem existisse cui caput valde conderet, idque multo tempore dolor is nulla ope medica levabatur. Quum irent menses, levius habebat; quum concepisset, dolores relinquebant. Novi quoque & mulierem vetere hemigrania laborantem cum frequenti*

cardiognō : ne minimum quidem appulsum caloris, aut frigoris, aut fur-  
 ni ferre potest quin doleat; dum feta est, alacris, jucunda, & immunis  
 ab omni est dolore. 9 Item Avicennas cap. 11. lib. 3. fen. 21. tract. 1.  
 citat ex Hippocratis lib. de superfet. mulieribus saepe non gravidis crurum  
 & lumborum dolores oboriri, qui conceptu fetu in utero cessant; quia,  
 inquit Princeps, per conceptum partes illae calfiunt, hinc dolore liberan-  
 tur. Legi librum de superfetatione, & illo loco Hippocrates non tantum  
 meminit doloris lumborum, sed & capitis, & aliarum partium. Verba  
 ejus sunt; *Si dolores in coxendice mulieri contigerint, aut in capite, aut  
 in manibus, aut aliqua alia corporis parte, & quum pregnant est deserint,  
 post conceptum ab utero exsolutum, si repetunt, huic odorata ad uterum  
 suffire convenit, & bibere quoque expedit.* Quibus ex verbis colligere est  
 istos dolores redeuntes post partum, in conceptu desinentes, ante conce-  
 ptum affligentes, originem sui agnoscere in utero: alioqui enim Hippo-  
 crates non consulisset suffitum ad uterum, sed singulis partibus provi-  
 disse quae laborant. Hoc itaque argumentum esse potest, uterum in hac  
 muliere epileptica conferre aliquid ad istam perniciosam affectionem. Etenim  
 dictum est tardius paroxysmum experiri, aut omnino non experiri quum  
 utero concepit: quum feta non est facile ab eodem corripit.

Hip. lib.  
 de super-  
 fetat.

Et illo praedicto loco lib. 5. Epidemiorum, quo proponit historiam de  
 muliere doloribus capitis quum utero non gereret, conflictari solita, ea-  
 dem fere cum iis quae lib. de superfetatione scribuntur, recenset: nam  
 ait odoratis ad uterum apposisis juvari, & euntibus mensibus. Sed jam  
 quaeramus de istis doloribus quomodo imprægnationis tempore leniri, aut  
 tolli possint. Si dolor iste capitis (idem postea dicemus de epilepsia, cu-  
 jus ergo hæc instituitur disputatio) primarius est in capite, tantum abest  
 ut sedari possit graviditatis tempore, ut contra adaugeatur. Nam per con-  
 ceptum calefit uterus, ut ex Avicenna antea docuimus, revocatio fit ca-  
 loris ad centrum, & præsertim ad uterum, partes reliquæ sunt quodam  
 modo destitutæ favore caloris & spiritus influentis, declarant & frigiditas  
 partium extimarum in fetis mulieribus, & earundem decoloratio. Sic duò  
 sequuntur incommoda in capite: prius quidem quod frigidius sit solito, &  
 propterea infirmius, & ad propulsandas morborum molestias imbecillius?  
 posterius vero quod calfactus uterus præ ceteris partibus, facta inibi hu-  
 morum & spirituum quadam coitione & veluti conculcatione, innumeros  
 pæne summittat vapores in caput graviditatis tempore, qui vapores mali-  
 gni erunt, quia humores a quibus excitantur magna ex parte vitiosi sunt,  
 natura quippe magis sanam humorum partem in fetus alimentum consu-  
 mente. Itaque si frigidius sit caput in conceptu, si opportunius vaporibus  
 ab utero manantibus; siquidem epileptica dispositio est in cerebro, & ma-  
 teria ejusdem, credibilis erit tempore graviditatis facilius paroxysmo pre-  
 hendi, quum eo tempore tot symptomata tentent gravidas, malacia, ano-  
 rexia, & alia pæne innumera quæ alio tempore non pullulant. Unde &  
 Fernelius notat multas mulieres epilepsia prehendi solitas quum utero ge-  
 runt, & fetu excluso numquam aliquid tale patiuntur. Sed dicat ali-  
 quis:



teria & acri non valde ex usu sunt ista. In priore quidem, quia in flatum convertent. Unde quidam dicunt radicem apii ideo in epilepsia interdici, quod materiam acuat, & proinde malum sua tenuitate adaugeat. Quod si verum est, quod dicemus de euphorbio, castoreo, sagapeno, scammonio, & aliis id genus in epilepsia præscribi solitis. Alii dicunt non ea ratione cavendum esse ab radice apii, sed quod tota substantia in hoc morbo nociva sit. Si a flatulenta aut acri materia est, præsertim si ab acri, multo etiam minus convenient ista calida. At omnem fere epilepsiam a materia quadam acri principium nervorum impetente oriri vel hoc argumento confici potest. Magna est affinitas & *ἀσυνδῶν* inter sternutationem & morbum caducum: immo hoc discrimen statui volunt, quod quum eadem utrique sit materia, in morbo caduco natura inferior sit causa morbum faciente; in sternutamento vero exadversum; natura quippe humore superior est. Ut sternutatio minoris cujusdam epilepsie naturam & ideam referat. Atqui ex Galeno, *Sternutamentum non fit si quis humor in capite superfluat, sed si flatulentus sit, aut mordax*. Unde si a quavis materia frigida sternutaret quis, comatosi & veternosi sternutarent, at id non fit. Idem ergo de epilepsia intelligi debet. Et idem est argumentum Fernelii ut convincat epilepsiam a pituitoso non esse humore. Sed hujus argumenti primus auctor est Galenus.

*Comm. in  
aphor. 51.  
lib. 7.*

*Lib. de  
morbo  
sacro.*

Ut mulieri epilepticæ provideretur, iis quæ sequuntur remediis innixi sunt Medici ad præcautionem, & curationem, si ejus spes nonnulla sit, quæ tamen perexigua est. Nam quum avo nata sit epileptico, probabile est labem aliquam contraxisse, quæ tempore detecta fuerit: quod primus observavit Hippocrates, qui a primordiis generationis epilepsie gentilitæ originem repetit. *In utero, ait, priusquam cerebrum conformetur, oportet quodammodo florescere, purgari, ac defacari. Si neque magis nec minus repurgetur quam oporteat, sanum animal exsistit: si magis repurgetur, ac si fiat colliquatio quedam tinnitus aurium contingunt; si non satis repurgetur, in epilepsiam propensio contingit.* Hæc Hippocrates. Et alio in loco inveteratæ epilepsie nullum remedium quærit; quia, inquit, cerebrum eroditur a pituita, & eliquescit. Id quod autem colliquatur aqua fit, quæ cerebrum circumalluit: & ita perpetua est generatio & fomes morbi, tum quod ad diathesin ipsam pertinet, tum quoad materiam & causam morbi conjunctam.

*Lib. de  
morbo  
sacro.*

Ac in remediis ipsis maxime rerum non naturalium ratio habenda est aeris & cibi. Cibi quidem, quod improba victus ratio ad generationem & productionem morbi plurimum conferat: immo (ut ante docuimus) in grandioribus, quum eos non antea prehenderat morbus, comitialis affectionis causam agnoscit Galenus 6. Epidem. & in aphor. improbam dietam. De aere autem nemo dubitat quin hic magni sit momenti. Unde Hippocrates agnoscit ventos primum ad morbi generationem, & paroxysmorum recursum facere; Eodemque in libro scribit cerebrum esse interpretum eorum quæ in aere fiunt, quia cerebro ipsi sapientiam aer exhibet. Quod in eo sensu accipi potest: Inter partes corporis aeris aut molestias, aut

aut ejusdem benignitatem sentit . Unde plerique præsentunt mutationem aeris , aut serenitatem , aut tempestatem : sic cerebrum in iis internuntius est aeris . Multa eodem loco cerebri dignitati attribuuntur , quæ hic recensere est alienum . Nunc ad remediorum silvam properemus .

Vivat abstemia secura , vitet omnem tristitiæ occasionem , acre libero , Lib. de serenoque vivat , perflabilem locum incolat , vitet palustria , lacustria , sac. morbo . & cetera id genus . Primo vere post purgationem aperiatur vena basilica dextra . Lib. de san. miss. c. 19.

Sunt qui in epilepsia locum secundæ venæ esse negent , quod raro fiat a sanguine , rarius a bile : Immo Hippocrates pituitosos solos videtur statueri huic morbo obnoxios : quod mirum tamen est . Galenus vult mitti sanguinem in epilepsia ex cruribus potius quam ex cubito , idque ad faciendam revulsionem e parte quæ certo afficietur , nempe e capite . 13. Loquitur autem illo loco de præcautione : & quod intelligitur de imminente morbo , aliud est imminere morbum qui certo hanc aut illam partem sit obsessurus , aliud imminere morbum , de quo non constet adhuc quamnam partem obsidere debeat . Ut puta , quum indifferenter modo alicui caput , modo pes , modo hæc aut illa pars , aut totum corpus doleat , quum sectio venæ suscipitur sine ulla distinctione , aut e malleolo , aut annulari digito , aut e gibbero mittetur sanguis aut scarificabitur . Sed si certum ratumque sit de parte occupanda , ut de capite in epilepsia , ad præcautionem ineunte vere e malleolo detrahetur sanguis . Sed magna controversia oritur , num epilepticos seces ex vena cubiti ; quod ita probatur : Galenus & Hippocrates ajunt , in imminetibus morbis per distantiora revulsionem esse procurandam : in præsentibus per locum proximum . At eadem est fors , & conditio morbi jam præsentis & morbi imminetis , qui certo partem hanc aut illam est occupaturus . Ergo si in præsentem morbo ut epilepsia e cubito sanguis ducitur , quia dolorum proximum ventrem secare oportet , sequitur ut in eadem epilepsia imminente , quia de obsidione capitis certi sumus , eadem quoque vena cubiti prudenter feriat . Quod autem eadem sit conditio morbi præsentis , & ejus qui immineat , dummodo certum sit hanc partem obsessum iri , ita ex Galeni verbis eliciemus : *Quibus pars aliqua , nisi evacuati fuerint , infestatur cerebro , non aque ex quavis particula vacuabis ( ac si de parte laboratura non constaret ) sed perinde atque in iis qui jam laborare incipiunt .* Et miror quomodo dicat postea : *Ergo epilepticos & vertiginosos ex cruribus vacuabis :* quod non videtur agendum . Affectiones enim hæc quum sine ulla controversia capitis sint , e brachio potius tamquam e propinquiore parte , videtur detrahi debere sanguis . 14. Quum futurus Comitialis sit curandus , ac si jam actu laboraret . Revera si curandi scopus est , & vacuandi consilium , non est dubium quin in epilepsia e gibbero detrahendum sit : sed si præservare , præcavere , ac revellere tantum animus est , e longinqua parte retractio fieri debet . Sic enim non fit magna repente mutatio , & consuetudo tandem mutatur , ne amplius eo feratur sanguis .

Consultum est ut os quotidie mane lavaret aqua , in qua salvia , aut rosma-

rosmarinus maceratus esset, aut viscus quercinus. Teneat in ore passul, corticem citri conditi, caryophyll. vel formulas has.

℞ pulv. caryophyll. gr. vj. nucis moscat. galang. cypp. mastich. an. ℥ s. cubeb. ℥ j. piper. longi ℥ s. Excipe in gumm. tragac. infuso in aqua roris-mar. aut decoct. ejus, addendo parum sacchari. Fiant trochisci.

Utatur massa panis post pastus, pane biscocto, & pulvere.

℞ pulver. electuarii aromat. ros. diarrhodon. abb. letitia gal. an. ℥ j. rasura eboris, cornu cervi usti an. ℥ s. cranii humani, visci quercini, sem. pœonia, & ocimi an. ℥ j. sacchari in aqua melissa soluti: Fiat electuar.

℞ rasura cornu cervi ℥ s. cornu cervi usti ℥ j. rasur. ebor. ossis de corde cervi an. ℥ j. sem. pœonia maris, visci quercini an. ℥ s. sem. contra ℥ j. s. rheibarb. electi & agarici albi an. ℥ ij. sacchar. albi duplum. Capiat cochlear unum quolibet mane.

℞ coriandri conditi unius coopertura ℥ j. ambra gris. ℥ j. coralli rubri ℥ s. sem. anisi & fœniculi conditi an. ℥ ij. pulver. ros. ℥ s. rasura eboris, cornu cervi an. ℥ j. cinnam. ℥ s. cum saccharo. fiat pulvis utendus a pastu.

Fricentur quotidie crura, & iis aliquando applicentur cucurbitula. Utatur clystere qui sequitur sepe.

℞ origani, calam. satureia, buglos. borag. mercur. an. m. j. rad. alth. ℥ j. semin. cumi, seseleos, ruta & pœonia an. ℥ j. s. folior. sene ℥ iij. fiat decoct. ad lib. j. In colat. dissol. mellis mercur. sacch. rubr. an. ℥ j. catholici, & confect. hamech an. ℥ s. butyr. recen. ℥ iij. fiat clyster.

℞ abes ℥ iij. mastich. ℥ j. diamb. ℥ s. rad. pœonia, visci quercini, an. ℥ s. corall. rub. gr. vj. ambra gris. ℥ s. pulv. hiera ℥ ij. pilul. cocciam & fatid. an. ℥ j. s. agar. & rhei an. ℥ iij. cum aqua decoction. radicis angelice & pauco zingib. fiat maza pilul. utenda. Decimo quoque quinto die: aliquando sero, aliquando hora quarta mane. Vel loco pilularum accipiet aliquando de syrupo sequente.

℞ omnium capill. m. j. chamadr. chamapit. an. m. j. lupul. prima veris an. m. j. s. absynthii pont. m. s. scolopen. ceterach, agrimon. hepat. buglos. borag. stęchad. utriusque an. m. j. semin. ruta, junip. sesel. pœon. an. ℥ j. s. rad. omnium aperitivor. (prater radicem apii) in vino albo aut aceto scyllitico maceratar. an. ℥ j. passul. ℥ j. visci quercini & polyp. an. ℥ vj. rad. pœon. ℥ j. pulv. cranii human. ℥ j. s. folior. sene ℥ iij. sant. citrin. ℥ ij. fiat decoct. addendo sub finem agar. recent. trochisc. ℥ j. s. turbit. gummosi ℥ s. zinziber. ℥ s. express. ℥ vj. rhubarb. infusi cum cinnam. & nuce mosc. in parte decocti, cum oxymel. scyllit. & syrup. de byssop. & stęchad. an. ℥ j. sacchari suffic. quantitate. Fiat syrupus aromatizatus nuce moschata: utatur ad ℥ ij. aut ℥ ij. s. cum decocto passul. & visci quercini.

℞ rad. pœonia lap. acut. an. ℥ ij. chelidon. petrosel. aspar. gram. polyp. ireos flor. an. ℥ s. cichor. m. j. rad. enula campana, acor. cypp. semin. anisi, fœnic. cus. melon. an. ℥ j. stęchad. arab. ℥ vj. semin. pœonia ℥ s. bezan. meliss. scolop. ung. caball. byssop. an. m. j. summitat. absynth. & aneth.

an. p. s. Fiat decoct. ad lib. j. in qua infunde folior. sene ꝓ iij. agar. ꝓ ij. dissol. sacchar. quod suff.

℥ pulv. diarrhod. ꝓ ij. coriandri prepar. ꝓ j. s. rasur. ebor. cran. humani an. ꝓ j. visci quercini, rad. pœonia, torment. diclammi an. ꝓ s. pulv. diamb. ꝓ s. plires archont. ꝓ s. sem. anisi & fenic. conditi an. ꝓ j. s. cum saccharo in aqua decoctionis angelica & pauco cinnam. dissol. Fiat electuar. per tabellas.

℥ conserv. buglos. borag. florum aurenciorum an. ꝓ s. conser. enula campana, anth. stœch. meliss. an. ꝓ ij. conser. salvia ꝓ ij. theriac. & mithridat. an. ꝓ iij. cortic. citrii cond. ꝓ s. pulv. diamb. & arom. ros. an. gr. v. nucis mosc. ꝓ s. pulv. cranii hum. ꝓ j. visci quercini & rad. pœonia an. ꝓ s. cum syrupo conservat. citrii, & syrupo reg. Sabo. Fiat conditum foliis auri copertum.

Habeat bracteolas auri domi, ut utatur suo condito.

℥ theriaces & mithrid. an. ꝓ j. s. conservar. anthos, meliss. stœchad. an. ꝓ s. diamargar. diarrhod. abb. an. ꝓ j. aromat. ros. ꝓ s. coral. ꝓ j. visci querc. ꝓ ij. cranii hum. ꝓ j. cum lib. ij. aqua decoctionis salu. agrest. sem. juniperi, sesel. ruta, pœonia & rad. ejus. Fiat distill. per alamb. de qua utatur mane cum pauco saccharo ad dulcorandum, & tempore paroxysmi.

Ungula alces est circumferenda in anulari digito.

Appendeat collo sacculus ex radice pœonia, floribus stœch. visco quercino, rad. pœonia, & semin. seseleos.

Item ℥ cubeb. ꝓ ij. nigell. rom. ꝓ iij. mastic. ꝓ j. s.

In paroxysmo ℥ rad. azari ꝓ j. oxymel. scyllitici ꝓ s. aqua salvia ꝓ ij. fiat potus.

℥ ros. rub. & thuris an. ꝓ j. ligni aloes ꝓ j. Fiat pulvis pro suffitu operim. capitis.

Item commendatur decoctum Iarseparilla cum passulis, sem. pœonia, sem. citrii, & carduo benedicto.

## ANNOTATIONES.

1. Auctor libri de morbo sacro omnia hæc symptomata enumerat contingere in epilepsia, quia humor pituitosus sanguini admiscetur, & turbat corpus. Sed quæ illo loco dicuntur non plane vera videbuntur.

2. Hippocrates lib. 1. de Diata: Morbi, ait, paullatim fiunt, & crescunt, & paullatim collecti affatim & accervatim apparent.

3. Hippocrates lib. de morbo sacro primus id observavit, ut propterea dicere possis epilepsiam non esse totius corporis convulsionem,

4. Hippocrates lib. de morbo sacro spumam in epilepsia a pulmonibus esse ait.

5. Mirum quod scribit Hippocrates lib. de sacro morbo, Epilepsiam fieri per oppletionem interceptionemque venarum ob phlegma a capite descendens. Sic non est necesse solum consistere in cerebro ut id fiat, sed venas



nas alias oppleri & intercipi necesse est. Et locus multo magis est notandus par. 27. lib. 4. Acutorum, ubi loquitur de Apoplexia & Epilepsia, & morbis qui ἀφύρως reddunt. Interceptiones & opplesiones venarum sunt quum humores in venis continentur, & in iis conculcantur (quod siccescere vocat Hippocrates, sed improprie, ut monet Galenus.) Quod si illi humores fluentes divertant in locos venas ipsas tenentes, fiunt apoplexia & epilepsia, ait Hippocrates, quod probat Galenus. Per locos intelligit cor, hepatis, venam cavam. Ergo ex illo loco patet hepatis, aut jecoris, aut cordis occupationem ab eo humore qui prius in venis erat, epilepsiam & apoplexiam facere. Non meminit cerebri: quamquam de eo potest idem intelligi. Sic colliges apoplexiam & epilepsiam fieri quando loci, idest partes principes occupantur, & eorum capacitates: Convulsionem & paraplegiam quando vena ipsa occupantur.

6. Hippocrates lib. de morbo sacro quum docet cur pueri fiant epileptici, non recurrit ad infirmitatem generis nervosi, sed excellentiorem multo rationem confingit.

7. Ac revera quum Galenus in 4. Aphorism. disputat de rigoribus, aut diathesin esse causam symptomaton & paroxysmorum reducum (nulla facta materiei ipsius mentione) tacite innuit in morbis periodo redeuntibus plurimum posse diathesin. Ideo Hippocrates ait, Epilepsia natos annos viginti nonprehendit, nisi morbus sit σμῆρσις, non quod necesse fuerit corripri ante annum vicesimum, sed quod dispositio sit in cerebro: & hoc vocat σμῆρσις εἰναι τῆς κοίτης.

8. Item subtilis hac ratio potest reddi: Morbi qui in pueros incidunt, maxime ad nutricatum sunt referendi, quum videlicet aut mater per se male disposita fuit, aut gestationis tempus in morbis & infirmitate consumserit. Sed quorum morborum latens origo ad semen presertim patris refertur, non ita in pueritia ii morbi pullulant & se produnt, quamdiu valet natura, & nisi quid peccatum sit: sed atate maxime progressa sese proferunt. Sic quoniam scitum est mulierem satam esse semine parentis avi epileptico, mirum non sit si prima atate nil tale senserit.

9. Ac revera in tempore impragnationis semper aliquid commemorabile contingit, sive in bonam, sive in malam partem. Unde quum suspicio est graviditatis, & dolor acerbus & longus dentium prehendit, tunc mulieres colligunt certo impragnationem, quod abs re non dictum est. Et Hippocrates lib. 2. Epidem. 2. sectione, meminit mulieris cui pregnantis exanthemata apparebant. Quod solemne illi forte erat quum concepisset.

10. Ad hanc difficultatem, qua est, cur mulieribus male sanis ex conceptu commoditas proveniat: contra sanis majora symptomata & deteriora eveniant: quum contra fieri debeat, pertinet locus notandus ad finem libri de Carnibus Hippocratis, ubi docet mulieres puras gravius affici initio conceptus quam impuras. Et si impura afficiantur, non ita percipiunt. Observatione autem dignum est quod Aphrodisaus ait, conceptum esse actionem contra naturam.

11. Ex Hippocrate lib. de morbo sacro, alia ratio multo acceptior afferri potest.

potest. Brevior est paroxysmus ob sanguinis dominatum. Ita enim pituita mali auctor inferior est sanguine, ideo non ita accessio producitur. Et ratio hac est cur juvenes facti epileptici diu non divexentur. Hippocrates lib. de sacro morbo, non biliosos, sed pituitosos epilepsia attingit. Et in omnibus epilepticis vult congelationem quamdam esse sanguinis ob admistam sanguini pituitam.

12 Et Galen. comm. ad aphor. 22. lib. 3. quum reddit rationem cur epilepsia autumno frequentiores, ait, id fieri ob repentinas ad contraria transmutationes; Calor enim media die frigus prima & ultima diei parte viget. Nil autem adeo comitiales accessiones, sicut talis varietas, aptum est generare. Et hic locus observatione dignus est, ut epilepsia obnoxius inaequalitates istas devitet.

13 Si epilepsia a partibus inferis non est, idque ob copiam humorum intra vasa contentorum, quorsum vena sectio? Nisi forte spirituum quadam confusio, aut sanguinis causa esse videatur. Si in cerebro & diathesis & causa est materialis, eaque a massa sanguinis separata, minus quadrat vena sectio. Porro si ab humore frigidus est, quare non potius de nocte paroxysmus prehendit, immo fere interdum? Aristoteles vult de nocte prehendere: sed Hieronymus Gabucinius hoc confutat.

14 Unde part. 24. lib. 4. de Diata acut. loquens de morbis per oppletionem venarum, cuiusmodi est epilepsia, & apoplexia, ut Galen. interpretatur, vult e brachio mitti sanguinem. Illoque loco de plenitudine maxime mentio infertur.

## CONSILIUM LXI.

*Pro Sacrifico ad elephantiasim vergente.*

**S**ACRIFICUS quum omnium intemperantissime vixisset, & potius a pane & vino quam a scortis temperasset, indeque bis aut ter lue hispanica laborasset, tandem ita affectus est, ut elephantiasis ei minari videretur: nec tamen vere erat elephantiasis. Tamen ut contingit saepe eos quibus aut male curata lues est, aut qui post sudamina intemperantius quam ante vixerunt, elephanticos reddi, aut impetiginosos, aut strumosos & charadicos; ita nil horum ab isto intemperante homine abfuit. Quin & crus dextrum totum ita induruit, multis locis charadum arguimento apparente aliquo, ut vix exigua spes salutis esset.

Itaque inuito consilio ita provisum morbo est. Ac primum iussus est in totum abstinere vino, aut eo dilutissimo uteretur. Consultum est ut vesceretur carnibus elixis, & pullis nutritis pasta ex carne colubrorum facta. Theriaca bis aut ter septimana uteretur ad ℥ j. cum aqua melissæ, aut foliorum bryoniae.

*Bis mense Catholico cum ℥ iij. confect. hameçb purgaretur.*

*Aperiretur vena basilica sinistra.*

*Balneis aqua dulcis uteretur.*

De

*Decoctio melissa, buglos, borag, lupul. & cerefolii addito momento croci.*

*Foveretur per intumefacta decoct. herbarum remollientium, & digerentium, & praesertim gerennii, mercurialis, facta in aqua & vino albo.*

*Liniretur pars unguento factio ex spolio serpentis cum axungia porci, radie. cucumeris asinini & bryoniae. Autumno autem uteretur decoct. sarsaparilla.*

*Eidem homini syrupus postea ordinatus sequens.*

*℞. rad. lapat. acut. ℥ vj. serpen. major. cort. rad. capp. ℥ iij. agrim. totius, adiant. cusc. fumiter. scolopend. an. m. ij. 4. semin. frigid. major. sem. endiv. fumiter. cusc. fœnic. an. ℥ s. passul. glycyrr. thamar. an. ℥ iij. fiat decoct. ad lib. 4. ℞. prad. decoct. lib. ij. dissol. oxy. simpl. lib. v. sacch. lib. j. fiat syrupus.*

*℞. residuum, in quo infund. rad. elleb. nig. ℥ j. fol. senæ, ℥ iij. agar. troch. ℥ ij. epib. ℥ j. s. cinnam. & sant. citr. an. ℥ ij. s. oxym. ℥ iij. sacch. lib. j. fiat syrup.*

## CONSILIUM LXII.

*De fluore uterino.*

**M**ULIER optimo habitu prædita, quadrata, solita munia probe exercens, annos nata quadraginta, numquam enixa, doloribus capitis affici non solita, conqueritur de quadam proluvie humoris albuginosi, praesertim quum jam fluxerunt menses. Illius enim proluvie eadem est periodus quæ & mensium. Durat quinque fere dies. Non graveolet: non perseverat, nec visa est anticipare, aut tardare. Hic quaeritur unde hoc? Dolet maxime lumbos & hypogastrium. Initum est consilium quo malo huic occurratur. Ego vero ita de morbo disputavi.

Ut fœda humorum proluvia longo tempore fluens ad tabem & maciem corpus adducit, ita intempestive suppressa plurimorum morborum proventum affert. Unde ante narratum est de vetula cui fluor muliebris multorum annorum repente repressus diabetem, & tandem mortem attulit. Id de quo quaeritur mulier hæc, symptoma quoddam uteri est, cujus causa aut in capite, aut in visceribus, aut in utero est. Hinc enim gonorrhœa muliebris contingit, ut & virilis, non fœda tamen, hinc & fluor muliebris originem ducit, quem Avicennas non inepte cursum matricis appellat: Gonorrhœam esse id persuadet, quod & ex intervallis repetat, non autem continuo vexet, ut & fluor verus mulierum facere solet, sed velut stato circuitu post menstruam purgationem. Unde aut semen est, aut quædam materia seminalis crudior quæ in nutrimentum fetus consumeretur si uterum gestaret. Secundum argumentum: Non graveolet, nec fœdum est, ut esse solet in uterino fluxu, sed est quid albumineum, aliquando serosum: forte phlegma crudum est falso semen representans. Tertium argumentum: Quum boni admodum habitus sit, quum sit restibilis secunditatis, tamen utero numquam gestasset, fieri potest

est ut multum seminis crudi cumularit, si modo semen vocari debet. Hinc fit ut aut copia, aut imbecillitate vasorum, aut testiculorum mulieris excretio fiat illa periodica.

1 Contra vero afferri potest, si uterinus fluoer est, aut est a capite, aut ab hepate, aut a toto corpore, aut ab utero ipso. Si in utero, aut illic est humiditas immodica, aut ulcus, aut malum aliud latens ejus fluoris scaturigo. Malum illic residere arguunt dolores ad lumbos, crura, & inguina: item ad inum ventrem. Ab alijs partibus non esse hoc arguit, quod cachexia nulla sit, quam tamen adesse esset necesse, praesertim si ab hepate esset. Tamen nulla sensio est ulceris in utero, & si ulcus esset, aliquando syncope adesset, & quod efflueret, dyfodes esset. Item si male affectus esset uterus, aliquid ejus affectionis corpus referret. Nam ex Galeno in Aphor. ut uterus affectus est, & ita corpus; quod notandum est. Item & facile patitur congressum viri, quod non solent mulieres quibus ab utero fluoer est praesertim. 5. Aphor.

2 Ut de muliere typographi in via D. Jacobi constat, quae quum annos aliquot duritiam in imo ventre habuisset, tandem *σπυρραξίω* facta est obnoxia, & congressum non patitur, praesertim spermatis appulsam.

Quod autem non continenter effluat ut alijs mulieribus fluoerem patientibus contingit, id habet aliquid peculiare. Revera variant morbi pro corporum distinctione.

3 Res quum ad examen adducta fuit, de ea ita nos tandem judicavimus. Malum hoc est fluoris uterini species, non vere fluoer, quod non sit continuus, quod non olida foedaque materies excernatur, quod sit periodica, quod sit veluti albuminea. Est autem quaedam materia pituitosa quae non admiscetur toti sanguini, quae si in intestinis contineretur, iliacas & colicas passiones inferret, & illa continetur quasi segregata circum partes uterinas, referatque venis per menstruum purgationem, qua data via effluit ejus nonnulla pars: reliquum vero resistit, gravitatem in partibus illis inferens. Et nisi tandem ea materia reliquis humoribus remiscatur, fieri non potest ut convalescat.

In hoc affectu curando nec impense calida & aperientia, nec adstringentia ex usu esse possunt: nam illa perturbant nimis: haec inferrent graviora symptomata illum humorem supprimendo. Itaque visum est commodum si uteretur clysteribus ex decoct. arth. nep. centaur. min. agrimon. origani, absynth. mercur. cum malvis, seminibus calidis & temperatis, dissolvendo confectionem Hamech.

Pro purgante medicamento sumat rheum, agaricum, cum confectione Hamech. Deinde aperiatur vena basilica. Tandem parato corpore usu rerum aperitivarum utatur decoct. folliculorum, agarico, & pulvere hierae, quae in hoc corpore suspecta esse non debet, tametsi sit visceribus praecalidis, quod aloe non transcendat hepar. Tandem per decem dies utatur decocto farseparil. cum semine paeoniae & cardui benedicti. Repetantur clysteres frequenter. Paretur syrupus ex follicul. agarico & turbith.

In simili affectu ad exigendas humorum reliquias maza pilularum instituta.

℞ aloes

℞ aloes lota ℥ ij. aristoloch. rotund. ℥ s. myrrha ℥ ij. castor. ℥ j. s. cūm syrupo de hysop. fiat maza.

℞ Lixivii clari, cineris sarmentorum lib. vi. bulliant folior. succorum salu. menth. absynth. orig. calament. thymi, aneth. chamam. an. m. j. mastich. ℥ j. fiat lotus pro imo ventre.

℞ vernicis, mastich. carab. an. ℥ ij. nucis mosch. caryophyll. an. ℥ j. fiat pulvis gross. pro suffitu uteri.

Hic præclara quæstio proponi discutique potest, qui fiat ut sæpe mulieres fluore muliebri prehendantur, an quod uterus attrahat, an quod humores eo ferantur. Magni enim momenti est scire utrum fiat, quum controversia sit de utero an attrahat, an non. Nam si uterus attrahit, minus valida esse debent medicamenta, quam si non attraheret, ut paulo post docebitur. Hac de re procerum artis medicæ audienda opinio. Galen. cap. 22. lib. 5. de simpl. med. facult. docet distinctionem eorum quæ menses, lac, & urinam provocant: quæ tametsi in nonnullis consentiant, tamen in natura specifica plurimum distinguuntur. Nam lacti provocando conferunt calfacientia, non desiccantia: mensibus magis calfacientia, non valenter desiccantia. Urinæ calfacientia & desiccantia. Rationem autem reddit Galenus eodem capite cur valentiora in mensium provocatione, quam lactis usurpentur, primum quod uterus nil conferat ad delationem sanguinis & attractionem: mammæ vero contra. Nam mittitur sanguis menstruus in uteri venas, non attrahitur: in mammas non tantum mittitur, sed attrahitur, ideo levioe præsidio opus est: adeo ut medicamenta lac in mammas conferentia menses movere non possint. Præterea uteri venæ magis aperiri debent quam mammarum venæ: propterea calidioribus multo usus esse debet. Tertio sanguis qui ad uterum fertur materiam menstruam suppeditaturus fluxilior esse debet quam is qui est ad mammas futura materia lactis. Itaque opinione Galeni uterus non attrahit. Tamen quum duplex sit attractio, una particularis, qua unaquæque pars sibi id quod proprium est attrahit & allectat; altera communior, qua partes quæ commune quoddam officium in corpore habent, attrahunt quoque, sive quod attrahitur sit familiare, sive tantum sit excrementum: utraque ratione videtur uterus attrahere; quo fit ut Galeni opinio minus probabilis esse videatur. Nam cur non attraheret ut & reliquæ partes? Et si in cerebrum humorum raptus sit, & vaporum, cur non potius in uterum? Propterea Hippocrates scribit, *Intra hominem partes alliciunt vesica, caput, uterus in mulieribus, hæ enim omnes manifeste trahunt, & semper plena sunt attracta humiditatis.* Quæ Hippocratis auctoritas sententiam Galeni plane labefactat. Nec plus temporis in iis rebus terendum putamus, quum certum sit uterum attrahere. At tanta facultate tractus præditum esse, quanta & mammæ, non est credibile. Cordi enim propinquiora ubera attrahunt magis, uterus vero quum in fundo situs sit, potius fit humorum deturbatio, quam attractio. Et hæc mehercules probabilia videntur.

## ANNOTATIONES.

1 *Revera ex Hippocrate lib. 1. de morbis mulier. fieri potest ut quarundam mulierum & uterus sit humidior, & ejus acetabula mucore sint plena; unde concipiendi, retinendique & seminis & fetus difficultas sic profluviū si quod evenit, non multorum dubium est, tamen proprie ipsius uteri esse dicitur.*

2 *Aut nisi ulcus est, quamquam desloratio propter acrimoniam humoris contingens potest difficultatem congressus asferre.*

3 *Frustra hic dubitamus quæ hujus morbi natura sit. Nam est profluviū muliebre, non illud quidem quod vulgo apparet. Et Hippocrates primus hoc animadvertit lib. 2. de morbis mulierum, quum quadruplex profluviū explicat. Sed inter ceteros locos unus est lib. 1. de morbis mulierum, ubi ideam hujus morbi explicat.*

## CONSILIUM LXIII.

## De Volvulo.

**I**OANNES Puthomme post curas aliquot, & intempestivas comestiones in quibus liberaliter satis genio indulgebat, nec mero parcebat, rerum domesticarum curam gerens, quod numquam solitus fuerat, per alvum inferiorem satis largam sanguinis copiam profudit. Huic solemniter evacuatio per venas hæmorrhoidales: tandem veritum est ne si immoderatus sanguis ille flueret, de viribus nimium detraheretur. Ei bolo cassiæ, & meo iudicio venæ sectione consultum est. Malum cessavit. Non ita longe post queritur de doloribus acerrimis ad ventrem in modo colicorum dolorum ægrum vexantibus. At colica passio non erat ea quæ proprie dicta est, pulsus erat citatus: urinæ alias aquæ, alias bile saturatæ: ad utrumque renem dolor erat fixus, ac si in partibus illis aut lapis insideret, aut aliquid simile: nullum ventum flatumque per ventrem emittebat. Clysteribus juvabatur, sed momento tantum. Egrescebat medendo. Indita enemata carminativa, nihil aut parum adjuvabatur. Aliquando magnam urinæ copiam profudit. Insomnes dies noctesque ducebat: perpetui ructus erant: necnon ac si immineret præfocatio, sentiebat dolores summos ad sternum, & thoracem. Regio renum appressu levi dolebat gravissime. Si quiesceret dolor per tempus breve, mox acerbior redibat. Nil vomuit. Si colica passio fuisset, aut dolor colicus, vomitus aliqui aut præcessissent, aut adessent, ut ex Galeno patet. Tamen nil tale apparuit. Borborygmi aliqui aderant sine tumore aliquo. Venter non detumuit. Medici inter se digladiabantur de essentia morbi & natura. Alii tamquam colica laborantem variis remediis calidissimis eum fatigabant, agarico, foliculis, syrupo rosarum solutivo. Denique magnam frigidorum humorum copiam esse rati, eo suam convertebant operam, ut calida medicamenta & phleg-

Com. in  
apud. 1.  
sect. 1. li.  
5. Epid.

magoga præscriberent . Nil est profectum : sed ægrefcebat medendo . Al-  
 vus vero perpetuo sicca remanebat , & nil reddebat , nisi , quod vocat  
 Hippocrates , πρὸς ἀνάγκην . Flatus vero omnis exitus præcludebatur , immo  
 quod a Pharmacopæo relatum est , quum clyfma indebatur , recti intesti-  
 ni pars extrema contorta paullum videbatur , & nonnisi vi injiciebatur ,  
 & glans immittebatur . Caraplasmatibus anodynis dolor levabatur . Dicebat  
 se tumultuantes quosdam flatus sentire , non quomodo in colico dolore ,  
 sed efferi erant quidam flatus divellentes membranas , & dolores & pro-  
 fundos in mesenterio excitantes , & sublimes in peritonæo tunica , unde  
 minimo digitorum appressu ejulabat præ dolore . At in colicis doloribus  
 nil tale contingit . Nulla per os excretio fiebat : Alii autem Medici , &  
 multo acutius , veriusque observata victus ratione , quod multis & gene-  
 rosis vinis assuescit , genio indulgisset , susque deque habita diæta usus  
 fuisset . Item observato pulsu inflammationis cujusdam in toto mesenterio  
 latentis indice . Præterea observata illa per anum sanguinis excretionem , quæ  
 repressa aliquantum fuisset , quod ne immodica foret Medici vererentur ,  
 quum fortassis melius fuisset cum nonnulla virium jactura affatim adhuc  
 sanguinem effluxisse . Omnibus ( inquam ) iis observatis collegerunt in to-  
 to ventre inferiorevolvulosam esse quamdam affectionem ab inflammatio-  
 ne quadam , aut potius calore concepto in toto mesenterio & intestinis ex  
 olida putrique materia flatus malignos excitante , unde torminosi dolores  
 & ructus perpetui , & stomachi sine vomitione occultæ subversiones . Quæ  
 materia reses , & ignava , & pigra erat , ea sensum doloris modo gravis ,  
 modo pungentis in profundo præsertim ad renum regionem excitabat : ele-  
 vatus vero ex eadem malignus spiritus vagos erraticosque ερρόπες provoca-  
 bat . Neque vero materiam istam pigram necesse erat efferri , sed in par-  
 te in qua residebat dolor excitabatur , qui ab eadem parte tamquam ra-  
 dice sese sensim insinuando ac propagando in partibus vicinis dolorem ex-  
 citabat . Hanc doloris ideam Galenus videtur vocasse πρῶτον διακρινόμενα , ver-  
 tunt turgentem : qui nimirum a parte primo affecta , veluti a radice inci-  
 piens , celeriter in partes adjacentes traducitur . Nam causa morbi uno  
 loco conquiescit . Velenim dolorem ἐμπεπαρημένον vocare possumus , infixum ;  
 sed tamen aliæ partes , præsertim si qua sit continuitas affici possunt . Causa  
 illius doloris vel est copia humorum confertim ingruentium , vel spiritus fla-  
 tuosus . Sed revera , vel ratione ægrotantium rem non intelligentium , vel rei  
 ipsius quæ per se obscura est & implicita , difficilis admodum est cognitio spe-  
 ciei doloris . Dolores autem istos reciprocos , revolutos , reductosque Hip-  
 pocrates in Prorrhet. vocat γυρισμένους , atque illo aphorismo mihi videtur  
 quodammodo adumbrasse morbum quo miserrimus iste æger cruciabatur :  
 Quibus ( ait ) lumborum tenues & diurni dolores & ad hypochondrium  
 reducti , revolutique , & ciborum aversio cum febre ; dolor his valens con-  
 tentusque ad caput perveniens cito cum quadam convulsione interimit ; idest :  
 Sæpe circum præcordia & mesenterium residet & restagnat materia olida pu-  
 trisque ; quæ si contingeret aut cholera morbus , aut vehemens alvi fluor ,  
 nullam molestiam plane afferret : sed cunctando varia inducit symptomata ,  
 initio

Cap. 7. l.  
2. de loc.  
aff.

Init. cap.  
7. lib. 2.  
de loc. aff.  
Hip. par.  
8. lib. 3.

initio quidem exiguos & torminosos excitat dolores, sed sensim atque sensim ac magis collecta, & exitu prohibita, majores malignitatis nervos nacta tandem fastidium cibi accersit, & febrem: rursus febris materiam deteriore reddi. Tandem aliquando effera magis reddita quaquaversum erumpit, & suae malignitatis notas edit, prout in hanc aut illam reperit partem. Quod certe huic aegro contigisset, si febris major fuisset, quae materiam deteriore reddidisset, & nisi materia coercita intus fuisset conatibus nostris.

Præterea frequentes clystères injecti, medicamenta præscripta, tametsi minime idonea, tamen impediverunt quominus exaggeraretur humor, taliaque symptomata ederet tandem, qualia in Prorrheticis ab Hippocrate describi diximus. De doloribus γριφομένους dictum in Definitione.

Aut certe eum morbum speciem quamdam volvuli esse dicemus, sumto nomine volvuli non stricte, sed late, ut apud Hippocratem sumitur; Ait enim phlegma a capite descendens volvulos diuturnos excitare, idest, dolores iliacos, & volvulosos, & torminosos, in quibus imus venter & hypochondrium utrumque dolet. Nec enim credibile volvulum morbum esse diuturnum, nisi improprie sumatur. Quum itaque intestina tum ob flatuus nonnullos, tum ob copiam humoris maligni in mesenterio & intestinis collecti dolent, & totus venter, eaque torqueri quodammodo, convolvique (Græce ελκιδαι) videntur, volvulosa dicitur passio, ut ex Hippocratis loco superius adducto patere potest. Simile quid apud Hippocratem legere est in lib. de affectionibus, ubi triplicem volvulum constituit; unum hiemalem, ut quum quis nimio victu calido & humido utitur, & non sese deambulationibus dedit, &c. Alium arcuatum, qui æstatis tempore in regionibus palustribusprehendit, & æstivus dicitur volvulus, in eoque aeger auruginosus fit. Tertium hæmatiten & autumnalem, quem eodem loco describit. Nomine volvulorum intelligit quosdam dolores torminosos volvulososque ob pravam dietam aut temporis imtempestivitate nascentes, qui pro diversis effectibus & temporibus in quibus pullulant, varias conditiones & nomina sortiuntur. Aeger noster hæmatite & autumnali volvulo prehendi visus est. Nam ut ante demonstravimus, sanguinis sæculenti residuum erat aliquod ab excretionem quæ præcesserat, a quo prima mali labes. Et tale quid Hippocrates visus est observasse in Coacis, dolores ex lumbis diuturniores febris tertiana modo exacerbantes (idest, quorum dolorum non semper est acerbitas, sed unius diei dant inducias, ac si motum quemdam haberent tertianum) grumosum sanguinem egerere faciunt; idest, dolores isti excitantur a conclusa in ventre materia nigricante, adusta; & veluti sanguine sæculento existente, quorum remissio non fit, nisi ejusmodi materiae sæculentæ aut ob putredinem, aut moram diuturnam nigritiem adeptæ, e corpore fiat exclusio. Quæ omnia diligenter sunt notanda. Et Fernellius dolores ventris non absimiles doloribus colicis (quum tamen non sint) agnovit quodam circuitu periodoque repetentes, in quibus aegri misere consistantur. In hoc aegro dominabatur calor præter naturam, flatuum malorum quales in libro de flatibus describit Hippocrates, copia & vis excitabatur, meatus non erant liberi, unde exitu

Lib. de internis affectionibus.

Cap. de colico dolore



prohibebantur, & revolvi cogebantur ad superiores partes: denique materia non dissipabatur, ideo flatum non emittebat, nec cum bombo, nec sine bombo, stridore: de quibus flatibus Hippocrates in Prognostic. *Flatum emittere sine bombo & stridore, saluberrimum*: quod significetur vis caloris facile materiam dissipantis; item libertas meatuum: & tamen optabilius una cum bombo flatum excludi quam illuc revolvi. Revolvi autem Græce dicitur ἀναλίσσασθαι. Itaque ad etymon & proprietatem nominis ἀναλίσσασθαι alludit senex. Porro revolvitur flatum quum non exit, aut incendio partis, aut depravato motu intestinorum, proprio autem vitio: & ista flatuum devolutio in tenuibus intestinis tormina parit, alvum pulsat, nausæam excitat, & si ad diaphragma appellens respirationem vitiat: quæ omnia in ægro paruerunt. Nam & tormina in tenuibus intestinis excitata sunt, & nausæa aderat, & aliquando species quædam suffocationis; quæ omnia ob flatuum revolutionem ad superiora contigerunt; revolutionem autem peperit & incendium, & motus depravatus intestinorum. Horum quoque demonstratio peti potest ex lib. 4. Aphorismorum quum ait: *Quævis ilia suspensa obmurmurant, lumborum dolore superveniente alvi humectantur, nisi flatus erumpant, aut urine profluvium consequatur*. Hæc vero in febribus: Murmur etenim fit ex flatu juncta humiditate; si non separetur flatum a materia, alvus necessario humectatur; si separetur, alvus non humectatur, sed aut flatum, aut urine excretio fit. Et quod addit, *in febribus*; considerat vel febres symptomáticas, vel febres essentielles. Symptomáticas sunt ut in pleuride, peripneumonia, in quibus si murmura oriantur, aut suspendeant hypochondria, non perinde tamen aut flatum erumpunt, & murmur ita contingit, ut aut urine fluat, aut alvus feratur. Si enim murmur adsit, non est quid secundum naturam, sed tantum quid symptomáticum: propterea humiditas murmuris causa, natura duce non facit aut alvi, aut urine profluvium. Sed in febribus essentialibus, quia non pars aliqua peculiariter laborat, sed totum genus venosum, œconomia naturalis laborat, vitiatum coctio, hinc a cruditate flatum surgunt cum murmure: 2 hinc naturæ motu aut ii flatum erumpunt, aut urine fluat, aut alvus. In ægro nostro urine aliquando large fluxit, unde diabetæ metus esset, factaque humidæ materiæ erat secretio ad renes, dolores tamen non cessaverunt, quia flatum non simul eruperunt: quod si erupissent, facta fuisset dolorum solutio.

Itaque intemperies erat calida flatum excitans, motus intestinorum depravatus, angustia venarum. Idemque contingeret quod & Galenus contingere ait in melancholia flatuosa; ut legere est lib. de locis affect. Sed queri potest, quomodo flatuosa esset alvus inferior, quum calor esset multus, immo & essentia morbi in calore & intemperie & phlogosi constituatur? Nam ex Hippocrate, ictERICI non valde sunt flatuosi, ob dominatum caloris acris, & paucitatem crudi humoris qui flatuum est materia. 3 Nam tamen in quarto Aphorismorum. habitualis & hæctica intestinorum & ventris inferioris dispositio hydropis sicci causa fit, & inflationis ventris ipsius, non tamen ista habitualis dispositio a calore est, sed a frigore; quamquam tantum non

non est quantum in reliquis hydropis speciebus. Dicemus ictericos quidem non esse flatuosos per se, sed per accidens, nimirum si partium ad ventrem attinentium sit imbecillitas. Maxime autem imbecillitas contrahitur ob paupertatem caloris naturalis, & dominatum caloris contra naturam omnia pervertentis; immo & omne alimentum in corruptelam & malignum spiritum convertentis. Quod si corpus in quo intemperies est calida ab omni crudo humore immune esset, flatuum quidem ilias non glisceret: sed si qua crudorum succorum quantitas sit, facile adaugetur ob calorem contra naturam. De ictericis an flatuosi sint, an non, dictum a nobis in Comment. de Definitionibus Medicis.

Ceterum, indicavit abunde curatio qua ex causa morbus foret. Nam quum immedicabilis per multos dies permansisset, usurpatis praesertim validioribus medicamentis rerum quae sequuntur, usu plurimum est adiutus. Primum relicis gravioribus enematis, in blandioribus statum est. Vena secta ter ut inflammatio tolleretur. Sanguis inflammatus & corruptus: Juscula temperata & insulsa data sunt. A vino temperavit. Ter die in balneum descendit temperatum ex aqua dulci. Sequenti die data tabella diacarth. ex jusculo pulli ad dacrydii vim debilitandam. Deinde rursus in balneum descendit. 4 Paulo post morbus coepit humescere, phlogosis temperari, liberari obstructa, flatus erumpere: erumpentibus allevatio multa. Deinde syrupo violato saepe usus, & potione sequenti.

*℞ sem. melonum, cucum. an. ℥ j. s. sem. citrii & fenic. an. ℥ j. granorum alkeken. & Kermes an. ℥ j. malv. bismal. & scabios. an. m. j. cinnamomi ℥ j. fiat decoct. ad dosim. In colat. dissol. vini hippocratici ℥ s. succi amygdal. dulcium ℥ j. s. utatur longe a pastu.*

Repetatur idem poculum saepe.

Item fotus post balneum adhibitus est sequens:

*℞ malv. bismal. an. m. j. florum chamam. melilot. summit. aneth. an. m. s. absynth. pont. mentha, an. m. s. semin. lini ℥ j. cypper. scerenan. an. ℥ iij. ben albi, ben rub. an. ℥ j. Fiant sacculi qui bulliant in aqua & vino pro fotu ventris totius & ventriculi, cum spongia.*

A fotu liniatur oleis sequentibus:

*℞ butyr. recent. ℥ ij. mucag. sem. lini & althea an. ℥ j. pulver. mastich. & cypperi, an. ℥ j. ol. absynth. mastich. & chamam. an. ℥ j. ol. rosai ℥ s. aceri ℥ s. misce, fiat litus ad ventrem totum.*

Item adhibitus pullus gallinaceus & catulus ventriculo.

His remediis levatus. Cessantibus ventris doloribus gravissime illi doluerunt partes extimae, praesertim genua & pedes.

ANNOTATIONES.

1. Si vere morbum illum nominare velis, speciem quamdam cholera sicca appellares, de cujus notis & signis distum est ante.

2. Urina erat pene cruda & incocta, quod declarabat incendium renum prepropere serum atrahentium: & suppressionem humoris biliosi, qua suppressa malum deterius reddebat.

Ballonii Oper. Tom. II.

S 3

3 Est

3 *Est ubi qui sunt icterici sunt flatuosi, est ubi non sunt flatuosi, secundum sententiam Hippocratis. Nam quum fit icterus per inflammationem partium, nec pituitosa crudaque materia subest qua in flatum vertatur, tunc absunt flatus. Sed si aut praecesserat congestio materia pituitosa aut chyli propter pravam simarum hepatis dispositionem, corruptio sequitur, etiam in ictero potest esse flatuum multitudo. Vel dicemus ex agitatione materia cruda, & caloris contra naturam excitatos esse flatus malignos. Idemque factum esse quod in generatione flatuum, de qua in nostris Definitionibus. Galenus comment. in partic. 21. lib. 4. Acutor. ait a spiritus interceptione non inferri flagrantem hypochondrio affectionem. Quod verum est. Sed flagrans in hypochondrio dispositio potest flatus excitare.*

4 *Quod mirum est quiescentibus post balnea doloribus ventris & renum, cepit dolere tibias & malleolos, adeo ut per omnes noctes clamaret, nec ulla ratione sedarentur. Hunc morbum graphice explicat Hippocrates, lib. de intern. affect.*

## CONSILIUM LXIV.

### De Febre quartana.

**I**LLUSTRIS Domina de Palluaquea in quartanam incidit circa mensem Augustum, quum tempus æstivum totum inæquale fuisset. Vere enim ab Hippocrate litteris mandatum est, *Quum eadem die modo calor, modo frigus apparet, autumnales morbos parit.* Ista enim inæqualitas naturæ infesta est. Hinc febrium erraticarum quæ quartanarum sunt prodromi origo. Hoc autem ideo fit, quod temporis diuturnitate corporis habitum siccent, ac humores adurant. In Græco est *διὰ τὴν φλέγματος*, quidam vertunt, ob pituitam, nos autem, propter calefactionem, retorrefactionemque vertimus: ut ista calefactio sit causa incinerationis; hinc sensim corpus refrigerat, resiccaturque, unde propensio in quartanam. Vel potius nomine *φλέγματος* audiemus pituitam siccam, crassam, retorridam, non autem humidam ac serosam. Hæc nobilis mulier temperamento est satis sanguineo, tamen divergente ad siccum quam ad calidum. Et quum *ἑσπεύδων* duo sint genera, alii calidi & humidi sunt, hepaticique dicuntur, & multum sanguinis generant, pulsus habent plenos, elatos, magnos, multum sumunt alimenti, febribus continuis, synochis, putridisque sunt obnoxii; & quum perspiratione careant, fiunt melancholici, non atrabillarii, sed melancholici a fæce sanguinis & crassitie, & veras legitimasque quartanas habent, quum sanguis non bene repurgatus, aut quum plus æquo succrescit in corpore: & tales quartanæ sunt longæ quidem, sed securæ. De iis dixit Hippocrates; *Prærubri melancholici sunt.* Alii colorem habent rubrum, & hepar præcalidum habent: sed calor in humiditate positus non est, sed in nescio quo squalore, siccitate, humiditatis inopia. Et hi tamen rubore alias fugaci, alias non fugaci perfundantur, suffundanturque, tamen hoc non est iudicium abundantis sanguinis, sed calidioris hepatis sanguinem acrem,

acrem, subtilem, serofumque generantis. Sic sunt pauci sanguinis, pulsu fati celeri, non elato, non pleno, valerudinarii vivunt, serosis humoribus abundans, febribus longis, hecticis, hæmitritæ detinentur, fluoribus hepaticis; & si in quartanas incidunt, alias in inæquales quartanas, alias continuitatem habent, utpote sanguine non humectato, nec corde, & inæqualitate in pulsibus perseverante. Urinas mejunt aqueas, & alias in quartanam incidunt atrabiliariam, horrificam, quia humor biliosus serofus, dulci aqueo ac temperato humore non moderatus facile excandescit, & in atrabiliariam naturam immutatur. Priores, *ἑξέμυδοι* facile ferunt venæ sectiones, & ab iis non læduntur: posteriores non nisi cum summa difficultate, vix enim sese recipiunt, recolligunt, ac recuperant, & hypochondriacis morbis laborant, & obstructionibus mesenterii, & tenaces sunt, & mæsti, & facile terrentur, & apprehendunt: immo in hydropem siccum facile delabuntur, & pravas habent actiones ut hi qui febre laborant; nam febrientem habent ventrem. Alii medii sunt. Domina de Palloyseau media fere est, nam nec nimis siccum hepar, nec multa humiditate temperatum habet. Domina Dorsæa accedit potius ad posteriores, quum pulsus habeat parvos, celeres, vix perceptibiles, colorem saturatum, fugacem, alias plenior, siccitatem summam; & ut ita loquar, igneitate; ut mirum non sit si tempore inæquali utraque in febrem quartanam inciderit. Et quibus ita affectum hepar, non tam sæpe laborant, præsertim si sibi in victu temperaverint: sed quum in morbum inciderunt, eo vix ac ne vix defunguntur. Et tamen videtur febris eis morbus esse congener. Utraque mulier numquam habitior fuerat, numquam plenioris vultus ac pinguioris, numquam ad functiones paratior & alacrior: sed utrique solemnis erat quædam fluxio alvi, quæ dum fieret, ut erat vindex morborum, ita dum resistit, cessatque, eorundem est promotrix, advocatrix & conservatrix. Unum quidem, quoniam quum hepar aliqua ex parte siccius sit & calidius, multa biliosa & ichorosa generat, quæ alvum facile turbant, ac emovent. Sed dices: Si hepar siccum, siccitas autem facultatem retentricem juvat, cur non retinet potius? Dicemus autem quod attinet ad illam *ἑυξία* & *ἄχποινα*, utramque malam fuisse. Omnis enim *ἑυξία* & *ἄχποινα* quæ præter rationem advenit, quæque naturæ legibus consuetis non continetur, immo potius est ob veteris & solemnis evacuationis suppressionem, quam ob partium solidarum repletionem & instaurationem, mala est ut signum & ut causa. Ut signum, quia quum extenuationis sint argumenta in aliis partibus, repletionis autem in aliis: inæqualitas illa nutritionis declarat solum abdomen plenum esse, mesenterium plenum, unde vetus stercus retentum illam *ἄχποινα* secundum quid, non absolute bonam inducit. Quod si æqualis esset ea *ἑυξία*, declararet, omnes partes solidas alimentum cepisse: ut causa autem mala est, quoniam morbos a cacochymia & a plenitudine indicat. A plenitudine quidem non sanguinis, sed humorum in abdomine contentorum, quæ plenitudo cum cacochymia confunditur. Hinc quibus mulieribus menses, aut viris hæmorrhoides subsistunt, eæ impinguantur, an propterea bene habent? Non, immo est instar evexiæ athletarum.

Et Hippocrates docte lib. de morbis ; dum de suffusione pituitæ a capite loquitur, aut carnes rarefactas & exalfectas diffusam illam pituitam facile in se recipere, & postea *ευσχίαν* inferre. Sed illa *ευσχία* lubrica est, & periculi plena. Item libro Coacar. animadversionum ; Coloris bonitas, & sudores sine febre, aut inordinatam diætam docent, aut vetus stercus subesse. Veteris stercoris nomine potest audire evacuationem aliquam solemnem subsistentem. An hæc bonitas coloris bona est? Nequaquam: immo prodromos & antesignanus morborum. Ut nec ea bonitas coloris quæ in peripneumoniacis apparet. Ideo decipiebantur veteres, qui minime contenti bona valetudine, & bonitate actionum sanguinem & lacertos querebant, ex eoque metiebantur sanitatem, quum quis succulentus & plenus, & bene habitus foret. Sed eos Galenus reprehendit. Sic non quoties quis saturato rubore est, dicere oportet eum esse valde sanum: nec item quoties quis ita affectus est, dicere oportet eum esse temperamento sanguineo. Nam esse tales certum est colores quale alimentum, non propterea tamen sanguinis dominatum declarat rubens gena. Nam bifariam rubent genæ, aut propter sanguinis abundantiam, & tunc eos sanguineos esse dices, & ii quadrati esse solent, rudibundi, parum de rebus solliciti (nisi inclinante ætate corpus minime perspiret) & liberaliores esse oportet in sanguine mittendo: aut ob caloris excessum cum humorum ichorosorum copia & dominatu, præsertim si in iis potius sit *αυωρόπιη*, quam *κατωρόπιη*. Scire enim oportet in aliis hepar suas habere inclinationes infernas; in aliis supernas. Unde pedes sæpe quibusdam sunt frigidissimi, quibus manus calidissima: & contra. Si ob caloris tantum excessum, ii sunt sæpe macri, furiosi, biliosi, mæsti, injuriosi, iniqui, tenaces, mali, versuti, melancholici; urinas sæpe aqueas habent, utpote hepate exsurgente statim ob calorem & siccitatem id quod humidum est, & multum mejunt, quod falso catarrhis attribuunt, quum sit veluti diabetica affectio; eo enim pacto affectum est hepar, quo aliquando renes: immo in renibus non potest non esse talis diathesis qualis in hepate: facile enim consentiunt. Declaravit ille æger quæ veluti diabetem habebat in vico de la Mortellerie, quum certissima essent argumenta sicci, squalidi, & arentis & calidi hepatis. Et hoc diligenter notandum est. Cave ergo ne valde decipiaris judicans de temperamento sanguinis ex eo quod quis foret subrubeus; fallax enim id est. Hippocrates videtur aliam causam colorationis statuere in suis libris; colorum mutationes fiunt corde venas laxante, aut eodem constringente; laxante quidem florentes, pellucidi, rubicundi, constringente virides & *υπόχλωροι*. Ac si dicat in quibusdam per effumationem tantum & vaporum emissionem colorem induci, qui vapores si retineantur, tum mala coloratio adesse solet. Sed id potius pendet ex dispositione ea quam diximus. Nisi dicas cor quoque plurimum posse ob spiritus & calorem quem pulmonibus inducit. Ut quibus pulsus parvus & languidus, constrictusque, si color rubeus adsit, non vi caloris adsit, sed nescio cujus vaporis qui effertur. Quibus autem cor bene dilatatur, & sanguinei sunt, iis bona coloratio ex se. De febre autem quæ mulierem istam adorta

Lib. de  
eff. nat.

adorta fuerat; ita disputatum est. In omni morborum depulsiōe de morbo primum constare oportet. Atque de morbo quidem quis, quæ idea, ut quæ hujus aut illius corporis *ιδιοσυγκρισίαν* sequatur. Nam pro corporum varietate evariant quoque. Si morbi species non statim sese prodant, major pars negotii naturæ committitur. Illa enim legitima vitæ ratione adhibita patefaciet id de quo dubitatur, quum incerta medicatio non nisi dispendio decernatur. Hoc autem maxime in inconstantibus temporibus fit. Quod in hac muliere spectatur. 2. Nam qui morbus primo & per se quod tamen raro usu venit, & ideo declarat diathesin jam in partibus factam) quartanum typum periodum receperat, mox eundem rejiciens confusus in sese est. Quartanam esse periodus declarat, atas consentiens, tempus inæquale & autumnale. Ut quemadmodum eadem die modo calor, modo frigus fit: ita inæqualibus temporibus inæquales motus febres morbi que habeant. Et quod argumentum maximum dignotionis morbi, quodque Galenus r. ad Glauconem plurimi facit, immo plaris quam circuitio nis formam, est quod hoc tempore multi tales grassentur morbi. Contra tamen quartanam non esse aliquis doceat, quod nulla fere *ἀτυπία*, quum tamen Galenus asserat maxime in quartanis omne quod exustum est discuti ac evacuari. 3. Sed forte de ordinatis intelligit. Item quod accessio in sudores non desinat, quod tamen i. ad Glauconem requirit Galenus. Quod acerrimus calor qualis in tertianis, quod nullus rigor, immo ne horror quidem. Quod fit tribus de causis, aut quod sensus præstantia non sit, quod materies retusa sit, & naturam non stimulet, aut quod nulla motionis vehementia. Quum enim rigor motus sit multus, idest numerosas habens motiones, cum impetu, breve habens quietis tempus: horror omnia quidem habet, sed remissiora, frigus sine motu in cute sentitur. In rigore corpus concutitur, virtute cum humore luctante: in horrore cutis & musculi cum quadam lassitudine, pigritia, & movendi difficultate concutitur. In frigore nulla concussio, sed sola cutis inalgescit. Rigorem afferunt sensus præstantia, materia naturam irritans, & motionis vehementia. Si causæ hæc validiores, rigor inducetur: si remittantur, idest, sensus hebetior, materia minus calida, acris, ad motum pigrior, virtus robusta, horror: idest, cutis & musculorum concussio. Tertianam veram rigor antecedit, quia caliditas exactiorem sensum reddit, humor mordicat, virtus robusta est ob siccitatem mediocrem quam habent biliosi. In quotidiana humoris frigiditate sensus obtunditur, humore robur fatiscit, materia nec mordet, nec facile movetur, ideo adest solum frigus. Quartanas & spurias tertianas & quotidianas quibus bilis admista, & semitertianas anteit, horror medium locum occupans inter frigus & rigorem. Nam causæ non sunt ut in tertiana validæ, nec ut in quotidiana languidæ. Et Galenus ait perfrigerationem aliquando tertianas anteire, & levem rigorem præsertim si virtus debilis, & sensus hebes sit. Immo (quod notandum est) permultæ continuæ, & quæ unica finiuntur accessione, a levi rigore & frigore incipiunt, immo & pleuritides ob materiæ vel inæqualitatem & malignitatem: maxime vero id observatur in corporibus delicatioribus: in tertian-

Libr. de  
typis.

Gal. i. ad  
Glauconem.

2. de dif.  
fer. febr.

Libr. de  
typis.

tianis pulsus magni, vehementes, celeres, omnis inæqualitatis, præterquam febrilis expertes. Magnitudo & celeritas ad robur arteriæ, urgentem necessitatem & sequax instrumentum refertur: frequentia ad necessitatem, vehementia ad robur. Galenus lib. de typis, parvum & frequentem pulsus agnoscit. Sed locus erroneus est, & facile iis adscribo qui hunc librum Galeni esse negent.

Nec enim ea parvitas pulsus in tertiana esse potest, sed in quartanis pulsus medio loco constitutus est inter pulsus tertianarum & quartanarum. Pulsus rari & tardi sunt, nisi increseat aut urgeat febris, Nam postulante usu crebriores & celeriores sunt, ita tamen ut nativa quadam tarditas & raritas maneat. Rari pulsus sunt, quum interpositis longis interval-  
lis arteria pulsat: tardi quum longo tempore parvum spatium percurritur. In pulsus causa agens est virtus, quæ per spatium arteriam movet, ab ejus medio ad circumferentiam dum distenditur, & eandem reflectit a circumferentia ad medium, interposita quiete dum contrahitur. Sic quum urget necessitas, spatiumque liberum est, & corpus arteriæ quod movetur virtuti pareat quæ agit; tunc pulsus magnus celer & frequens fit. Contra si usus non urget, spatium non liberum, arteria virtuti non obsequatur, pulsus fit rarus, tardus. Nam nec usus celer refrigerium desiderat, nec spatium liberum est, sed humorum vaporumque copia præpeditum. Inæqualitas in pulsus quartanariorum facile deprehenditur etiam in uno pulsus. Quum enim inæqualitas fiat urgente necessitate, facultate obsequente, sed motum interrumpente, impedienteque materiæ copia, aut crassitudine, aut instrumenti affectu, ut obstructione, aut compressione, vel constrictione inæqualitas necessario insequitur. Hæc omnia doctissimus Scholiastes & Paraphrastes Galeni in priore ad Glauconem exemplis & hypothesebus illustravit: quæ omnia memoria sunt dignissima. Sed hæc intelliguntur de iis præsertim quartanis, in quibus ater succus frigidus & siccus, calidus tantum per modum putredinis febrem accendit. Nam prout humor, aut est *εὐπρογνῆς* aut *ὀμρογνῆς*, ita facultate valida, aut infirma, usu postulante, aut non pro conditione humoris, & instrumento hoc vel illo modo affecto; ita pulsus de raritate aut tarditate remittit, acceditque ad tertianarum aut quotidianarum pulsus. Nam nemo dubitat plerisque succrescere humores biliosos futura tertianæ parentes, qui tamen retusi, debilitatique, aliterque affecti quam deceat, aut quod adsit autumnus jam, aut instet, aliam naturam accersant, febremque quartanam inferant. Quemadmodum enim humor natura sua frigidus, & talis a tempestate factus, quum alioqui ratione suæ frigiditatis inferiora petere debeat, tamen ad partes superiores conscendit in juvenibus, quod temperamentum calidum corporis suscipientis & patientis humorem alium cursum motumque capere cogat quam ipsa natura suadeat: Ita quoque humor natus ex se tertianam invehere, ratione tempestatum potest tamquam de sua discedens natura aliam inducere febrem. Istim hypotheseim ex Hippocrate & Galeno desumimus: reddit enim rationem cur juvenibus parotides molles & pituitosæ natæ fuerint, quum materia ipsa caliginosa frigidaque foret, natæque ad generandos in partibus inferis abscessus: quia, inquit, juvenes erant,

*Comm. in  
part. 11,  
sect. 1.  
l. 1. Epid.*

etant, ut calor juvenilis materiam aliorum converterit quam a natura haberet. Nunc redeamus : 4 Ergo in illa muliere hæc argumenta suadebant non veram esse quartanam, quod nulla apyrexia, quod accessio in sudores non desineret, quod horror non esset ; denique quoniam inæqualitas in uno pulsu quæ in quartanis maxime esse solet, ut ante dictum est, nec nativa tarditas varietasque adesset. Quod fit quod exquisitus non sit humor atrabilarius frigidus & siccus, ut cinis ; sed biliosus, qui tamen caliginosior factus, alius febris auctor factus est quam pro ratione sui, quod urgeat necessitas magis flabellationis, quam in veris quartanis, in quibus quoniam humor frigidior sicciorque est, non tantam molestiam affert calor, immo in plerisque plus ipsa horrida concussio conquassatioque molesta est quam calor febrilis. Accedit quod in hac biliosa muliere non ita instrumentum præpeditum est vaporum a materia frigida siccaque elatorum crassitie & copia, debuerat incidere in tertianam, sed humor qui erat biliosus aliam naturam acquisivit, immo & malignitatem, unde quamdam continuitatem afferebat. Nam illud est valde notandum quod scribit Galenus, *Nulla febris cum inflammatione, aut maligna humorum putredine intermissionem habet : quum vero intermittit febris, utrumque abest.* At dices : Si quo tempore cacoethia humorum est, autumno maxime : ergo acutissimi morbi pullulare debent. Sed dicimus & acutissimos & longissimos morbos in autumnum incidere : hos quidem quum potius congeries est facis quam humoris maligni : illos vero quum contra fit. Ac quod id accidat autumno, Hippocrates scribit, Primum, quod quartanæ autumno longissimæ, & idem de aliis quibusdam morbis. De malignis ita scribit : *Autumno morbi acutissimi & exitiales magna ex parte.* Galenus rationem reddit, *quod eodem die calor & frigus adsit : Item quod æstatem autumnus sequatur, in qua assantur humores, & vires debilitantur : tum quia humores sub finem æstatis ad distillationem erant parati, appetente autumno intro trudentur. Et hæc omnibus communia sunt, majora vero ex multitudine pravorum humorum quum fructibus usi fuerunt multis.* Idem quod in Aphorism. reperit, in Epidem. & in lib. 6. *Ferinum autumnum & cordis dolores, & horridum, & melancholicum.* Quadruplex autem est feritas : una, lumbricorum ; secunda, mania ; distillationis altera ; quarta, cancri & elephantiasis. Horum malorum causas duas assignavit ; unam mali humoris qui tunc generatur abundantiam, alteram temporis illius inæqualitatem. Denique hoc tempore grassantur morbi mali ob cacoethiam humoris, venenatam qualitatem, inflammationem, impedimentum partium principum, difficultatem curandi, cruditatem humorum cacoehymia conjunctam, temporis inæqualitatem, ob aduersionem ratione ætatis præteritæ : virium debilitatem præterito tempore allatam, inclinationem humoris foris, intro, & præsertim mane & vesperi. Hippocrates enim vesperi morbos autumnales maxime recrudescere : denique ob fructuum usum immodicum.

In muliere ista humor biliosus est dilutus quidem, & φλεγματοποιούμενος, efferratus tamen tam malam febrem committit. Et forte ille humor aliqua

Comm. in  
Apho. 43,  
lib. 4.

Apho. 25.  
lib. 2.  
Aphor. 9.  
lib. 3.

Lib. 2. E-  
pid. sect. 1.

te-



tenuitate præditus, subigendo, tenuando, agitando, causa est tam inæqualis ἐπισημασίως, ut idem faciat quod theriaca initio februm quartanarum data; hæc enim duplices triplicesque quartanas facit; quia tempore & loco non præscripta incidit penetrando, & unum humorem dividit, duosque ex uno facit. Statim a sumto cibo micat calor, aut ratione ejus subtilitatis; vel quia intus calor est siccus & arens, qui quemadmodum in hæcticis, rei humidæ accessu facile facile exsuscitatur, & ἐκλάμπει. Quod ad curationem; Audito Quartanæ nomine statim ad incidentia, tenuantia, calfacientia, vel etiam vehementiuscula confugimus: sed hæc omnia hic locum non habent. Nam idea distinguitur ab aliis quartanis. Maxime vero diætæ ratio habenda, quod futura morbi longitudo vires validas requirat. Abstinentium glutinantibus, succum crassum generantibus, humectandum: quamquam Galen. videtur interdiceret humectantia. Sed codex græcus erroneus est; nam quum dicit temperandum ἀπὸ τοῦ ἐυραιόντων, legendum ἐυραιόντων: nam refrigerantia & siccantia nocent. Quæstio, an in quartana sectione venæ locus sit. Galenus in tertiana notha, & in quartana, quum de sectione venæ agit, ex hypothesi de ea loquitur. De tertiana notha ita: *Si sanguinis missione opus est, ea non omittatur*, quasi in tertianis nothis non necessario venæ sectionem. At Galenus de tertiana notha loquitur, quæ maximam affinitatem cum quotidianis habet. De quartana ita sensit: *Quartanas per initia moderate trahabis. Nullum vehemens medicamentum aut vacuationem adhibebis, nisi sanguis admodum exsuperare videatur. Et si secta vena sanguis niger ac crassus, qualis maxime in lienosis perspicitur, profluat, audacter mittendus; sin flavus ac tenuis, statim sistendus.* Idem Galenus de melancholicis loquens, disserit. *Quum, ait, opinio erit in universi corporis venis melancholicum sanguinem contineri, quo certiore habear notitiam, vena media secetur. Quod si fluens sanguis non videatur melancholicus, sistatur: sin melancholicus appareat, vacua quantum pro laborantis natura videatur.* Itaque de quartana ex hypothesi loquitur; *Si sanguis admodum exsuperet: ubi notanda vis vocis admodum.* Nec dubium esse debet quin si corpus frigidum sit & siccum (quod corpus vere quartanis implicatur) a sectione venæ temperandum sit. At mulier hæc de qua res agitur, calida est & sicca, æstuat, sitit, jactatio, levia deliria, empyreuma magnum, continuitas quædam, immo nondum status typus: metus orgasmus, urinæ sunt flammeæ, mulier est. Mulieres autem luculentiores phlebotomias ferunt. Itaque secunda vena est opportuna. Purgationes non ita valent ne duplex quartana incidat, ut de Medico narrat Galenus, qui quartanario succum cyrenaicum præscribit, conjicitque ægrum in triplicem quartanam.

De signis prognosticis ita statuendum est. Omnis securitas aut ex parte morbi, aut subjecti, aut utriusque. Morbus diuturnus, securus fere, ut ait Galenus passim: immo ab aliis morbis vindicat, ait Hippocrates. Quamquam Galenus docet comm. in partic. 4. sect. 3. lib. 1. Epidem. eas febres quartanas, quæ ex liene sequuntur, idest vitium aliquod peculiare in liene hydropem similemque affectum provocare: non quin propterea quartana

Lib. 1. ad  
Glauc.

1. ad  
Glauc.

ad Glau-  
con. 1.

7. cap. lib.  
3. de loc.  
aff.

1. ad  
Glauc.

Part. 7.  
sect. 6. lib.  
6. Epidem.  
par. 4. sect.  
5. lib. 1.  
Epid.

na

na eo nomine non sit secura, sed ex eventu id fit. Et necessario febris hæc quartana longa futura est, primum quod per se talis est, & maxime quæ hiemem attingit: deinde quia corpus inclinantis ætatis est, minimum perspirans. Tertio quia epidemius nunc morbus est, ut quemadmodum tempestas est generatrix, ita & conservatrix esse dicatur. Nisi quis objiciat morbum minus longum fore, quod ita sit inordinatus: & quæcumque febres eadem hora repetunt, sunt ægre solubiles. Hic enim intelligi non debet de autumnalibus quos certa de causa erraticos esse diximus. Accedit quod huic mulieri lien sit infirmus. Si autem infirmitas lienis æstivas quartanas facit, contra aphorismum, sicut quodam loco Hippocrates animadvertit, multo magis conferet ista lienis infirmitas ad conservationem quartanarum. Nec certe aliter cessit. Nam per duos annos perseveravit ea febris, alias ordinata, alias complicata, alias continua, alias aliter affecta. Et in vigore accessionis quoniam turgescibat humor biliosus, erant deliria perpetua. Sed quod mirum est, & Medicis multum negotii dedit, est quod exacto primo anno tanta fatuæ pituitæ copia in os recursabât, ut hoc ori stomachi infestum esset, multum agræ tædii afferret, necnon appetentiam omnem projiceret. Dubitabatur an id a pulmonibus foret, an a capite, an ab hypochondriis natante alio humiditate, quæ liberum exitum non haberet. Illa mulier pulmones habebat infirmos, & sata erat stirpe plurimum morbis obnoxia. Caput quoque incalfactum erat a calore febrili. Quemadmodum autem sol incalfaciens cerebrum *ἄχρῶς* facit ( ut ait Hippocrates ) corpusque multa imbuunt humiditate: ita calor febrilis & consumere potest humiditatem partibus existentibus robustis, & liquefacere partibus existentibus infirmis, & loco legitimæ nutritionis multam humiditatem potest tamquam causa per accidens inducere. Per accidens, quoniam partes debilitat, sic ut proprium alimentum non probe conficiant; & quoniam appetentiam dejicit, corpusque sitibundum reddit, rerum liquidiorum crebrior usus est, & proinde multarum humiditatum provenus. Atque ego existimo tantæ humiditatis & pulmones & caput auctores fuisse. Et illud annotavit Galenus in febribus quartanis, loquens de iis quæ superveniunt talibus febribus: *Quartanum typum insequuntur inappetentia, salivationes, aliquando ex causis contrariis appetentia intensa, tussiculaque ipsis adest, quando corporis habitus corrumpitur.* Et loquens paullo antè de quotidianis, quod ante est etiam annotatum: sed tamen ob loci excellentiam repetere non erit alienum, *aut productis quotidianis rheumatismos thoracis succedere.* Quod fit aliis partibus debilitatis, & a suppressione proprii excrementi quod a se amandare nequeunt laborantibus. Unde quum mulier hæc potius amuletis & palliativa cura a quartana liberata esset, & quamdam *διέταρ* comparasset, inopinato incidit in inflammationem pulmonis, a qua brevi interiit. Præterea idem Galenus unum observavit de quartanis, quod perpetuæ memoriæ tradendum est, quum & ad prognosim pertineat, & ad præcavendum ne quid tale contingat, lib. de Typis. Typus quartanus dum febris vehementior evadit ipse sibi complicatior, ut duo & tres fiant quartani, vel etiam usque ad quamdam continuitatem perveniant: rursus dum modera-

Lib. de  
nere &  
locis.

Lib. 1. de  
morbis.

Lib. de  
Typis, c.

tier

tior est, ad unum typum reducitur, fit etiam periculosus ob implicita mala, quia phthisim & hydropicas suffusiones saepe efficiat. Metuebamus huic mulieri hydropem, praesertim siccum, sed nil tale contigit. Remedia quae sequuntur praescripta fuerunt.

℞ conseru. buglos. cichorii, ceterach & apii an. ℥ j. s. folior. sena pulverizat. ℥. ij. rheibarb. electi ℥ s. cum decocto polypodij. fiat opiata utenda sepe. Decoctum polypodii erit factum perfecte cum saccharo.

℞ succor. mentb. absynth. buglos. an. ℥ iij. in quibus infunde agarici albi ℥ ij. fiat syrupus coctus perfecte cum saccharo.

℞ succorum depurat. buglos. borag. pomor. de curtipend. meliss. scaril. an. ℥ j. sacchari qu. suff. fiat syrupus, de quo capiat sub finem access.

## A N N O T A T I O N E S.

1. Huc pertinet illud Hippocratis 2. Epidem. οζουρία excitata in quibusdam coloris bonitatem affert.

2. Plerique casuri in quartanas, sentiunt dolorem lienis. Hinc Galen. cap. 4. lib. de Typis, asserit quartanam sequi lienis phlegmonem & tumorem. Oportet dicere quod quum febris quartana primo prehendit jam est dispositio aliqua in corpore ad susceptionem, & materia in angustiis venarum quodammodo est infiltrata, ut loquuntur veteres, ita ut ea dispositio & infiltratio sequens aut contumaciam materia, aut ejusdem tenuitatem, morbi longi aut brevis sit causa. Nec credere oportet in corpore semper ipsius lienis aut jecoris fomitem esse morbi. Nam in humoribus est qui aut circum lienem continentur, aut circa hepar. Tales autem humores retinent de natura partium quibus vicini sunt.

3. Et lib. de Typis, ait tertianas, & quartanas accessionem habere brevem, aῖτην longam: quotidianæ autem longam habent accessionem, brevem autem ἀραιήν. Nomine autem aneseos intelligere quoque oportet intermissionem. In 2. de different. febr. intermissionis tempus parvum esse vult. At tamen lib. 1. ad Glaucon. contrarium asserit, immo raritatem & tarditatem in pulsu post accessionem agnoscit.

## C O N S I L I U M L X V.

In quo quaestiones tres explicantur. Prima de Hypnoticis: Secunda de usu medicamentorum, & praepropera vena sectione in febribus quibusdam. Tertia de ratione purgandi macilenta corpora:

**D**UO sunt hoc consilio plurimum annotanda, quorum observatio ad artem praclare & caste exercendam conferet. Primum de usu hypnoticorum: secundum de usu medicamentorum, & praepropera vena sectione in plerisque febribus, in quibus aegri aestuant quidem, & tamen non sitiunt valde, tamen lingua indicet multum subesse caloris. Tertium addam de

ta-

temporibus macilentis, quæ quum purgare volumus, eis etiam ægrotantium  
 ipsorum voto valida applicamus remedia. Ad primum inflectit sese oratio  
 nostra. Somnus triplex est, naturalis, a causa naturali, ut quum suavis va-  
 por cerebri meatus leniter obstruit & humectat : in quo satis est capi sensus  
 aut intercipi ut feriantur, cessentque ab opere : unde cantu, strepitu citha-  
 ræ, illapsu inflexuque blando aquæ somnus blandus irrepit, non parva ulla  
 in cerebro obstructione, nec ulla re cerebrum opplente. Quod tamen Aristo-  
 teli placuit, ut existimaret numquam illabi quempiam in somnum nisi res  
 aliqua cerebrum oppleat, aut saltem colliquatio fiat aliqua. Quod absolum  
 videtur. Unde enim colliquatio ista quum cantus, blandaque & sonora vox  
 somnum inducit ? Galenus autem docet somnum etiam longum nondum con-  
 tra naturam existentem etiam a sola cerebri refrigeratione oriri, nulla de hu-  
 more facta mentione. Quod autem solius refrigerationis mentio facta fuerit,  
 patet ex ea divisione quam proponit : *Si refrigeratio ( ait ) cerebro contin-  
 gat, somnum profundum facit ; si refrigeratio fortis juncta humiditati, le-  
 thargicas affectiones inducit ; si autem siccitati, καταλιψας.* Sic a sola refri-  
 geratione, mediocri tamen, somnus profundus conciliatur, qui nondum aut  
 comatis, aut similis affectus rationem habet, nisi difficilis sit expergefactionis.  
 Quum enim hoc contingit, tum contra naturam somnus existit. Et tamen  
 licet non sit difficilis expergefactio, non desinit quidam somnus longus in ma-  
 lis duci. Proptereaque erraverunt quidam veteres existimantes nullum som-  
 num longum mediocritatem superare, esseque contra naturam : vigilias vero  
 contra naturam quasdam longas posse existere. Sed si vigilie modum supe-  
 rant, naturamque lædunt, cur non & somnus ? Horum dogmata a Galeno  
 pluribus labefactantur in commentariis in aphor. uti & eorum qui soporife-  
 ras affectiones & contra naturam existentes, somnum esse longum dixerunt,  
 præsertim dum incipiunt. Sic quidam somnus est naturalis per blandam ana-  
 tæmyiasin cerebrum capientem, actionesque cessare ferientem, sensibus quo-  
 dammodo ligatis, qui per vigilias absolvuntur. Alius est contra naturam a  
 causa alieniore, ut Galenus pluribus locis explicat, ut in catalepsi, catapho-  
 ra, apoplexia, veterno, & aliis generis ejusdem apparet. Tertius autem me-  
 dius, ab utriusque causis nascens, & is a naturali longius recedit, contra  
 tamen naturam nondum plane existit. Ejusmodi somnus in pueris & te-  
 mulentis apparet, & interdum juvat ad coctionem & ebrietatem tollen-  
 dam. Unde Carus ab Hippocr. non videtur omnino damnatus, tametsi con-  
 tra naturam affectio sit, & affectio sit soporifera *δυσδιέγερτος*, ( quæ vox  
 somnum maxime contra naturam reddit, ut ex 2. Aphor. patet ) Galenus in  
 Commentar. & in pueris & temulentis, & ægris *τὸν ὄπιον δυσδιέγερτον* ob-  
 servavit, præsertim quum diu per morbum vigilassent, profuisse plurimum.  
 Plura illo commentario 2 Prorrhet. legere possis. Porro ille somnus qui  
*κατάδεις τι* habet, modum quidem naturæ excedit, & fit a causa quanti-  
 tate potius quam qualitate molesta. Sed est somnus alius veluti quartus  
 usu rerum soporiferarum inductus, cujus gratia sermo hic est institutus,  
 ut doceamus quibus modis inducto illo somno in ægrorum commoda pec-  
 cetur, & quum ita peccetur, quæ ratio sit ineunda, & quatenus in ejus

Gal. in  
aphor. 3.  
lib. 2.

Cap. 5. l.  
3. de loc.  
affect. &  
comm. in  
aphor. 3.  
lib. 2.

In Prov-  
rhet. par.  
28. lib. 2.  
Comm. in  
aphor. 3.

in-

inductione ne nimietate & insolentia erretur, sit insistendum. Ceterum somnus ille hypnoticis inductus, quum blandam benignamque anathymiasin causam sui agnoscat, a naturali desciscit, somnoque contra naturam similior redditur, quod refrigeratione & humectatione fiat, duabus nimirum rebus febrium causæ calidæ & siccæ oppositus. Et quatenus ita inducitur contra naturam aut præter naturam somnus dicitur, quatenus autem non nihil adjuvanti affert, immo plus commodi naturam recreando diuturnis vigiliis lassatam, tritam, fractam, debilitatamque, quam detrimenti, quod inducatur a rebus contra naturam existentibus, quodque aliquando in malam *διὰ δόσιν* trahat cerebrum. Sic mediocritas tenenda maxime est. Ut autem somnus etiam maxime naturalis, alias juvat, alias nocet, ut initio paroxysmorum; sic somnus contra naturam etiam juvat ex eventu, quum sit melius naturam vigiliis afflictam quacumque ratione levare, quam eam sinere atteri, ac afflictioem reddi. Unumquodque autem ex eo metuendum, quod aut officiat, aut juvet, ut de hæmorrhagia Galenus contendit, quæ etsi contra naturam suo genere existat, opus tamen naturæ utilitate ipsa conferenda, dicatur. Idem de somno. Sed in eo conciliando prodigos nos esse non oportet, satis est esse liberales. Etenim & incunibus morbis, & in vigore, & omni tempore morbi, sive etiam calidi, sive frigidi morbi sint, dummodo aliqua sit somni vacuitas, ut videantur Medici semper aliquid moliri, hypnoticorum usu sese ægris consulere arbitrantur. At errant longe. Nam sæpe *καρυβυρίας*, & alia id genus mala inducunt. Dum enim exitu prohibentur excrementa *αἰμώδη*, cerebrum offenditur. Galenus ex sententia Hippocratis sententiam commemoratione dignam profert de incommodis vigiliarum immodicarum, præsertim facta quadam ad insuetas mutatione vigiliis, & somni longioris præter consuetudinem inducti, disputans. Exempli gratia, in morbo aut sanitate quis vigilat etiam supra mediocritatem, somnifera adhibes, tu in contrariam partem naturam adducis, & mutationem affers, noces plurimum. Nam & vigiliæ *ἰχυροί* cibos crudos incoctosque reddunt, ait illo loco Hippocrates: & mutatio ad somnum multum sive per se, sive de industria inductum, quod in comment. elegantissime Galenus vocat *ὑπνον ἐπιτυδάδιον* torporem, segnitiam, languorem, gravitatem capitis, & *ἐφθόγητα* affert, ut dicit Hippocrates. Nomine *τῆς ἐφθόγητος* accommodate & significanter Galenus vult intelligi *τὰ τὸν ἐκλυσιον*. idest virium ac roboris exsolutionem: Latine autem redditur *ἐφθόγητος* excoctio: & homines qui immodice dormiunt *ἐφθόγητοι* dicuntur, latine recocti excoctique, gallice *perboulus*; quod eorum caro sit humidior reddita, habitusque corporis albicantior & tumidior, idque fit ob suppressionem fuliginosi excrementi, halituosique, quod per vigiliis digeri deberet ac exhalare. Plura illo commentario legi possunt. Et hæc præsertim in sanis intelliguntur, quibus arctior profundiorque somnus placet & longior. Sed in ægris est ubi hypnotica conferant, est ubi officiant plurimum.

Aphor. 1.  
lib. 1. A-  
phor.

Lib. de  
differen.  
morb.

Comm. in  
part. 55.  
lib. 2. de  
diat. acut

Comm. in  
3 lib. 2.

In affectibus calidis cerebri, vigiliis, & febribus continuis soporifera maxime Medici usurpant. Vigiliæ fiunt propter calorem primæ partis sensifi-

ca,

ea, ait Galenus, idque vel propter simplicem intemperiem, vel ob copiam biliosi humoris in eadem parte ferocientis. Hoc videndum in calidis affectionibus cerebri, sive sit intemperies simplex, sive cum humore, ne imprudenter usurpemus hypnotica, sive in tempore, sive in usus crebritate; nam sic ex calida intemperie fit frigida, quod pessimum est. Accedit quod exitu prohibeantur humores tenues, sive quod per ventrem evacuari possent, sive per halitum. At dices, incrassantur: qui tum? Bonum quidem eorum acrimoniam retundere usu temperantium, non autem stupefacientium usu. Et licet retundant, ista rerusio a talibus facta plus afferet incommodi nam diffiam per cutim, & refluxu a capite tamquam parte principe prohibentur humores, deinde repressi in capite usu stupefacientium vim suam cerebro imprimunt. Unde videmus etiam fatuos, stolidosque quosdam effici usu narcoticorum etiam moderatorum. In tempore quidem peccatur, quum initio morborum damus, obstruimus enim tunc, materiamque crudiore reddimus, & naturam hebetiorem reddimus, nedum vegetiorem. Et omnium gravissime peccant etiam in vigore morborum stupefacientia hypnoticaque praescribentes: nam tunc natura aggreditur correctionem, materia est mitificata, facultas vitalis & naturalis fortes etiam num persistunt, animalis autem infirma est: ob quam infirmitatem Galenus vetat ne quid tentemus. 3 At stupefacientia cerebrum ipsum hebetius reddendo, infirmius faciunt; propterea error committitur maximus. Quia etiam contra quod Galenus dicit in vigore aliquando facultates sunt attonitae & imbecillae, ac tunc hypnoticon non confert; sopiuntur enim ipsae facultates, nec *ἰσθμῶν* humoris percipiunt: & ita crisis non fit. Dicam quod experientia compertum est, huc pertinens maxime & observandum diligenter, ne quid tale in communem hominum perniciem perpetretur. Generi cuiusdam satellitis Regii nomine Candae febre causode laborabat, Insomnis erat. Circa nonum diem quum natura aggressio concursioque expectanda esset, capiti pullus exenteratus est applicitus, eodemque tempore syrupus diacodyonis cum decocto lactucae praescriptus. Illi & praesentibus visa sunt mitiora. Tribus aut quatuor horis post quum sese in somnum convertisset, inventus est exanimis & extinctus. Credibile est hoc contigisse quod per stupefacientia somniferaque facultates languidiores reddita forent, die praesertim critico. Sic humores non stimularunt naturam, aut eam languidam stimularunt, eodemque usu suppressa maligna materia quae per sudores aut alvum projici debuisset: sic mors de repente invasit. Idem in Cymaeterio Sancti Joannis mulieri contigit, quum in vigore morbi stupefacientia praescripta essent; nam de repente refrixerunt partes, ac interiit. Idem ad insigne S. Trinitatis vico S. Antonii. Itaque nec initio morborum, nec in vigore sunt admovenda stupefacientia, praesertim in acutis, nec pulli exenterati: nam multum conturbant, & ad caput alligant suo calore; unde sensuum fit oblatio. At opportune dari possunt in morborum incremento.

Medicorum error. Commis aphor. 29. lib. 3.

Praeter autem exemplorum fidem, idem clarius manifestiusque reddi potest auctoritate Tralliani, qui narcoticorum anodynorumque usum viri-

Ballonii Oper. Tom. II.

T bus

bus præsertim infirmis suspectum esse ait ; immo etiam mortem sæpe inde advenire confirmat. Nam influxum refluxumque humoris impediunt, obstruunt, naturam hebetant, ejusque aciem retundunt, & alia consimilia afferre solent. De iis plura legere possis apud Donatum ab Alomari.

De corporibus macilentis, attenuatis, squalentibus, aridis, adstrictaque alvo præditis hoc loco agendum est, an his validioribus medicamentis sit consulendum, quod nonnisi ægre alvus illis solvatur. Quum una ex causis adstrictionis alvi causa sit retentricis firmitas, præcordiorumque *καυσος*, videmus frustra ejusmodi naturas validioribus medicamentis vexare, aut quod eorum querelis obtemperemus, qui operam nostram ludant, pote quibus medicamento nostro alvus non sit soluta, aut quod male credamus: quod alvus ægrius, & magis *πρὸς ἀνάγκην* egerit, reddique, ut in Prorrheticis & Prognost. loquitur Hippocrates, eo de validioribus medicamentis esse agitandum. At longe fallimur. Ejusmodi ventres siccos, arentes, ex Hippocratis libris vocare possumus, *αμβουστος*, *εξυστος*ve duobus in locis: priore, quum loquitur de lapidis generatione ob æstum ventris: Quibus, ait, *alvus ardens ac fervida fuerit, his vesica coardescit*: Posteriore autem, dum loquitur de aquarum delectu: *Quorum ventres duri sunt, & ad hoc idonei ut amburantur, his dulcissima, levissima, ac splendidissima aqua ex usu sunt*. Non duras aquas præscribit, non aluminosas, non nitrosas, quæ tamen viderentur alvum sollicitare, contra dulcia, mollia, liquidaque præscribit. Eadem & medicamentorum ratio esse debet. Nam ut ad ventres ardentes, aquæ molles & dulces; ad ventres, inquam, ciendos conferunt, sic & medicamenta ecoprotica, lenientia, mitigantia, leniendo solventia. Contra vero obsunt plurimum ea quæ adstringendo purgant, aut quæ impense calfaciunt, ut omnia quæ scammonium recipiunt. Nam quum siccitas ex iis sit quæ facultatem retentricem roborant, firmanque, ex quo alvi pigrities consequatur, nemo dubitat plurimum incommodi allatum iri si impense siccantia & calfacientia medicamenta corpori facultatem retentricem præ siccitate robustam habenti exhibeantur. Sic pueriliter errant Medici id genus medicamentorum consulentes. Itaque quum corpora gracilia, sicca, duritie alvi prædita ad medicamentorum usum adducimus, lenientia potius quam valde attrahentia usurpare debemus. Immo ea corpora præhumectare oportet eo modo quo & consulit Hippocrates in Aphorismis, loquens de usu Elleborismi. Ideo quidam ex nostratibus Medicis sic illa corpora purgabat, ut per tres dies continuos, & bolis cassiæ tamquam alimento sumtis, & jusculis vitulinis præhumectaret ac præpararet. Quæ omnia admonita volumus, ut ignaris, aut doctis quidem, sed trita via utentibus: & ita tur-

Cap. 4. *Terrabil.* piter alucinatis recta medendi ratio præmonstretur. Aliquid simile scriptum 3. *serm.* 1. est ab Aetio in sua medendi methodo. Item eadem res brevibus verbis a *cap. 13* nobis explicatur hujus libri initio.

*ejusd.* Tertium a nobis erat institutum de iis qui febricitant insigniter satis, *Terrabil.* sed non valde sitiunt, & levibus momentis exhorrescunt, in quibus non *et serm.* est

est æquum usum magnorum remediorum accelerare, præsertim calo paulo frigidiore. Innumeros vidimus hieme tepidiore febricitantes eo modo quo descriptum a nobis est, quibus Medici præpropere vulgatam nimium medendi viam sequentes, & sectionem & purgationem adhibent, decepti & illa vulgata nimium via, & male in usum convertentes illos Hippocratis aphorismos. *In principiis morborum si quid videtur movendum, Apher. 22. move: Item, In acutis passionibus raro, & id initio, &c. Item, In his Lib. 1. tardare, malum.* Nam alius aphorismus, *Cocta medicari ac movere, non cruda, modo non turgent, nec in principiis, &c.* Hic (inquam) aphorismus est multo generalior eo quo nituntur, *In principiis morborum si quid movendum, move.* Etenim per comparisonem tantum lequitur, conferens principium & augmentum cum aliis temporibus, in quibus ab opere desistendum suadet. Sed quum vetat movere ea quæ cruda sunt, cavet ne remediis nostris agitemus frustra ægros quod ludatur opera. Et quum vult non morandum esse, sed statim aliquid molendum, de acutis morbis agit. Dicimus autem in acutis revera non esse procrastinandum, sed statim molendum aliquid: non idem est iudicium de iis qui parem acutiem non habent. Et revera in utrisque ecoprotica dare sufficit, non scammoniata eradicantia medicamenta, in quo graviter peccatur. Et revera quibus blando medicamento initio consultum est, ii melius habuerunt, progressoque morbo sine strophis plus uno medicamentulo exercuerunt, quam valido medicamento initio. Et ausim hoc affirmare plerosque usu ejusmodi medicamentorum dum frustra conamur initio materiam evellere, crevisse tantum multam ferocitatem quæ morbum contumaciorem reddidit, & nil profuit. Et maxime in eo errant Medici quod aphorismum istum, *Si quid videtur movendum, &c. & Tardare malum,* æque æstate & hieme & autumno usurpant. Potius audire debent illud, *Plurima non turgent,* ut non ita ad medicationes festinent, & sectionem venæ. Et revera sectione venæ ita cito celebrata in morbis non acutis, laudabilis tantum sanguis educitur cum magna virium jactura. Sic melius esset leniens medicamentum bis exhibere, & sectionem differre. 7 Sed hæc satis per se manifesta sunt, & tamen plerosque latent veteri medendi methodo addictos. Etenim nemo dubitat hieme & autumno contumaciores esse humores, & minus fluxiles quam æstate, aut verno tempore, præsertim sub finem. Et ita frustra, temereque fortibus medicationibus divexantur ægri. Signa porro duo adjunximus febribus hibernis, in fatis ingenti febre non magnam sitim, & frequentem frigoris sensationem, & rigores. 8 Quæ duo posteriora non tam sunt a motu humorum, quam quia conclusus calor est intus in venis insidens multo major quam se foris proferat: ideo revocatio fit spirituum & sanguinis. Itaque nimium externi frigoris appulsus facile percipiunt, & ita leviter exhorrescunt. Accedit & humoris qui tunc in vitio est contumacia. Nam retinens de natura hiemis est partim biliosus, partim pituitosus; ut mirum non sit si istam inæqualitatem inducat.



## ANNOTATIONES.

1. Aliud est coctum & mitificatum, aliud crudum & incoctum. Nam quæ quæ coctionem admittunt, in familiaremque naturam succum convertuntur: τὰ ἀπέρτα non item, sed tantum mitificantur.

2. Εἰσχυροὶ dicentur effecti, turgiduli, & excocti. Et Hippocrat. quod notandum est, notat quamdam constitutionem temporis, in qua febres desinebant statim, sed revertebantur, & egri erant ἀσώδεις, ἀπόστοι, ἐρῆσι, excocti.

3. Quaestio præclara est: An facultatis animalis ratio sit habenda in morbis: Et an verum quod Galenus ait: Nil tentandum in vigore morborum, quum facultas animalis sit infirma, an ea infirmitas sit estimanda. Non certe quoad motum, nil attinet enim moveri; sed quoad sensum. Unde videmus obstupescētis sensibus motus naturales fieri symptomaticos; Magna enim facultatum inter se consensio est.

4. Somnus per se stupefacit, corpus torpidum reddit ac grave: meatus obstruit, ut præclare Hippocrates lib. de flatibus docet: multo magis id præstat si præter naturam inducatur. Maxime autem usum somniferorum verëbimur in iis quibus frigidius cerebrum, quamvis vigilent; quia facile vires exerit in cerebrum res somnifera.

5. Ego observavi in operibus artis, medicamentum etiam blandum horis pomeridianis tribus horis a prandio exhibitum magnum habere effectum. Hinc discere possumus in his quibus alvus admodum adstricta est ex usu esse si quatuor horis a prandio exhibeamus pharmacum.

6. Tamen Hippocrates lib. de Locis in homine, tutius macilentos purgat quam crassos.

7. Præsertim nisi sit explicatus pulsus, aut certo scias a sanguinis copia obrutum pulsus, non a copia humorum in mesarao contentorum.

8. Galenus com. in part. 26. sect. 3. lib. 6. Epid. scribit omnes cacochymos quum repente calsiunt inhorrescere.

## CONSILIUM LXVI.

De fluore uterino. Pro illustri Domina de Marchaumont.

ANTE disputatum est de profluvio ab utero, cujus variæ causæ, & species ab Hippocrate explicantur in libris de morbis mulier. ut ante dictum est. Hic remedia præscribentur quibus fluor quidam uterinus in illustri Domina oppugnatus fuit, sed non victus, qui illi ardorem summum & dolorem in lumbis excitabat: ut iis mulieribus contingit quæ ita affectæ sunt.

℞ rad. petrosel. fœnicul. cort. cappar. an. ℥ ij. polyp. rad. plantag. an. ℥ j. cbamadr. & capill. an. m. i. buglos. beton. scariol. agrimon. an. m. j. sem. melon. cucum. bardana, urtica, pipinel. milii solis an. ℥ s. sem. rephani

phani ℥ ij. summitat. malva, veronica, urtica, herniaria an. m. j. pass. glyc. ana ℥ s. mercurial. m. ij. fiat decoct. In colat. ad lib. dissol. sacchari albi lib. j. express. ℥ ij. rhab. & ℥ j. agar. infus. in parte decoct.

℥ succorum pomor. de curtis. buglos. meliss. borag. an. ℥ iij. decoct. pass. sul. glyc. thamarind. florum violar. lib. s. inf. fol. sene ℥ iij. agar. ℥ j. s. sacch. lib. j. fiat syrupus coctus. Dosis ℥ ij. ex decoct. semin. acetos. portulaca, melon. florum nenuph.

Ob istum ardorem hoc fuit institutum.

℥ unguenti refrig. ℥ ij. pro litu renum. ℥ medull. crurum cervi ℥ j. s. Lavetur pluries in aqua ros. adde ol. ros. ℥ j. maltich. ℥ iij. fiat litus pro spina dorsi.

Ingressa est balneum, & maltiche cum oleo absynth. & cera stomacho applicata est.

℥ faucium lucci, coralli rub. an. ℥ ij. cornu cervi ussi, margar. elect. carab. an. ℥ j. tartari vini albi prepar. ℥ j. sacchari ros. quod suff. fiat pulvis, cujus capiat. duo cochlearia cum decoct. absynthii.

℥ electuarii diarag. frig. ℥ j. glycyrrh. ℥ ij. terra sigil. lota aqu. ros. ℥ j. 4 semin. frigid. major. & seminis papaveris albi an. ℥ j. s. fiat pulvis, utatur cum syrupo violato.

℥ pulpe sem. melon. cucurb. citrul. amygdalarum dulcium an. ℥ iij. terantur, & fiat emulsio cum decoct. rad. gram. asparagi, glycyrr. addendo sacchari ℥ j.

Et cum illi lien obduruisset, hoc quod sequitur est institutum.

℥ gummi pini, cera nova, an. ℥ ij. picis navalis & resinae an. ℥ ij. sulphuris vivi ℥ ij. dissolv. in aceto forti: omnia extende super alutam pro regione lienis. Fodus adstringens.

℥ aqua fabrorum lib. s. malicor. balaut. nucis cupr. & berberis an. ℥ s. fiat decoct. in colat. dissol. sangu. dracon. thuris an. ℥ j. s.

Eidem quam menstrua non fluerec. olim quae sequuntur praescripta fuerunt.

℥ rub. majoris, foenic. petrosel. asparagi, rad. capp. polypod. cort. tamar. an. ℥ s. rad. bistor. ℥ ij. agripal. calaminth. an. m. s. omnium capil. an. p. ij. meliss. hyssopi, agrimon. scariol. an. m. j. semin. anisi, endivia, cuscuta an. ℥ ij. florum card. anthos. genist. an. p. j. fiat decoct. ad lib. In colat. dissol. syrup. de arth. ℥ iij. diarrhod. abbat. ℥ ij. fiat apozema.

℥ ceterach. pulveriz. rasura eboris, cornu cervi, cara, an. ℥ j. cinnam. gr. iij. pulver. electuar. j. diacub. ℥ s. ossis de corde cervi, margar. elect. pulver. diarrhod. aromat. ros. an. gr. viij. cum sacchayo in aqua buglosa soluto. Fiat electuarium per tabellas. Deinde fiat fodus ex decoct. herbarum uterinarum, rad. apii, cypp. calami arom. rad. fenic. apii, rub. major. valeriana, arthemisia, nepet. pulegii, calament. bistorta, diclamni.

℥ trochiscor. de myrrha ℥ j. insectorum in carbones fumus excipiantur.

℥ succor. arthemis. hyss. agripal. herba cati an. quart. j. sacchari quod suff.

sufficit. fiat syrupus : capiat ℥ j. s. cum ℥ iij. decoct. lupulorum, arthemisia & cinnamomi.

℥ ladani ℥ iij. benioin ℥ j. s. caryophyll. ℥ ij. cum oleo de ben. Fiat suffitns concinnatis trochiscis.

In acerbo dolore umbilici, & partium vicinarum.

℥ emplatri de mucag. unguent. dialth. gummi ammoniaci in aqua vite soluti an. ℥ j. sagap. opop. an. ℥ iij. rad. aristoloch. ireos, an. ℥ ij. s. cum terebinth. Fiat emplastrum. factus sacculus ex ℥ ij. s. radic. althea, origan. calament. arth. thymo, bismal. seminib. lini & fœnuigr.

℥ prædicti decoct. lib. j. in qua dissol. confect. de baccis an. ℥ s. olei rut. & anet. an. ℥ j. s. mithridat. ℥ ij. s. fiat clyster.

℥ syrup. de arthem. ℥ j. s. decoct. ruta, aristoloch. & dictamni ℥ iij.

℥ trochisc. de myrrh. ℥ ij. castorei ℥ j. pulv. aristolochia rotund. ℥ j. agar. trochisc. ℥ ij. salis gemmæ ℥ ij. croci ℥ j. cum syrupo de arthem. Fiat massa.

Et quum quereretur quod non conciperet, hoc præscriptum est.

℥ succorum calamintha, nepeta, agripalm. arthemis. scolop. meliss. an. ℥ iij. decoctionis sequ. lib. j.

℥ rad. bistort. cryng. aristoloch. an. ℥ s. pulegii, thymi, epithy. an. p. j. sem. anisi, fœniculi an. ℥ ij. lingua avis p. ij. rub. major. ℥ s. matricem leporis, coagul. ejusdem ℥ ij. Fiat decoct. in lib. s. succorum pomorum, & lib. j. aqua arthemis. & lib. s. aqua marian. Coletur totum, & bulliat donec redeat ad lib. j.

℥ prædictam lib. prædictos succos, in quibus maceretur nodulus ℥ ij. radicis bistorta, & ℥ iij. aristoloch. & myrrh. ℥ j. croci scr. j. sacchari albi, buglos. lib. j. fiat syrupus coctus : capiat mane ℥ j. s. cum decoct. arthemis.

℥ pulver. matricis leporis in furno siccata, rad. aristoloch. an. ℥ ij. se: a intinct. in Kermes margarit. elect. an. ℥ j. carab. ℥ j. sacch. buglos. ℥ ij. s. Capiat quotidie cochlear unum cum decocto puleg. & pass.

℥ ros. rubr. ℥ ij. myrrh. mastich. an. ℥ j. myrtil. sang. drac. an. ℥ s. styr. calami ℥ s. ladani ℥ ij. ambra gris. moschi, ligni aloes an. ℥ s. fiant trochisci pond. ℥ j. excipiatur fumus mane.

℥ olibani & myrrh. an. ℥ s. ladan. benioin an. ℥ j. sem. carvi, dauci, cumin. & paltinaca, agrest. an. ℥ j. folior. orig. sicci ℥ j. fiat pulvis & cum terebinth. & floribus lavendula fiant trochisci : utatur in sella perforata.

## CONSILIUM LXVII.

### De febre hectica.

**J**ACOB Carpent natura biliosus, & præcalidis visceribus præditus, post purulentas urinas in febrem hecticam incidit intestinis ulceratis. Tandem alvus liquidis excrementis fluxit facultate hepatis & œconomia jam jam labascente & labefactata. Verumque illud in eo compertum est quod  
ab

ab Hippocrate dictum est ; Si ex aluo tenuia , egro minime sentiente ,  
quum tamen libere ratiocinetur , malum ut hepatico . De cuius aphorismi  
veritate ante dictum est . Nam summam paupertatem caloris naturalis , ca-  
sumque facultatis in hepate sita significat . Ventum est ad lac asinae : &  
quum ne hilum proficeretur , infirmitatisque & virium lapsus majora ede-  
rentur argumenta , destillato instaurante ei consultum est .

℞ turtures num. 3 . pedes vituli & agni juvenis vel capreolorum an. num.  
4 . hepata gallinarum & capri juvenis an. 6 . num. pellicularum stomachi gal-  
linarum ℥ ij . berberis conditi : granorum granatorum an. ℥ ij . carnes quatuor  
myrobol. emblic. carnosar. pinearum pistacearum an. ℥ ij . jujub. sebest. an.  
num. 20 . testud. nemo. tres . conser. rosar. symph. an. ℥ ij . micam panis al-  
bi macerati in decocto capri juvenis , decoctionis duorum pullorum & carn.  
vitulin. alterator. cum seminib. scigidis , & papav. & bordei lib. ij . fiat om-  
nium destillatio in alambico .

℞ rosar. rubr. malabath. an. p. ij . scabios. & rad. distam. an. p. s . rad.  
eypp. cal. aromar. scœnantb. an. ℥ j . s. ligni aloes & cedri an. ℥ ij . Fiat de-  
cact. in vino albo & aqu. rosar. In colat. ad lib. j . dissolv. pulv. diamargar.  
frig. ℥ ij . theriac. & mithrid. an. ℥ j . s. fiat epith. pro corde .

### CONSILIUM LXVII.

#### De Gonorrhœa virulenta.

**N**OBILIS mulier a marito inita , qui cum prostibulo impuro concu-  
buerat , inquinatur ; hinc gonorrhœa virulenta male fluorem mu-  
liebrem representans . Quæ excernuntur cum virore pallefcunt . Jam fluxus  
ille per annos perseveraverat , illam a variis morbis vindicans . Tamen pro-  
pter contagionem massæque sanguinis labem valetudinaria est ; quoniam ,  
credo , non satis largiter virulentus ille humor decurrit . Menses plane  
subsistunt . Atque hinc illincque metus ingruit quidam . Nam si sup-  
primatur illud *βραμίδες* & virulentum , perniciës consequetur , sin fluat , ta-  
meti suo exitu commoditatem affert , tamen in maciem ita laborantem  
conjiçiet . Quod plerisque usavenit ; siquidem non potest non afficere  
partes per quas traducitur , incunite vere quo præsertim tempore omnia re-  
pnerascunt , summam in renibus gravitatem sentit . Dejectur appetentia :  
languet : munia non obit sua . Dolores in ventre excitantur toto . Quo  
medicamento ex rheo. & syrupo laxativo sæpe adjuta fuerat , eodem occur-  
ritur : malum recrudescit . Tandem diu noctruque ita vexatur ut ferendū  
non sit . Pulsus languidus & sepultus : facultatum omnium fere concussio ,  
ec maxime vitalis . Sursum deorsum fertur materia . Quaritur quid sit  
opus . Sensim atque sensim crescunt dolores pungentes & ferientes , divel-  
lentesque membranas . Dolor turgens est , & qualem Galenus describit in  
lib. 3 . de locis aff. idest , in partibus quibusdam sentitur dolor veluti a  
remota alia parte velut radice derivatus ; quod notandum est , falso cre-  
dunt colicum esse dolorem ; proptereaque , ut fere fit , liberales nos esse

debere in usu rerum calidarum : immo tali usu : aegrescebat magis : In eam sententiam ventum est, ut crederemus in provocando illo fluore incumbendum esse, alioqui frustra operam daturos. Atque ita provisum est. Primum is clyster injectus.

*℞ malva, bismal. arthemisia an. m. j. sem. pœonia rubentis ℥ j. agri palma p. j. rad. petrosel. asparagi an. ℥ j. sem. lini, fœnugr. an. ℥ s. fiat decoct. In colat. dissol. terebinth. ℥ ij. sacchar. rub. ℥ j. olei lilior. & chame-mel. an. ℥ j. s. vitellos ovorum duorum, fiat clyster.*

Eodem die excitatus vomitus materiei virulentæ, & ejus quæ olim per inferiora ferebatur. Non a ventriculo erat, sed ab jecinore & regione renum, ut conjecturis deprehendebatur. Quæstio, an esset sistendus, an juvandus. Non placuit juvare, ne materiam quæ per inferiora moveri deberet, aliorum revelleremus. Urgentibus doloribus coacti sumus adhibere balneum, uti succo amygdalar. dulc. cum vino hippocrat. Cessabant statim dolores : e balneo egressæ redibant. Secta vena in malleolo, adhibiti pessi ex hiera diacolocynt. pulvere hieræ & galyops. addita styrace liquida : & involuti sunt fantalo. Deinde pilulis de hiera cum agarico & rheo consultum est. Tandem repetiti clysteres primo similes. Et præscriptus bolus sequens post balnea :

*℞ terebinth. veneta ℥ iij. rheib. ℥ j. cum syrup. capit. ven. capiat.*

Secta vena in brachio ob turgentem in lumbis dolorem. Applicatæ crucuribus cucurbitulæ. Tandem ad decoctum sarseparrillæ ventum est ad proliciendos sudores. Provocati sunt atque ii admodum sætentes. Utcumque convalluit.

### CONSILIUM LXIX.

#### De febre erraticâ.

**P**UER annos natus novem, præcalidis visceribus, & capite satis amplo, quum olim satis imbecillus & valetudinarius, jam paulo grandior factus, certis quibusdam intervallis accessionem habet febrilem cum atroce capitis dolore. De repente & incogitatoprehendit dolor capitis, deinde febris vehementissima cum oculorum rubore & genarum, ac si yrocho pre-henderetur. Accessio est duodecim fere horarum, aliquando multo minor, & sudore finitur. Tum alacer existit. Quæritur quæ causâ hujus febris quinquies sexiesve in anno repetentis, & quid tandem sit eventurum inde. Non est dubium quin ex Galeno, periodos reduces febres & dispositionem partis, & materiam habeant causam sui. Quænam dispositio, an in cerebro, an in hepate, an in mesenterio. Forte in cerebro est, unde dicimus quosdam esse febres partium proprias, ut hepaticas febres, lienosas, cujusmodi febres virginum sædis coloribus laborantium, & alias cephalicas, quæ non modo symptomaticæ dicentur, sed & essentielles. Si collecta in cerebro materia motu, sive putredine, quæ non ita facile acquiritur

Gal. sub  
fin. lib. 2.  
de differ.  
febr.

tur in cerebro ut in ventre inferiore ) febris excitari potest, quæ discussione  
 materiei facile evanescit. Et quod magis mirum, hæmorrhæicæ febres tabificæ *Et Hip-*  
 dicuntur, ac si peculiariter affectionem pulmonum sequerentur, quod *pocrati*  
 leno in Epidemiis placuisse videtur. Et ego legi sive apud Galenum, sive *part. 9.*  
 apud alium nescio quem auctorem, septenas febres, idest quæ septimo quo- *sect. 2. lib.*  
 que die, & quintanas quæ quinto quoque die repetunt, tabidorum pro- *1. Epid.*  
 prias esse, ac si peculiarem collectionem humoris in pulmone contenti *Quinta-*  
 sequerentur: & tamen essentielles febres dicuntur. Si in isto puello mate- *na febres*  
 ria in mesenterio coercita, sed mota, & non exclusa, tam tetrum capitis *ante*  
 dolorem excitans, febrem facit; cur non plurium horarum aut dierum? *tabem, &*  
 cur non putret? Si putris, cur putredinis notas non edit? & tamen urinæ *tabidis*  
 sunt admodum tenues & aquæ, quas in pueris damnat Hippocrates. Si pu- *Castis ad-*  
 tris, cur non promittit productque febrem? Nec enim diaria esse videtur, *Lib. 3.*  
 quum hujus non sit proprium tam sævum symptoma inducere, & tantam *Prognost.*  
 in urinis mutationem asserre. Mihi videbatur febris a liene esse, quod *In Coac.*  
 Hippocrates observaverit in febribus erraticis urinas tenues esse splenicæ:  
 & etiam sæpe sine tumore perspicuo dolet illi regio lienis: quod declar-  
 rat in eo esse imbecillitatem & circum partem illam melancholici humo-  
 ris de natura biliosi retinentis collectionem, a qua efferuntur vapores non  
 maligni quidem (unde enim tanta malignitas in puero?) sed veluti fla-  
 tulenti qui dolorem acerbum efferunt: qui si in cor reperent, palmum  
 cordis afferrent, si in ventriculos cerebri, aliquid epilepticum: sed per  
 inanes meandros feruntur, unde dolor tantum capitis excitatur. Et reve-  
 ra tenuitas urinarum, error febris, taciturnitas pueri, dolor ad sinistrum  
 hypochondrium surgens, splenicum quid significant: Accedit & prima  
 educatio. Nam & mater, & nutrix magnis molestiis in gestationis & la-  
 ctationis tempore captæ fuerunt. At ex Hippocrate qualia gestationis tem- *Lib. de*  
 pore patitur mater, talia infans: & idem de nutrice. Adultio enim *nat. pue-*  
 quædam facta est humorum. Id juvat plurimum hepatis calida intem- *ri.*  
 peries, quæ succos exurit. Quod si aut major copia foret materiæ, aut  
 a pituita non superaretur; aut si putredinem acquireret majorem, quum  
 levè tantum rudimentum esse videatur, major quoque febris sequeretur. Et  
 nisi provideatur, verendum ne aut quartanarius, aut epilepticus per con-  
 sensum fiat, aut successu temporis per propriam cerebri affectionem. Et il-  
 lum humorem verum putredinis characterem non habentem natura secernere  
 nititur, sed non excludit tamen. Ac verendum ne illud tandem contingat  
 quod in Prorrhetico ab Hippocrate dictum est: *Cui circum lumbos dolores*  
*sine appetitus amissione voluntur ac revolvuntur, iis si dolor adaugetur*  
*atque intenditur cum febre & cibi fastidio, convulsivum aliquid fit: supp-*  
 per translationem materiei quæ diu in ventre inferiore cunctata malignitatem  
 acquisivit; cujus ratione in cerebro epileptica symptomata est excitatura.  
 Ac tandem tempus ipsum nobis aperiet quid futurum sit. Tamen dum id  
 expectatur, non erit alienum & toti corpori, & partibus quibusdam consu-  
 lere: ac toti quidem corpori sequenti decoct.

*℞ lupulor. & florum violar. an. p. j. radicum aperitivar. an. ℥ ij. in-*  
*funde*

funde folior. sena. ℥. iij. cinnamomi ꝰ j. In express. dissol. syrup. de cichor. simpl. ℥. s. fiat potus.

℥. conserv. rosar. buglos. & rorismar. an. ℥. ij. theriaca. ℥. s. cum syrupo conserv. citrii fiat opiata usenda sero.

Item ℥. rad. enule camp. rad. bryonia an. ℥. ij. polypod. fumiter. scolopend. ceterach & malvar. an. ℥. j. florum sambuci, chamameli, stœchad. an. p. j. sem. fenugr. lini an. ℥. s. coquant. in aqu. & vino albo. Contundantur addendo ceram. fiat in modum emplastri ex mûcag. rerum predictarum. Sed prius oportet fovere partem decocto illo.

Inter cetera vero conferet vere hoc novo venam basilicam dextram ad unum vasculum tundere.

## CONSILIUM LXX.

### De Hydrope.

**P**ETRUS Guerardus mensē octobri quum de stomachi inflatione quereretur, post curas aliquot medicamentum sumsit. Satis laudabilem effectum præstitit. Hic vir quoties in morbos incidit, a Medicis pro desperato sæpe relinquitur, adeo magnis, obscuris, incognitisque morbis impetitur. Nam hinc vires elanguent, & cum virium infirmitate magna est cacochymia, ut quod affectionis remedium est, cum virium pugnet custodia. Qualia illi contigerint, & quid consilii captum fuerit, aperiam. Inappetens ciborum erat: aut nulla, aut exigua febris. Sputa pessima. Paulo post in metaphrenò tumores, & in tibiis, facies tumens: pulsus languidus, parvus, sæpe inæqualis: frequentes defectiones, quibus nisi vino occurreretur, metus esset repentini interitus. Octavo post decubitum die circa æquinoctium hibernum, & cum ecliptica lunæ affectione convulsus est plane, ac in propinquo mortem esse putabamus. De mutatione crebra pulsus ita philosophabamur: Hoc enim contingit vel affectione propria cordis, vel ratione orificii ventriculi oppressi, vel contumacis in primis venis obstructionis, quæ liberum spiritibus ingressum & regressum impedit; vel pulmonum infarctorum: vel quia legitimum non suppetit alimentum cordi, pote elatis, aut paucis, aut pravis spiritibus a materia olida contenta in ventre. Nam quum a vena arteriosa suppetatur alimentum corruptum & semilustum, aut quia per arteriam venosam impeditam non libere transfuit aer, mirum non est si magna mutatio in pulsu contingat. At major horum pars concurrere videtur. Quod autem inæqualitas perspicua sit in multis pulsibus, & nonnumquam intercalaris intermissio, id eo modo contingere videtur quo & in Antipatro ob obstructionem lævium arteriarum: potest & propter pulmonum ipsorum infarctum provenire, aut mollitudinem & laxitatem eorundem, utpote qui in costam incumbunt, quod annotavit Hippocrates. Maxime vero videtur fieri ex pravitate anæthymiafeos; declaravit, indicavitque curatio. Nam pro gradibus purgationis pulsus restituebatur. Et Hippocrates observat in affectibus pulmonum,

Gal. lib. 4. de loc. aff. c. ult. Lib. de locis in homine. Lib. de morbis.

num, præsertim si inflammatio sit, insignem mutationem pulsus, & animi defectionem. Quod nos animadvertimus sæpe: immo & quoties multa pituita offarcti sunt pulmones, & si a capite catarrhus illabitur: Testis Petrus Dangers pictor, & vidua domini Bigand: & putant sibi animum deficere. Quod pauci animadvertentes, illud ad inanitionem revocant, & ad repletionem confugunt. Idem in hoc agro videtur quod & in convalescentibus. Nam ut ex Galeno patet, ideo non proficiunt, aut quia infirmitas corporis est, aut cacochymia: utrumque in hunc agrum cadere videtur; nam & partium est infirmitas a prava diata forte ac vitæ instituto contracta, & cacochymia subest, quod ex symptomatis potest apparere; ut mirum non sit si & ea appetat quæ ex usu non sunt, & edendo non proficiat. Nam & ipsarum partium nativa & gentilitia est imbecillitas, & multa in multis partibus cacochymia quæ impedit quominus calor naturalis quantulus est elucere queat.

In lib. 2.  
Aphor.

Quod ad tumores istos œdematosos attinet, dicimus eos trifariam contingere, aut ut in morbis longis, unde ægros insufflatos dicimus infirmitate caloris naturalis; & hoc tantum ex eventu fit: aut tamquam morbus est, aut ut symptoma. Symptoma, ut in hydrope; idque bifariam, aut affecto hepate primario, secundariove, unde verus nascitur hydrops: aut per colliquationem quamdam carniæ, & velut putrefactionem. Hinc Hippocr. in lib. de affect. ait de morbis, ait, hydropem, improprie dictum, fieri quæ in morbis longis diu ægri impurgati manent, hinc corruptio carniæ, & tumores œdematosi. Morbus autem tumor est quæ alius consequens non est, sed per se & primo actionem lædit.

Lib. 2.  
Aphor.

Cacopragia hepatis & tumoris auctor est, & extenuationis. Tumoris, si in defectu languificationis consistat res, extenuationis autem si vitium in humore sit. Quamquam Hippocrates observat in morbis funestissimis contingere quamdam leucophlegmatia speciem ob malignam qualitatem & flatulentam, quod in domino le Fuzelier phthisico a nobis visum est, cui totum corpus moribundo intumuit, ac facile disparuit. Sic & a pulmonibus, & ab hepate, & a liene extenuatio & tumor potest contingere. Quod de liene annotavit Hippocrates: *Quibus corpus extenuatur, lien efflorescit, & contra*: ut etiam ex Hippocrate Galenus demonstrat. Sed in huiusmodi tumoribus solum humorem agnoscere, non autem flatum quoque admistum repugnat sensui. Unde enim fluxus & refluxus tam subitus in hydrope, ut modo intumeant pedes, ventre deturgente, aut contra, nisi comes sit flatus earum mutationum auctor? Quod de hydrope ipso demonstrat Hippocrates lib. de flatibus. Sic aut inopia erit caloris naturalis flatum discutere nequeuntis, aut dominatus caloris præter naturam, materiam phlegmaticam in ventum facile convertentis. Unde alio loco docuimus auruginosos contra sententiam Hippocratis flatuosos esse posse. Et admirabilis locus est apud Hippocratem dum rationem reddit cur in hydrope dolor non sit, quæ tamen partes tumeant: in arthritide quæ tantus tumor non sit, & proinde non tanta distensio (quæ ex sententia Galeni in Aphorismis doloris causa est in articulari affectu) ait autem

2. Prov.  
lib. 2.

Lib. de  
loc. in ho.  
Lib. 2. de  
nat. fac.

Lib. de  
locis in  
homine.

Com. in  
apho. 49.  
lib. 6.



tem in hydropse humorem non consistere, sed vagari, propterea que dolorem non inferre: contra in arthritide & paucum esse, & consistere. Atque ut brevi absolvam: In morbis dignoscendis videndum an sint simplices, an complicati: & rursus an sit aliquid gentilitium, an peculiari diætæ & vitæ instituti ratione aliquid fiat. Complicati morbi sunt quum diversæ partes consiçantur, quarum ut natura diversa, symptomata quoque sunt varia, & tametsi communi natura convenient, tamen specifica distinguuntur, in ægro complicati morbi videntur, catarrhus, tumor oedematosus, deliquia animi frequentia quæ eum valde exercuerunt: quæ omnia ab eodem fonte manare videntur. Oedematosum tumorem, appressorum digitorum manentia vestigia designant. Multis de causis (ut ante dictum est) tumor iste evenire potuit, quarum non una in hoc ægro consideranda est, sed plures. Unum tantum monere oportet, an non etiam a cerebro repetenda sit illius tumoris origo, præsertim quatenus metaphrenum intumescit. Etenim Hippocrates scribit etiam hydropis originem a cerebro repeti debere: quomodo audiendus Hippocrates in Aphorism. quum ait, *hydropem esse mania solutorium*, quod sit translata a corpore cerebri vi motuque naturæ materia in partes subjectas.

Lib. de  
loc. in ho.

Quicquid sit in affectuum complicatione, difficile tenetur pars primaria affectus causa, quod sæpe a capite in partes superas, sæpe ab his in illas fiat defluxio, sæpe proprii humoris generatio per corruptionem propriam ob partis diathesim malam. Quæ omnia morborum difficilem cognitionem reddunt.

In hoc ægro eadem ratio habenda quæ & ædium ruinosarum, ut pro gradibus purgationis in instaurando per epicrasin corpore operam demus.

Ad educationem putris materiæ quæ pulmonibus tenaciter adhæret, ex usu erunt thoracici linctus ex decocto rad. ari. petrosel. glycyrr. eryng. ireos, hyssop. bipinel. sem. bombacis cum syrupo capill. ven. oxymelite, & syrupo de hyssopo.

Cordi applicatum est emplastrum ex confer. buglos. borag. confect. Alkermes, mithrid. theriaca, pulvere malabathri, & meliss.

Ventriculo fatus ex his quæ vim haberent roborandi, & coquendi. Ad hepar oxyrrhodinum ex oleo absynth. & rosarum, cum ceroto santalino. Deinde institutus syrupus hic:

℞ omnium herbar. capillarium an. m. j. seminis carth. ℥ j. ungule cabal. m. ij. radicum omn. aperitivar. in vino albo maceratar. an. ℥ j. ireos floren. & eryngiorum an. ℥ s. buglos. cichorii, pimpin. scolopen. polypodii, an. m. j. fiat decoct. ad lib. j. addendo cicerum rubr. & flor. violar. an. p. ij. in qua infunde rheib. ℥ ij. santal. citr. & cinnam. an. ℥ j. s. fiat syrupus coctus cum lib. j. sacch. & ℥ iij. syrup. rosar. pallid.

Item ℞ agar. trochisc. ℥ ij. rheib. ℥ j. s. pulv. biera ℥ ij. massa pilul. assaiereth & sine quibus an. ℥ j. cum succo absynth. fiat massa pilul. utenda ut dicetur.

Deinde opiata sunt instituta, & condita, quibus utebatur, superbibendo parum vini albi odoriferi, aut vini hippocrat.

AN-

## ANNOTATIONES.

1 Hippocrates observat quod qui purgati non sunt in morbis, per succrescentem cacochymiam in hydropem incidunt. An vero cacochymia hydro-  
pis causa? Ita hercle. Ita enim Galenus explicans illud Hippocratis, quod  
tempore pestifero quidam in hydropem inciderint, hydrops ex abundan-  
tia pravorum succorum quosdam invasit. *Comm. in part. 15. sect. 3.  
lib. 3. Epid.*

2 Et hac sunt argumenta Hippocr. lib. de flatibus. Humor enim nisi com-  
mitem flatum habeat, id non potest efficere.

3 Mirum non est si hydrops in hoc agro fere inexpugnabilis fuerit. Et-  
enim verum illud est quod a Celso scribitur cap. 21. lib. 3. Hydrops saepe  
per se incipit, saepe alteri vetusto morbo, maximeque quartana supervenit,  
facilius in servis quam in liberis tollitur: quia quum desideret famem, si-  
tim, mille alia iadia, longamque patientiam, promptius his succurritur qui  
facile coguntur, quam quibus inutilis libertas est.

## CONSILIUM LXXI.

## De febre maligna.

**I**OANNES Chevarry post labores aliquot, cursus, equitationes & co-  
messationes, coepit lassitudine tentari tensiva: febris continua, lingua  
prærubra, sitis inexhausta, omnium fere partium αδυναμία sine causa ma-  
nifesta, urinæ laudabiles nimium: ecthymata tandem paruerunt: roborato  
ore ventriculi & corde, evacuata multa bile olida restitutus est. Morbus  
a quadam erat colliquatione, quod declararunt dolores in faucibus tam  
internis quam externis (ut sic loquar.) Item dejectiones tenues & liquidæ,  
quas Hippocrat. υδατόχολα vocat in Epidemiis. Nam quod in bile tenui-  
bus erat excernebatur, crassior pars remanebat. In partibus imis erat phlo-  
gosis, cujus occasione constituimus in blandis medicamentis, iisque lenibus  
& humectantibus, quum ratione summæ infirmitatis, quæ præter ratio-  
nem aderat, vix ac ne vix sectionem venæ aggredi auderemus. Ac revera  
non est audacter tentanda, sed parce & cum meditatione. Nec nos mo-  
vit quod in acutis movere oporteat, quum hoc præsertim de iis audien-  
dum sit in quibus orgasmus est: in hoc autem ægro omnia videbantur  
mitia & tranquilla, sed latentis putredinis aut malignitatis erat suspicio.  
Accedit quod hieme febris ista orta esset, in qua humores quodammodo  
πλεγματῆται, febris erat laboriosa, non ea tantum ratione, quia labores,  
corporisque motiones præcessissent, sed ob lassitudinis sensum ob copiam  
humorum viscosorum febrem committentium, ut in Epidemiis explicat  
Galenus.

Et ut Hippocrates sub finem prioris Prorrhet. sect. 1. duplicem facit *Com. in*  
phrenitum, unam manifestam, alteram occultam: occultam quidem, in *part. 3.*  
qua *sect. 4.*

*lib. 6. Epid.* qua signa manifesta non apparent, sed tabes quadam mala impressa manet in cerebro; ita duplex est febris, una manifesta, quæ se pulsu & urinis manifeste prodit, occulta quæ neutro sese manifestat. Hæc deteriore est; quoniam & Medicos sæpe fugit. Hujus generis est febris quæ ægrum divexat: jactationes sunt, *άλυσμοί νυκτιώδεις ἢ ἀνίμεστοι, κοποί*, urinæ tenues, sed flammeæ; pulsus frequens, sed remissus, & quasi compressus sed analogus interno incendio. Ingens sitis, dolor gutturis & faucium, qualem ante in malis temporum constitutionibus oboriri observavimus, & per modum colliquationis; impotentia & infirmitas maxima sine causa manifesta: deinde eruptio ecthymaton.

In facultate naturali sitis, fastidium sine magno calore qui foris apparet, urinæ tenues. In animali impotentia maxima, & ad motum pigrities & tarditas. In vitali, pulsus remissio. Indifferentia, ecthymata, jactationes & *άλυσμοί*, lassitudines, dolores gutturis.

Impotentia ista terrori fuit, quia in febre mediocri corpus ita impotens esse præter rationem, malum; nam nulla est *κνεραγγίη*, quod declarat vel intemperiem partis principis, vel copiam materiæ gravantis, vel obsidionem cordis a maligno, ut ex Galeno videri potest.

*Com. in part. 5. lib. 2. Prorrh. Lib. de acuta Epid.* Sic in egro isto febris laboriosa erat, & idem ei contingebat quod & in sicca ophthalmia, in qua quod est tenuissimum excernitur, crassius vero manet; aut ut in angina sicca eidem Hippocr. Urinæ erant tenues, sed erant boni coloris, quod si ad tenuitatem malus aliquis color accessisset, pessimæ essent, ut doctè in histor. de Clazomenio, observat Hippocrat. & post eum Galenus.

Ecthymata apparuerunt ut in Sileno, sed potius fuerunt papulæ rubræ & tenues, aut maculæ ob ingentem phlogosim quæ ex materia coercita anathymiasim tetram educebat ac suscitabat. In ista imbecillitate non volumus dare hypnotica, ne naturam pigram magis redderemus. Juvimus ægrum usu acidorum, & eorum quæ contra malignam vim pugnant. Sanguinis detractioni pepercimus, nec abs re. Quoties enim ingentis cujusdam ariditatis in partibus imis suspicio est, & argumenta, necnon obsidio facultatum, & *ἀδυναμία*, audax ne esto in secanda vena: aut si secare consilium est propter phlogosim, parcissima id manu faciendum est; alioqui in magnum discrimen vitæ ægrum conjicies. Quod & in ripa Cælestinorum in uxore cujusdam cinerum venditoris observavimus, quam febris maligna occupabat; sensim enim naturæ motu, qui tamen symptomaticus videbatur, evacuata fœda materia, mox aquea, mox paullo crassiore & biliosiore: item confirmatis corde & ventriculo, & usu epithematon temperatiore reddito calore per Dei immortalis gratiam prima eam restitimus sanitati, quum tamen multa letifera signa apparuissent.

In tonsore Caroli successore, quum laboraret fere eadem febre, immo horrida esset, idest in continuitate quosdam ex intervallis horrores, observavimus aliquando frequenti venæ sectioni locum esse, aliquando eandem repetitam plurimum obesse. Prodest quidem quum jactationes & *άλυσμοί ἢ αἰμαί*, non tam sunt a maligno, quam a calore impense au-

to, & a cacochymi sanguinis copia: cujus argumenta sunt rigores aut horrores, qui non tam sunt per caloris affectionem, aut ejus absentiam, quam putrentis humoris membranis & partibus spermaticis sentientibus molesti proventum. Nam postquam horruerunt, statim incallescunt, deinde rigescunt. Galenus autem in Epidem. scribit illud usu venire ut quoties humores corrupti incallescant, leves horrores inducant. Quod quum evenit, audacius sectio venæ tentari debet, non ut quid semel fiat (quia in humorum pravorum proventu raro vires sufficiunt) sed iterato. Atque huic tonsori multa sectio venæ occurrimus, ut insigniter savientem febrem confoderemus ac jugularemus. Sed quum horrores qui adsunt materiæ ἀνωμαλίαν & τὸ ἐπιτρογιαν significat, aut quum vere periodici sunt, aut symptomatici, cave ne hinc secundæ venæ occasionem quæras. Item quum jactationes & δυσφορία oris ventriculi καίωσιν sequuntur, cunctantius timidiusque sectionem venæ aggredieris. Ideo aliquando est ubi potius febris ratio habenda, quam causæ febrem committentis in cacochymia consistentis. Est ubi etiam potior ratio habenda causæ ipsius quam febris. Quamquam purgatio febris causam potius respicit, quam febrem ipsam: sectio venæ & febrem & causam.

## CONSILIUM LXXII.

### De febre maligna.

**S**TABULARIUS in vico de la Mortellerie a castris rediens, bene quidem habebat. Militiæ morbo detentus erat: & nos eum a pulmonis inflammatione vindicaveramus. Corpore erat squalido, visceribus admodum intemperatis. Vinò meraco apprime delectabatur. Circa vesperum quum leviter febrirer, indulfit tamen genio. Circa quartam nocturnam febre adeo insigni prehensus est, præcedente horrore, ut animam agere videretur. Pulsus insigniter elatus, magnus, validus, frequens: ingens in præcordiis æstus, hypochondriorum murmur obaudiebatur, mox contrahabantur: frequens magnaque respiratio, oppressio, jactationes, urinæ flammæ, alvus nigra reddebat, vomituriēbat: per quatuor horas viguit febris: sensim declinavit. De utroque latere queritur ac si pleuriticus foret. Percipiebatur raptus humorum sursum. Febris erat plena jactatione: lingua scabra. Intumescabant sensim hypochondria. Tertia nocturna quum βραχύπνοσ effectus fuisset, & extima allassent, moritur. Cadaver intumuit adeo ut semidoliolum referret. Rubentibus, nigricantibusque maculis obseritur. Malignus erat morbus: Et de eo Galenus videtur agere in Epidem. dum observat contingere in febribus malignissimis & acutissimis, ut initio, incendii febrilis summa sint omnia: magna & frequens respiratio, in toto corpore fusio, perceptioque caloris contra naturam, ejusque acerrimi. Sed paullo post defervent partes, defevitque febris, adeo ut ea nulla restare videatur. Eger βραχύπνοσ fit, quoniam quum summus esset adeo calor, ut nullus eo major existare queat, digeritur prave fervefactis omnino

omnino humoribus, & spiritibus exustis retostisque, ut remaneat tantum paucus ac exiguus calor natus. Eique quantulus est, exigua, brevisque spiritus ductio sufficit. Atque calor iste natus prius extinguitur, quam nova denuo accessio febrilis surgere queat.

## ANNOTATIONES.

1 Quod huic agro contigit ut morituro alvus inflaretur, & corpus obsideretur maculis, idem Nicolai filio evenit lib. 7. Epid.

## CONSILIUM LXXIII.

## De Convulsione, &amp; complicatis uteri affectibus.

**U**XOR Joannis Tancré Equitis Regii filium suum primogenitum peperit. Hic exsuccus aridusque emissus est: sed tamen quæ aqua cum fetu effluere debuit, ea obstetricum & clinicarum mulierum testimonio sensim atque sensim effluxit. *Dysoria* fuit adeo ut crederent utero vim aliquam illatam esse. Toto tempore decubitus alvò fuit admodum obstricta, & jam dolores aliquos in ventre sentiebat. Indita sunt enemata, & medicamenta satis valida præscripta sunt. Alvus inde non multum subducitur. Præterito tempore decubitus quum jam sibi ad munia prima redeundum putaret, & lac artificio suppressum esset, quod eam lactare conjunx nollet, circum umbilicum adeoque inum ventrem dolores oriuntur. Enemata induntur valida, & potiones. Indurescit inde alvus magis, minusque cedit remediis. Dolores invalescunt. Ad mulierum consilium res redit, Tunc & fovere, & uterinum affectum causari, immittere in balneum, medicorum consilium tamquam ejus rei ignarorum rejicere, condemnare: Terebinthinam cum stupis applicare, & sexcenta alia usurpare remedia, frequentes clysteres indere ex carminativis & anodynis. Incredible dictu quanta fuerit usurpatorum remediorum silva. Et prout quæque mulier erudita videbatur, ita ejus remedia probata sunt. Aliæ quæ uteri reponendi artem profitentur, & manu, & igne, & cucurbitulis multa moliantur: Nil proficitur, ægrescit medendo, humores usu istorum remediorum impense calidorum funduntur, ichorosi & saniosi fiunt, ferociunt, acuanturque nil tale cogitantibus. In ista humorum conculcatione & agitatione, quum tamen propter adstrictiorem alvum exitu superne inferneque prohiberentur, ægram convulsiones epilepticæ veræ adoriuntur, intra horas duodecim octies aut novies convellitur, omniaque terrore & stupore plena sunt. Ad divinitatem istud referunt, proptereaque nil amplius reliquum esse præsidii autumant. Cessante convulsione epileptica ægros tamen manebat. Lingua exerebatur semipedis longitudine. Intumuerat, sauciabatur, ac conserpebatur. Hæc nono morbi die paruerunt cum meo quidem judicio naturam tæderet tantæ diuturnitatis, eaque aliquid moliri vellet.

Ad

Ad Medicos rebus pene conclamatis concursus est. Spectatores fabula toto die fuerunt: clysmata ex hiera diacolocynthidos & aliis subdiderunt: aquarum theriacalium & consimilium usu consuluerunt. Pulvis hieræ poculo datus est. Aliis videbatur opportuna sectio venæ, quod secretio videretur illius materiæ quæ per alvi suppressionem in hypochondriis *σὸ κακόνδρις* acquisiverat: & quæ in genus nervosum translata, quum olim in venis conclusa foret, convellendi occasionem dedit. Inepta aliis visa est, quum natura videretur fatiscere, & quod in paroxysmis epilepticis usurpata crimine non careret. Sive hic ratio plus valuerit quam fortuna, aut contra (siquidem fortuna duce potius periculo ægræ tentatum hoc est) sanguis demitur ad tria ingentia vascula. Assatim rivuloseque fluit. Ab eo tempore non convellitur, sed redit ad se: tamen subsultus quidam & contractiunculæ, quæ potius ex sententia Galen. *σπασμῶν*, quam *σπασμοί* dicentur, apparent. Die sequenti initum est consilium. Illius affectionis causâ creditur sanguinis cumulus, impetus & incitatio, necnon excrementorum in alvo proventus. Et quum alvus densa esset, facta quadam est humorum & sanguinis conculcatio; hinc phlogosis, & a phlogosi vasorum coarctatio & angustia, ac si alvus ambusta & sicca diceretur. Sic metus erat volvuli. Et nisi convulsiones istæ incidissent per quamdam ferossæ partis & malignioris (ut ita dicam) sequestrationem, volvulus incidisset. Hippocrates hunc morbum adumbravit, quum ait dolores in hypochondriis resides & revolutos, si angeantur, & febrem fastidiumque cibi accersant, convulsionem afferre per diadochen & metastasim humorum malignam qualitatem, temporis successu per suppressionem adeptorum. Ac credibilis juvenem istam mulierculam hepate visceribusque præcalidis præditam, & tamen superficie corporis subalbida, molliusculaque carne, unde facile ea imbuitur sanguine, inflammationesque concitat (ut de mulieribus docet Hippocrates mammarum muliebrium exemplo 2.) *Sub finem* in eam affectionem incidisse tribus de causis: ob alvi suppressionem, quæ *de gl. ad.* ipsa per se incommoda asfert multa, ob exuberantiam sanguinis, qui in mammis fluere prohibitus est. Tertio ob cacochymiam. Sic prudenter provisum est ut bis, terve sanguis detraheretur ad tollendam plenitudinem & phlogosin, quam usus rerum admotarum calidiorum adauxerat, colluvies humorum adimeretur, alvus leniretur. Lenienda enim alvus fuit, non irritanda vehementibus medicamentis & siccantibus calfacientibusque. Quod notandum est, & a nobis observatum in capite de ea re præscripto, ut levetur eorum error, qui quum vident alvum tardam, ad impense calida confugiunt. Contra plus proficitur usu rerum temperatarum. Injecti ergo sunt clysteres primis contrarii, ex decoctis capitum vervecinorum, & omazorum cum borag. buglos. utraque malva, & radicibus ejus, seminibus melonum, cucumeris, endiviæ, ex diaprun. non laxativo, diacassia. Immo oleum fuit suspectum ob calorem, nisi quod liliaceum & violatum magna copia injectum est. Rejecta sunt ea quæ calfacerent in usu *ἢ ἀναδύτων & χαλαστικῶν*, & temperatorum consistitur. Stupæ injectæ sunt in aquam egelidam ut saturarentur, deinde in sesqui libra butyri

Ballonii Oper. Tom. II.

V

tyri

tyri recentis, & tantundem olei viol. imbuta sunt toti abdomini applicata. Potiones ex oleo amygdal. dulc. recenter extracto, cum decocto malvarum, buglos femin. frigid. lactuc. & sem. alkeKengi, ex cassia soluta, catholicone, diaprano simplici, cum syrupo viol. alias syrupo. rosarum pallid. Quod validis medicamentis obtineri non potuit, id rerum blandiorum usus est assecutus. 3 Si quando alias in ea muliere maxime observari debuit

*4. Acur.* quod scribit Hippocr. *Cavendum est ne inflammatas partes medicamentis vexemus, &c.* Repetita sunt ista potiones, & juscula liquidissima. Tandem ad colluviem contumaciorem & abstrusam magis in jusculis tabell. diacarthami saepe dissolvimus magno profectu. Saepe id factum; hinc bene habuit. Urinae pra calore nigrescebant, & flammeae erant: statim alvus subsistebat, & spiratodea reddebat. Immo narrabat egra se circum lumbos & in regione venarum uteri sentire pulsus, subsultumque arteriarum, & calorem immodicum. Nisi viribus metuissemus, largissime sanguinem demissemus. Per octo aut duodecim dies bene habet. Sed tamen dolores se mediocres in regione pubis & lumborum persentiscere dicebat. Sed hi alii inferiores erant. Ecce dum eam primae sanitati restitutam credimus, gravius quam ante conflictatur, de nocte exacerbantur dolores, adeo ut ea manus sibi inferre cogitet. Interdiu levantur, alvus adstringitur, in inguinibus dolorem sentit, & in suris tibiaram maxime in plantis pedum intolerabilem. Insomnis nullo consistit loco. Vomitiones aëruginosae frequentes: renum regio inflammari videtur. Ad prima remedia & venae sectionem recurritur. Parum proficitur. Urinae alias flammeae, alias aquae, alias sabulosae apparent: sic erant distantes. Et quod urinae distantes turbationem aliquam declarant Hippocrat. quum in eadem urina est distantia, id est inaequalitas contentorum. Idem potest dici de urinis quum uno die ac altero alias aliter affectae excernuntur. Nos uterinum aliquid esse dicebamus. Et obstetrices & chirurgi narrabant collum uteri quodammodo distortum, & ingentem intus calorem percipi. Ligamentorum cornuumque erat affectio aliqua, dolor tunc repetiit quum illa somniaret se a suo conjuge iniuri, & coire voluptuose. Sic factus erat eo sanguinis concursus, & furor, appetentiaque uteri contigerat. Quodque mirandum, magis ab utero flatus erumpebant; quod Aetius observat in cap. de inflatione uteri, & satyriasi.

*Aetius*  
*serm. 4.*  
*tesrab. 4.*

*Aph. 1. 33.*  
*lib. 7.*

4 Et ut ingenue dicam, complicati erant affectus: satyriasis erat quaedam, & phlogosis circum uterum. Secta vena in brachio, secta in malleolo magna quantitate. Cataplasmata lenientia admota. Oxyrhodini embroche frequens. Nil aut parum proficitur. Tandem consulitur dysteribus anodynis, in quibus philonium romanum dissolvitur. Injicitur oleum liliorum & violar. in uterum. Pessi ex terebinth. bdellio, opopanax aristoloch. & tametsi phlogoseos & ἐπιφλογισματος suspicio foret: tamen quia os uteri non contingebant, ex usu pessariorum profluvium sanguinis ex utero expectabamus, eoque consilio venam malleoli tutuderamus. Juvabatur pennis, forte ob titillationem. Clinica mulier candelas ex sebo indebat loco pessuli: manifestam sentiebat allevationem. Indiri sunt hi pessi.

℞ opopan. bdellii, gummi elemi an. ℥ s. terebinth. ℥ ij. cera ℥ j. fiat  
pessus acutus pulvere diacolocynthidos.

Inseſus ex ruta, chamamelo, meliloto.

Sed quum hæc non juvarent, & dolores urgerent, & pectinis, ingui-  
num, maximeque furarum, & plantarum pedis cum caloris sensu. Pericli-  
tatum est hoc remedium.

℞ rad. albh. & lilior. an. ℥ iij. mal. senecio. viol. bismal. melil. chama-  
mel. creſſionis an. m. iij. sem. lini, cytonior. psyll. fanic. burgund. & albh.  
an. ℥ j. s. s hyosci. & papav. albi an. m. iij. fiat decoctio in aqua. fiat pas-  
satura: in qua adde opii thebaici & populeonis an. ℥ s. Fiat cataplasma ad-  
mouendum pubi, poplitibus, & inguinibus.

Vesica suilla impleantur eo decocto, & admoveantur. Eadem materialia  
capiantur, & coquantur pro semicupio. Per metrenchyten de eo decocto in  
uterum injectio fiat.

Renibus applicatum emplastrum ex philonio rom. & unguento Comitif.

Hoc remedio convaluit, dormivit, sedati sunt omnes dolores.

### ANNOTATIONES.

1 Colicos dolores saepe in epilepsiam desinere novum non est, immo & in  
artuum resolutionem. Quod Paullus Aegineta annotavit, & post eum  
Avicennas.

2 Convulsiones ista feбри supervenerant, & febrē quodammodo solve-  
runt. Ita enim aliquando convulsio commode feбри supervenit, ut ad finem  
lib. de crisi bus docet Hippocr.

3 Et si quando alias in hoc maxime verum fuit quod eodem loco quarto  
Acutor. in precordiorum inflammatione sectionem vena esse principale re-  
medium. Vide historiam Nicolae le Bé. Et quum dolor in nostra agra re-  
gionem uteri attingeret, mirum cur toties e brachio sanguinem sustuleri-  
mus, potius a malloco trahendus erat. Unde quaestio praclara, an in ute-  
ri inflammatione & dolores immo in suppressione mensium demendus sanguis  
e brachio. Non vult Galenus cap. 11. lib. de sang. missione. Reclamat quo-  
que & demonstrat Akakia in 2. ad Glaucon. Contra sentit Aetius. Ac-  
credo quosdam Medicos medendo aberrare plurimum.

4 Si ea qua ab Hippocrate dicuntur de flatu in utero legamus lib. 2. de  
morbis mulier. multa huic mulieri talia symptomata evenisse comperiemus.  
Hac autem inflatio quum est inter angustias uteri, dolor est major.  
Non reformidat vena sectionem, quum caloris magni magna sit suspicio.  
Potuit esse inflammatio aliqua. Nam quum uteri fundus aut cavitas in-  
flammat, in imo ventre dolor est, & minimo digitorum pressu irrita-  
tur. Nec est quod objiciat quis vehementem non fuisse febrē; non enim  
in eo affectu ingentem esse necesse est; quum multis de causis moderata esse  
possit. Tamen accidentia horrida sunt saepe, & qua Aetius cap. 83. Te-  
trab. 4. serm. 4. describit. Chirurgis manu egram comingentibus quodam-  
modo relaxatus uterus esse videbatur; quod non absimile videri poterat;



*Siquidem fieri non posset quin præ dolore magna aliqua mutatio in utero contingeret. Accedit frequens usus chalafticorum & oleorum, & rerum humidarum propter dolores applicatorum, qua aliquam relaxationem asferre potuerunt, immo appetentia coitus & veneris abftinentia paullulum de loco suo dimeveri potuit.*

5 *Hippocrates non reformidat usum narcoticorum in doloribus uteri.*

## CONSILIUM LXXVI.

### *De Pleuritide.*

**F**ILIOLA domini Floræi quum sub dio, partim in sole versata esset, dolere caput cœpit, & tussire. Febrisprehendit acuta, & quæ tamen ex intervallis major esse videretur. Omnes noctes plenæ molestiarum fuerunt. Maxime enim ad sextam serotinam & febris & reliqua exacerbantur. Jactabatur, nullo consistebat loco. Tussis & tussendi cupiditas illam perpetuo infestabat. Nil e pulmone educere poterat, tametsi esset stridula. In pulmone humoris concursatio, quæ obaudiretur. Sitis erat ingens & implacabilis. Frequens & brevis respiratio cum difficultate. Postquam tussiverat, statim ejulabat. Aliquando in partibus extimis febris mitescere videbatur. Immo leniter perfrigerabantur ac si nova foret accessio. Sed illud fallax fuit: Pugnabatur cum febre, & tussi quod eam partim a capite excitari crederemus, partim a resudatione ichoris a calefacta pituita in pulmone. Octavo die symptomaticus alvi fluor. Nono interiit. Aperto cadavere latus sinister purulentum erat, & pars pulmonis quæ illud contingeret. Immo & pus, in capacitatem fufum erat. Pleuritis fuit.

Nos valde decepti fuimus existimantes tussim a capite esse. Sed quod tam frequens esset, & sicca, & cum difficultate spirandi juncta, illud aut inflammationem in pulmone, aut in latere, aut in utroque satis significare poterat. Tamen unum desiderabatur, ut ægra de dolore lateris quere retur: Hoc expectabamus, interea ignoratione rei præsidium in inflammationibus thoracis usurpari solitum magno incommodo omisimus. Et si illud usurpavissimus certis signis nequeuntibus assequi ultra pars esset affecta, e latere dextro sanguinem nullo profectu detraxissimus. Itaque puellæ pervertacia & morositas maximam periculi partem creavit. Rubor genarum non erat, tamen fere perpetuo adest in inflammatione partium thoracis. Item aliquando clauso ore dormiebat: quod nos in eam adduxit opinionem, ut crederemus costas non esse obsessas. Sed omnis ista ratio nos deceptit valde. Tamen vix excusari possumus quin sanguinem demere debuerimus quum inflammationis in thorace magna esset suspicio. Ad sectionem venæ & insignis febris, & inflammationis suspicio, & sitis inextinguibilis, & jactationes ob incendium natæ, & maxime difficultas illa spirandi hortari debuerant. Nam quum difficultatis differentiæ a motu ipso sumantur, ut velox, tarda que respiratio dicatur, a materia calida & frigida, a thorace, magna, parva, a quiete densa, rara, quemadmodum magna & frequens

Quens incendium in corde arguit, magna & rara delirium: parva & frequens in febribus aut oedema, aut impedimentum in thorace, ut inflammationem, aut quid simile. Quum videremus ingenti praesente aestu puellam habere frequentem admodum respirationem, & tamen parvam veluti oppresso & coangustato thorace, de inflammatione aliqua suspicari nos oportebat. Tamen hoc asserimus saepe nos observasse in pueris valde febricitibus frequentem parvamque respirationem, licet affectus thorax non esset. Sed nonnumquam magna intercidit respiratio in omnem dimensionem dilatato thorace. At in hac puella nil tale observavimus: immo quum dilatare thoracem vellet, subsultabat quodammodo, & vociferabatur. Hæc a nobis eo consilio scribuntur, ut quum alias, tum maxime puerorum curam suscipientes, tanto diligentiores in eorum morbis nos præstemus, quanto minus certos de suarum affectionum idea reddere nos solent. Immo cum pueris tamquam mutis ægris nos rem habere existimemus; ut quoniam ex relatione, quæ tamen in dignoscendis morbis plurimi facienda est, nil certi, nilque pensi habemus, aliis conjecturis, signis & symptomatum observationibus nitamur, alioqui puerorum salus valde periclitatur. Nec enim ab ista ægra puella expectandum erat ut dolorem lateris pungentem quereretur quo secundæ venæ occasionem porrigeret, sed aliis modis res erat assequenda.

## CONSILIUM LXXVII.

*De febre semitertiana.*

**D**OMINA de Chalmontio & ea mulier quæ ad insigne ensis regii commorabatur, eadem fere febre detineri videbantur, sed sorte fatore inæquali. Una enim jam grandævus, & male pulmonibus affecta interiit, altera non item. Febris erat assidua, alias interdiu, alias noctu exacerbationes habens. Una dies levior, altera acerbior, in morem *τετανοφώνη* aut *ημιτετανοφώνη*. Non tertiana erat exquisita, quia horas duodecim superabat; non absolute tertiana, quia horas quindecim superat, ut sentit Galenus: forte longa videbitur tertiana, quod tempus intermissionis sit admodum breve. Tamen quoniam nulla febris vacuitas visa est; nomine tertianæ donanda non fuit. Et si forte remissio aliqua erat, minima occasione prehendebat horror cum perfrictione quadam, adeo ut ad hemitritæon accedere videretur. Nisi forte timeamus ne Galenus nos rideat, ut & quosdam ætatis suæ Medicos, qui longam tertianam cum hemitritæo confundebant. At longa tertiana remissionem habet & intermissionem aliquam, hemitritæus nil habet intermissionis, ut Galenus in Epidemiis scribit. Quamquam lib. de Typis longe aliter sentiens, hemitritæus aliquam intermissionem attribuit. Sed puto hunc librum Galeni non esse. Febris dicta *τετανοφώνη*, latine tertiana *secundum pugnati*, constituitur ab Hippocrate continua altero die remittens, quod Hippocrates *ὑποκρησσοδα* vocat, tertio quoque die exacerbatur. Hæc febris in mulieres dictas incidere videbatur, hujus hæc est descriptio:

*Ballonii Oper. Tom. II.*

V 3

*Quum*

*sect. 2. li. 1. Epid.* Quum annus frigidus aquilonius cum humiditate fuisset, omnes per hiemem commode habebant. At sub ver decubuerunt. Febres tunc continua tertianarum more invadebant, violentissima, longissima (idque ob coctionis difficultatem, & oppressionem natura a vehementioribus symptomatis) laboriosissima: lenes a primo, de cetero incresebant: aliquantum remittebantur, rursus ex intermissione vehementius incessebant, &c. Itaque febris quæ mulierem illam adoricbatur, erat potius *πρωτοφυής*, de qua videtur ab Hippocrate pronuntiatum: *Quæcumque febres tertia die fortiores sunt omnes mala, quoquo modo intermiserint, &c.* Intermissionis vacuitatem causam habere putat Galenus aut inflammationem, aut humorum *καλοιδιαια*. Ac de illis febribus quas *πρωτοφυής* cum Hippocrate vocare possumus, quatuor notanda sunt. Primum est, quod e malignarum febrium genere sint, opinione Galeni. Secundum quod illis proprium est, ut & malignis febribus, ut diebus decretoriis deteriores fiant. Tertium iis convenit ut nox præcedens accessionem molestior sit, secundum Hippocratem. Nam a frigido & bilioso sunt humore, ut mirum non sit si de nocte molestias habeant. 2 Nam dum biliosus humor acutam febrem facit, putrescunt interea humores frigidi, unde reaccenditur febris: & tamen alio in loco hæc omnia hemitritæis tribui solent. Revera magna est affinitas inter hemitritæas febres & *πρωτοφυής*, ut in nostro Definitionum Commentario explicatum est. Quartum est quod notari debet: si febres illæ tertio quoque exasperentur, quum tamen continuæ sint, an illis diebus tertiis licet aut venam secare, aut purgare? Non videtur, sed potius moliendum est aliquid die mitiore. Revera si manifesta tranquillitas comparatione facta cum alio die apparet, & apparet quoque manifesta exasperatio die altero, eligendus is est qui eam præfert tranquillitatem, ut aliquid moliamur. In utraque muliere erat anxietas summa, quæ a calore acri omnia confundente, & os superius ventriculi molestante contingebat. Implacabiles erant renum dolores, urinæ fere crudæ. Conjiciebamus circum ventricululum collectam esse humorum copiam, unde defectiones animi, excitato vapore sequerentur.

Sed mirum fuit magis quod in illustri domina a Chalmontio apparuit: nam quum habitum corporis haberet tumidiusculum, pituitosum, minime diffabilem, corpus internum æstuabat, omnia quæ excernebantur erant biliosa: tota massa sanguinis erat corrupta. Et quod mirum, pulsus erat vibrans, qualis in ingentibus inflammationibus apparere solet. Quumque esset annosa, mirabantur Medici quomodo in febris assiduitate ista pulsus vibratio, elatio, magnitudoque tamdiu perstitisset. At animosa erat mulier, nullis aut corporis, aut animi laboribus defatigari solita, nulli pæne celeritate cedens, irasci celeris, ad omnes actiones expedita: cor compactum habebat, & facultatem vitalem omnium validissimam habebat (nec enim tamdiu tam violentæ diræque febris molestias tulisset) de eaque illud dici potuit quod in aphor. scripsit Hippocr. *Qui consueti sunt labores ferre, etsi imbecilli sint, aut senes, non consuetis fortibus atque juvenibus facilius ferunt.* Itaque pulsus erat validus, quum vitalis facultas esset valida, auctus erat usus, instrumentum cedebat, ut mirum non fuerit

*Com. in  
apho. 25.  
sect. 2. lib.  
1. Epid.  
Part. 23.  
sect. 2. lib.  
6. Epid.*

*Apho. 49.  
lib. 2.*

fuerit si talis pulsus extiterit : & revera talis ad finem usque perseveravit . Sed quod magis mirum fuit , est quod uno die quinquies aut sexies rigeret ac si nova accessio foret . Horroris illius aut rigoris causam aut conjiciebant novæ materiæ accensionem , aut suppuratum in pulmonibus , aut aliquid simile . Observatum est ab antiquis frequentis & per vi- ces repetentis causam horroris esse suppuratum : quod in pulmonibus hoc facit ; sed si in pulmonibus id fiat , multo magis , aut pariter quoque in aliis partibus fieri debet . Aperto cadavere sinistra pars pulmonis erat purulenta : sed id crebri horroris causa non erat . Nam statim ab isto horrore calor adurens surgebat manum tangentis feriens , adcoque vola manus & planta pedum incaluerat , ut nullus fere eum calorem ferret . Horroris autem illius causa esse potuit inæqualitas quædam materiæ , & τὸ ἑτερογενές , ut quæ materia in majoribus venis coercetur , & uniusmodi est continuam faciat calore continenter cordi communicato , necnon vapore elato : quod dum fit a calore isto alia corrumpitur materia in habitu corporis ( in quo fucus periodicarum febrium continetur & consistit ) ea- que materia reduplicationis est causa ; quæ reduplicatio habet aut levem perfrigerationem , aut horrorem antesignanum , ut idem fiat quod in hemitritæis febribus quas κατ' ἐξοχὴν φεραδίας passim cum Hippocrate Galenus appellat . Quotidiana enim habet frigus tantum , & si continua est , non habet . Tertia autem rigorem habet : & tamen quum hemitritæus ex quotidiana continua ( quod tamen minus proprie dicitur , quum nomen quotidianæ continuitatis nomen excludere videatur ) & tertiana intermittente componatur , dum ita confunduntur , symptomata quoque confusa habent . Et qui horror per se neutrius est si sola spectetur , utrius- que confusæ esse potest . Et libri prioris ad Glauconem Paraphrastes dum quærit in quas febres rigor horrorque incidant , agnoscit intermittentes , quibus nimirum horror aut rigor periodicus est antesignanus : item semitertianas quibus proprius est horror ; immo κατ' ἐξοχὴν horridicæ dicuntur . Quamquam Galenus docet posse existere semitertianas sine horrore : sed hoc in uno tantum casu ponit , quum scilicet tabescentes comitatur febris semitertiana : successu enim temporis horroris occasio tollitur , præsertim materia pituitosa consumitur horroris causa , nisi forte aliunde horrescendi veniat occasio . Aut enim a suppurato oriri potest , aut forte quia di- 1. Epid. 1. Com. in part. 5. sect. 3. lib. 1. turnitate temporis corpus & ex carne & ex sanguine redditum minima occasione inhorrescit . Ergo de periodicis & semitertianis dicta sint . Nunc de continuis . Quædam sunt continuæ , homonymos tamen dictæ , quæ quum ex multis particularibus accessionibus procedant , fit ut prioris finem altera accessio cum horrore præveniat : & in his horror adest . Aliæ quoque permultæ sunt continuæ , & quæ una finiuntur accessione , a levi rigore vel frigore incipientes ob materiæ inæqualitatem , vel malignitatem . Sunt & aliæ quas Hippocrates horridicæ vocat ( ego vero hoc non legi , nam solas semitertianas horridicæ vocat , & hanc admittit appellationem Gale- nus ) quod per totam fere accessionem earum corpus inhorrescat , idque vel reduplicato febris incremento , vel eo ipso citra reduplicationem inæ- 1. Epid. 1. Com. in part. 5. sect. 3. lib. 1. qualiter :

qualiter increfcente. In quibus ſi longioribus intervallis horror remeat, reduplicatio dicitur & fit, maxime in ſemitertianis; ſi brevioribus, horrificus, inæqualisque morus dicitur. 4 Sed audiamus ipſum Galenum, quem citat Paraphraſtes, locum enim haud legi: *Febrim continuarum tertio die repetentium quædam cum horrore venientes, quæ a primo impetu ad incrementum ſe conferunt, tametsi non mediocriter prægreſſa videantur, alterum horrorem cum conſtrictione inducunt; ab hoc alterum incrementum, deinde aliam conſtrictionem & horrorem: nam iterum hæc & ter repetunt. Poſtridie aliam priore minorem habent acceſſionem ſine priorum repetitione, iſque eſt perpetuus orbis, ut bina binis diebus ſiant acceſſiones. Et illud, binas, binis diebus, interpretor, tertio quoque die duæ acceſſiones fieri videntur. Alia ſunt continua tertio quoque die repetitiones habentes citra illas horrificas invaſiones, unamque habent acceſſionem tertio quoque die, acceſſione carent ſecundo die; unum enim habent continuum & æquabile ab invaſione ad vigorem incrementum. Prioribus febres ἡμιτεταίαι vocaveris, poſteriores τεταίαι quæ τεταίαι medium locum habent inter ἡμιτεταίαι & intermittentes febres: nam illis ſunt meliores, hiſ vero deteriores. Et pro utriſque notanda hæc diſtinctio, quod in hemitritæis tertio quoque die duæ ſiant acceſſiones, & ſecundo die ſit una acceſſio. 6 Quod mirum cur ſecundo die dicat fieri unam acceſſionem, quæ continua ſit quotidiana. Sed ego puto manifeſtum quoddam eſſe argumentum cujuſdam ἐπισημασίας, quod non adest in iis quas vocat τεταίαι. Nam tertio quoque die ſine horrore habent aliquam repetitionem, ſeu acceſſionem, ſecundo die non habent acceſſionem, quæ ſit uniuſmodi febris. Item ſciendum in hemitritæis manifeſtos eſſe horrores & inæqualitates, quod in hiſ quæ dicuntur τεταίαι non cernitur. Niſi forte dicas & objicias illud Hippocratis deſcrip-*

tionem febrim τεταίαι, facientis in Epid. *Rigores omnibus inordinati ſect. 2. l. 1. erant & errantes.* Si ergo horrores ita in illas continuas incidunt, in quo diſtinguetur hemitritæis ἀπὸ τῆς τεταίαι;

1. Epid.

Nos dicimus aliud eſſe inordinatos, eſſe rigores minimosque in febribus continuis, aliud dicere ordinatos eſſe. Nam in hemitritæis non ſunt inordinati, errantes & minimi, ſed validi, ſtati, & vehementes. Et ideo proprie dicitur horriffica. Sed ſi in alia febre continua erratici incidunt horrores, non perinde horrifficæ vocabuntur. Quod ut plenius intelligatur, cauſa & hemitritæi & tritaophyeos eſt explicanda. Verus hemitritæus a duobus humoribus eſt, a bilioſo & pituitoſo: & ſi æqualiter

exſuperet humor uterque exquiſitus, fiet ſemitertianus typus. Prout autem humor unus paucior eſt altero, ita quoque aut vera aut non vera ſemitertiana eſt. Vera febris τεταίαι ab humore quidem bilioſo, ſed lentiore febre fit & coctu difficiliore. Quod ſi horrores habeat, non jam unum

Com. in

part. 5.

ſect. 3. lib.

1. Epid.

humorem agnoſcit, ſed duos, & ad hemitritæon accedit. Proinde Galenus eod. Commentario de tritaophyis horrores errabundos loquens, ait eas a duobus humoribus oriri, pituitoſis & bilioſis. Et fere dum τεταίαι explicat, idem dicit quod & de hemitritæis. Atque ut ingenue dicam, magna eſt

focietas

focietas inter utraque, præsertim quum horrores sunt conjuncti. Itaque cum doctiss. Ακακία de illis horrificis continuis scribit : *Si longioribus intervallis horror remeat, reduplicatio & dicitur & fit, maxime in semitertianis : sin brevioribus, horrificus inæqualisque motus dicitur.* Obscurius enim dicit quod nos ante diximus : Si statim ac vehementes, & ex majori intervallo horrores redeunt, tunc vera est semitertiana : sin erratici sint horrores, parvi, & ex brevioribus intervallis, continua potius τεταωφωής dicitur. In hac muliere febris erat τεταωφωής, ad semitertianæ naturam accedens, & humor pituitosus quidam secretus videbatur, qui novorum horrorem erat occasio. Nec alienum erit monere Galeno placuisse cum veteribus febres istas τεταωφωής inflammationem sequi partium internarum. Quod & in hac muliere observatum est : totum enim corpus internum incendio conflagravit ; & quum iræ esset præcipitis, in cyti cholidocho novem lapilli ciceribus rubris duplo majores inventi sunt. Hepar incendio incanduerat : totus sanguis putris erat & lacteus. Obiit die 27. totius morbi.

Comm. in  
par. 5.  
sect. 3. lib.  
1. Epid.

Sed & unum animadvertere oportet, quod & therasian, & diagnosin in primis facit omnibus jecorariis, idest, quibus grandius hepar, amplius, tumentius & calidius, quum febribus magnisprehenduntur, maxima ex parte tempore urgentis febris dolores in claviculis 7, & secundum omoplatas sentire satis vehementes. In pleuritide quidem quum uno loco inflammatio aut phlegmone consistat, tamen in parte longe remota ob communicationem & continuitatem membranarum dolor intolerabilis sæpe sentitur qui majores sæpe molestias exhibet quam ipsa pleuritis. Et signa diagnostica pleuritidis aut superiores, aut inferiores partes occupantis Hippocrates desumit ex dolore aut claviculas aut ileos regionem occupante, hepate accenso, aut inflammato, aut per insignem febrem æstuante plurimum, dolor potest ad jugulum pervenire. 8 Reperio enim bifariam dolorem tensivum ratione ipsius jecoris surgere. Aut enim hepar nothis costis alligatur, & tunc dolor ad claviculam percipitur ratione distentæ membranæ 9. Quibus non adligatur, a vasorum ipsorum potius quam membranarum distensione dolor surgit. Et ut ait Galenus, proprius venæ arteriæque dolor, veluti in longitudinem extensæ chordæ speciem refert. Quod est notandum, ne quum hos dolores in febribus aut inflammationibus hepatis ortos videris, frustra de catarrho comminiscaris. Probabile est enim dolores pro partium affectarum situ aut esse ἀναρρόπους aut κατὰρρόπους. Actum die 15. Septemb. 1574.

Lib. 28.  
loc. aff.

#### A N N O T A T I O N E S.

1. Hac febris fuit ea, quam τύφον vocat Hippocrates libro de internis affectionibus.
2. Febres τεταωφωής media sunt inter hemitritas & tertianas longas, aut alias febres que habent intermissionem. Comm. in Aphorism. 23. sect. 2. lib. 6. Epidem.
3. Galenus docet quam acer calor excitetur ob fumosam substantiam a pituita putri & salsa excitata. Comment. in par. 16. lib. 4. Acut.

Re-

Revera inaequalitas materia causa fuit illius horroris tam frequentis.

4. *Ista desumuntur ex Epidemiorum Commentario, & proprie ad τριπλο-  
κουίς febres possunt attribui.*

5. *Vel leges: In binis diebus tres fieri accessiones, ut uno leviori die fiat  
una accessio pituitosa, secundo dua accessiones.*

6. *Nomen παροξυσμῶν etiam in continuis potest usurpari: nam quum fe-  
bris exasperatur, licet continua sit, potest dici παροξυσμῶν.*

7. *Nam quemadmodum ineuntibus paroxysmis intumescit & expanditur  
hepar contingens diaphragma, unde difficilis spiratio contingit: ita quoque  
dum aestuat jecur, intumescencia est quadam; hinc tractui similis contentio:  
quo fit ut per communicationem vasa superiora afficiantur.*

8. *Quia tamen corpus hepatis unum est & continuum, saepe signa inflam-  
matarum gibbarum & simarum exquisitè dignosci non possunt.*

9. *Membranarum dolor est punctorius, sensimque expanditur, punctorio  
sensu tamquam in centro laborantis loci in parte est. Tensionis sensus cir-  
cumcirca muscolum est. Ult. cap. lib. de sanguinis missione, & cap. 1. lib.  
2. locor. affect. Sic unum & idem potest punctorium sensum inferre. & tensi-  
vum, sed diversa ratione.*

### CONSILIUM LXXVIII.

#### De sanguinis spūto.

**D**UÆ sunt partes in agro isto, quæ aut infirmitatem, aut vitium, aut  
utrumque videntur contraxisse, pulmo, & lien. Quæ quum alias,  
tum maxime in iis quibus hepatis intemperies est aliqua calida, propterea  
acrioris sanguinis parens & procreatrix, facile suæ infirmitatis signum edunt  
aliquod. Lien quidem, dum hepar non bene repurgat, quod plus succi nigri  
generetur, aut quod imbecillus fiat, pote legitimo alimento a jecore sup-  
peditato, non confirmatus. Pulmo autem, quia quum sit pars biliosa, facile  
attrahens ob motus perennitatem, ut in Epidemiis Hippocrates annotavit;  
*Attractio, pulmo, incendium*, idest, æstus ingens in partibus, & raritas,  
motusque perpetuitas pulmonis attractionis sanguinis & spiritus maximæ cau-  
sæ existunt, fit ut si acrior sit sanguis qui a jecore fluit, rapiturque, augeat-  
tur aliqua ex parte intemperies, & hæmoptysi æger sit obnoxius; unde  
tabes: quod huic ægro nostro jam a longo tempore contigit. Nam qui una-  
cum tussi e pulmone sanguis educitur, extunditurque, exulcerationis sensum  
exhibens, satis declarat duorum alterum, aut acriorem esse sanguinem qui ab  
hepate in cor, & ab hoc in venam arteriosam refilit; unde aliqua fit *Diapno-  
sis*, aut tenuiorem esse, unde *anastomasis*, aut *diapedesis*. Nam quum nu-  
tritio pulmonis, & aliarum partium, sententia Galeni non tam per oscilla-  
venarum, quam per earum tunicas fiat; natura arteriosam venam machina-  
ta est artificiosè, ne vasis raritas & pulmonis validior attractio efficiet ut sta-  
tim sanguis, qui est pulmonis nutrimentum, absumeretur, & sic causa esset  
marcoris ipsius pulmonis, affectumque illum induceret, quem Hippocrates

im

in libris de Morbis tabem siccam vocat, quemadmodum & pulmonem siccam. Sic vas arteriosum crassities facit ut restagnet, resideatque sanguis, & tardius in nutritionem pulmonis faceat. Itaque si qua venae arteriosae tenuitas a natura est data, & ab ipsa conformatione, ut iis contingit quibus natura venae sunt angustae, & instar tenuium staminum, si facile sanguinem e pulmone educant: sed id periculo caret, quum tribuendum hoc sit tenuitati ipsius vas. Sed si vas ipsum rite conformatum, si crassiusculum & pluribus villis intextum, & tamen eductio fit sputi cruenti saepe; hoc cacochymiae acrimoniaeque humorum adscribendum. Ita enim omnis humor acer erodit, sibi viam facit, cuniculosque agit. Propterea perperam Medici faciunt, qui ubi primum aliquem haemoptoicum vident, illum frequenti venae sectione fatigant: sic enim pulmone & lateribus infirmitas conciliatur. Itaque dysfunctione opus est: nam si eductio sanguinis aut propter tenuitatem sanguinis, aut venae arteriosae gracilitatem contingit, hic parciores in secanda vena esse oportet: sin omnibus rite comparatis ob sanguinis pravitatem id fiat, liberaliores esse fas est, alioqui graviter in commoda aegrorum peccatur. Nos autem in hoc aegro nostro potius animadvertimus conjicimusque sanguinis calorem, acrimoniamque cujusdam *ἄβρωσιως* causam esse, quae in tabem aegrum conjectura est, nisi arte provideatur. Quemadmodum enim hominibus alatis quos *Ἐπίδημ* *ἠπρυγιδέως* vocat, sententia Galeni flatus ruptionis venarum causa esse potest, qui flatus ob imbecillitatem caloris surgere solet in ejusmodi hominibus ita alatis factis per facultatis formatricis impotentiam; unde tibi obnoxii sunt maxime, ita quoque acer calor ejusdem affectus causa esse potest, dum humores & spiritus generat acres, subtiles, acutos & mordaces. 1 Juvare quoque potest destillatio a capite. Tamen in eam venimus opinionem, ut non existimemus caput per se non esse affectum, sed ex eventu tantum. Si enim destillatio ipsa haemoptoicos auctor fuisset, jam tabidus interiisset. Quinto enim Methodi medendi cap. 14. & 15. satis docet Galenus quam brevi tabescant quibus ferina destillatio sputi cruenti auctor est. 2 Sed si aut conformationis vitio, aut acrimonia sanguinis id fiat, non tam praecipuus est morbus. Sic errant qui in omni metu tabis, & omni tussi ad caput recurrunt tamquam auctorem primum. Saepem enim id tantum contingit secundario. Hippocrates hoc primus animadvertit lib. 1. de Morbis, dum docet quomodo caput pulmone consentiat in attractione. Nam pulmo calidus attrahit, & caput facile calefit; unde utraque pars conspirat in perniciem aegri. Tamen facile qui affectus erat secundarius, fit primarius in iis qui ad tabem devertunt ob tabificam qualitatem. 3 Hujus aegri affectum lib. 2. de Morbis depinxit, dum describit affectum quem Graece vocat *φθόνη*, quae non oritur aut vitio parentum, aut ulcere concepto in pulmone, sed tantum propter intemperiam quamdam partium. Ideoque ait eum affectum esse curabilem, & ante annos decem non necare.

De splene non putamus laborandum: quandoquidem non existimamus id tanti esse ut eo convertamus nostram industriam. Etsi enim signa quaedam elucent quae aliquid hypochondriacum resipiunt ac redolent, putamus levio-

ra



ra ista fore si hepatis consultum fuerit. Accidit forte quod quum natura sit satis hilaris, diurnarum infirmitatis tadio affectus, & sanitatis desiderio languens, animum suum demiserit, contraxeritque.

Ac censemus primo quoque tempore repurgato prius corpore illum ad usum lactis asinini relegandum esse, habeat domi paratam opiatam ex decocto rerum aperientium & thoracicarum cum multo polypodio, in quo incoquantur ℥ iij. folior. senæ, additis ℥ ij. cass. & ℥ j. conserv. buglos. & capill. ven. fiet opiata utenda aliquando, ut tibi videbitur.

Censemus semel aliquando repurgandum satis valido medicamento, ut diaphœnico, aut electuario diacarth. dissoluto in iusculo ad elidendam vim scammonii. Et ne mirum sit cur probetur aliquando validior purgatio, quum in morbis thoracis ab omnibus recentioribus lenientia medicamenta probentur: dicimus id fieri propter humorum acrimoniam & cacochymiam, quam non superabit leniens & eccoproticum medicamentum. Quod facimus consilio Galeni, quem Fracastoreus secutus est cap. i §. lib. 5. Methodi, ubi disputat de curatione hæmoptoicorum per diaurosin & capitis vitium. Locus præclarus. Bis anno secabitur vena, ineunte autumno proximo secanda erit. Vespere cubiturus utatur conserva rosarum, nenuph. viol. additis gran. mastic. & olib. habeat syropos domi ad juvandam expectorationem. Quantum fieri potest vino abstineat. Utatur elixis potius. Paretur pulvis ex saccharo cando, pulm. vulpis, penid. glycyrrh. cujus cochlear in ovum immittatur, & capiat mane. Vel trochisci ex hoc pulvere formabuntur cum gum. tragacant. addito pulv. boli arm. aq. rosar. lot.

## A N N O T A T I O N E S.

1. Omnis puris excretio post sputum sanguinis mala. Spuitionem sanguinis omnem non sequitur puris excretio: sed si πύσιν κακοῖδης. Talis est autem omnino ex pulmone. Hippocr. Aphor. 15. lib. 7.
2. Sed hunc morbum melius Hippocrates explicat lib. de internis affect. & vocat tabem ex descensu putris pituita. Locus præclarus. Hippocrates valenter purgat.
3. Talis phthoe a capite est, δια τῆν διάχυσιν τῆν, ut Hippocrates 2. de morbis loquitur initio. Sed inter ceteros locus unus præclarus est lib. 1. de morbis, quomodo pituita liquefacta descensus afferat incommoda in oculis, pulmone, ventriculo.
4. Circa hunc agrum, & alios consimiles duo quæri possunt: An validis opus habet medicamentis: quod Hippocrat. & Galen. videtur convenire. Item an in suspitione puris & affectorum pulmonum, iusculorum, & rerum liquidiorum usus conferat. Nam putres sunt, sæpe declarat puris sputum, nec modo vomica est aliqua, sed corpus ipsum vitiosum est. Si siccum sano propinquius, errant qui nimium humectant. De hac Galenus cap. ult. lib. 4. loc. affect. & lib. 2. Epidemiorum.
6. Hippocrates conformiter ad istam opinionem lib. de internis affect. in descensu putris a capite pituita valenter purgat.

CON-

## CONSILIUM LXXIX.

## De Febre Typhode.

**U**XOR Domini Vieillart menſe Julio incidit in febrem typhoden ab antiquis vocatam. Focus ejus in partibus alvo propinquis erat conceptus in materia phlegmatica miſta bile, aut in materia bilioſa pituite facta, ut ita loquar; & ſymptomata elucebant utriuſque humoris mixtionem ſignificantia. Quum febris exacerbabatur obmureſcebat, pulſus deficere videbatur, ſyncopizabat, vigilabat, obdormiſcebat alias; & id genus terrifica erant ſymptomata. Verebantur medici ne cerebrum ſecundario læſum tandem alteraretur, unde aut cataphora, aut coma vigilans ſequeretur. Tametſi autem langueret pulſus, tamen a validis medicamentis Medici non deſtiterunt, quod viderent exigendam, oppugnandamque multiplicem materiam mali auctorem.

Sæpe repurgata eſt medicamento ex rheo & folliculis. Clyſteres frequentes injecti ad evacuationem & revulſionem. Vicesies ſumſit cornu unicornis, & reliqua cardiaca. Sed id fruſtra fiebat, quum malum tyrannidem in cerebrum exercebat, unde metus cataphoræ & paraphrenitidis, his remediis occurſum eſt.

℞ folior. pœonia, fœnic. ſalvia, majora. betonica, an. m. j. rad. pœonia, angel. acori an. ℥ ij. feariola, acetof. ſlorum nenuph. an. m. j. mercur. bete an. m. ij. Fiat decoct. in ſero lactis, addendo epithym. p. ij. In colat. diſſol. conſect. hamech ℥ j. diaphœn. ℥ ij. ſyrup. roſar. pallid. ℥ j. ſ. fiat clyſter.

℞ olei caſtor. ℥ j. ol. chamam. ℥ j. ſ. pro litu colli.

℞ olei chamam. ℥ ij. cum pulv. angel. & caſtoſei. fiat litus.

℞ aquar. pœonia & angel. an. ℥ ij. paſſent. per manicam hippoc.

℞ theriacæ & mithrid. veteris an. ℥ ſ. conſer. roſar. borag. meliſſ. an. ℥ iij. pro corde.

℞ deſtill. reſtaurat. & aqua hord. an. lib. ſ. Utatur.

Quum ingens in toto ventre incendium perciperetur, hoc quod ſequitur præſcriptum eſt.

℞ mucag. ſem. alth. pſyllii & cyton. extract. in aqu. roſ. an. ℥ iij. ceroti ſantal. ℥ j. aceti ℥ ii. ol. roſ. & chamam. an. ℥ j. ſ. Fiat linimentum pro toto ventre.

℞ aqu. imperialis & aqu. ſalvia an. ℥ ij. Utatur. Item & mithridatio.

℞ decoct. hordei ℥ iv. ſyrup. nenuph. ℥ j. ſ.

Et tunc incumbabant Medici in ſomni conciliationem.

Parata hordeata ex cremore hordei non contuſi, ſed expreſſi. Dealbatum eſt hordeatum amygdaliſ, & dulcoratum ſaccharo roſ.

℞ conf. alkermeſ ℥ j. conſer. bugloſ. nenuphar. an. ℥ ſ. raſur. unicor. gr. ij. cum foliis auri. fiat bolus.

Repurgata conſect. hamech & rheobarb.

℞ conſer. nenuphar. & roſ. an ℥ vj. aceti ℥ j. ſ. lactuca m. ſ. Fiat frontale.

℞ ra-

## 318. CONSILIORUM MEDICINALIUM.

℞. rasur. unicolor. gr. iv. rasura eboris, margar. elect. an. gr. v. capiat cum aqua cardui.

℞. absynt. ros. rub. fol. salvia, major. an. m. j. santal. ℥ ij. Fiant saccu- ñ pro stomacho.

Chysteres injecti dissolutis ℥ ij. cassia & ℥ j. catholic.

℞. aqu. lactuc. solan. acetos. ros. an. ℥ ij. aceti ros. ℥ j. si. pulv. rosarum, santal. an. ℥ ij. pulv. absynth. ℥ j. Fiat epithema pro jecore.

℞. flor. nenuph. viol. buglos. an. p. j. folior. lactu. m. s. papav. albi, cap. i. semin. melon. ℥ j. Fiat decoct. pro dosi. & cum ℥ j. diacody. potus.

℞. sem. raphan. ℥ j. sem. atripl. ℥ j. coquantur in oxymel. simpl. In co- lat. ad ℥ iij. dissol. succi amygdalar. dulc. ℥ j. s. fiat vomitorium.

Ad renes fiunt irrigationes ex aqua solatri, semperviv. lactuca, cum aceto.

## CONSILIUM LXXX.

## De Gonorrhœa virulenta :

**M**ERCATOR quidam una muliere non contentus, quantum licuit li- bidinose vixit : & cum prostibulis versatus, inquinatus est, unde & gonorrhœa & ulcuscula cacoetha in pudendo manaverunt : Tamen sibi præ- cavens, advocato Medicorum consilio, in luem non incidit. Sed quum rem- leviusculam putaret, semine illius virulentæ gonorrhœæ intempestivius sup- pressæ redvivo sentit dolorem acerbum in spina, & lumborum regione : im- mo in pene ulcuscula repullulant, statimque evanescent. Difficultatem spi- randi nonnullam habet, ἀνόρετος est, macrescit in dies, dolet totam spinam, & lumbos. Inito consilio dictum est id totum esse a reliquiis istius virulentæ, quæ sensim vires acquirit : immo & rudimentum esse illius affectionis, quam Hippocrates in libris de Morbis tabem ex dorso vocavit. Itaque tamesi ad oppugnandam vim morbi valeret, usus guaiaci, tamen de macie erat verend- um. Itaque creditur, satius esse corpus reficere, & interea non esse alienum, ut interponeretur usus hydroticorum temperatorum, ut non proliciantur fu- dores, sed ut potius sensim humores desiccentur, & maligna qualitas emen- detur. Consilii hæc sunt capita.

Bis hebdomade injiciatur chyster emolliens & detergens. Primo quoque tempore utatur bolo cassia cum rheobarbaro. Aperiatur basilica dextri bra- chii ad tria vascula.

Utatur semel pauca terebinthi cum syrupo de albâa. Pauca au- tem sit quantitas, ne hinc alvus solvatur, sed tantum, ut vasa mun- da fiant.

Linatur frequenter spina oleo masticis, cytonio rosato cum aceto.

Deinde utatur lacte asinino per dies viginti continuos.

In partibus decocto sarseparilla diutino satis, idque cum passulis.

Tandem quum renutritus fuerit, ad decoctum scbina & sarseparilla mi- nime dilutum adducetur, si semen mali longius disseminetur.

Et

Et quum perseveraret dolor, & calor summus in renibus, hoc quod sequitur fuit institutum.

*℞ Sapa lib. s. mucaginis decoctionis malva, bismal. violarum, seminis psyllii, melonum: adde opii ℥ ij. & applicetur instar cataplasmatis regioni renum.*

CONSILIUM LXXXI.

*De febre Affode.*

**L**AURENTIUS Prætor post curas, sollicitudines, iras, & intemperantem victum, generosorumque vinorum usum, horruit, & insigniter febricitavit. De eo verum illud Hippocratis: *Morbi sensim generantur, sed affatim repenteque adoriuntur.* Quum solita exerceret munia in acutissimam febrem incidit, statimque magna virium jactura apparuit. Nox implacidissima, jactationes, æstus, sitis implacabilis, facies paullo post hippocratis. Natura visa est choleram morbum tentare. Excreta sunt *ὕδατος χολα*, multi generis, fœtidissima: pulsus parvus, fræquens, difficilis respiratio, sopor: oppressio stomachi: desurgebat sæpe, sed inaniter, & falsa quædam erat imaginatio & opinio aut flatûs, aut doloris ventrem urgentis, quod animum laborare, delirioque occupari significat; quemadmodum Hippocrates scripsit, & apertius Galenus in Comment. *Ventrem tum murmurantem, tum rugientem cum inanibus surrectionibus, quidam phreniticon esse contendunt. Sic duobus errant modis: nam nec ea quæ sub sensum cadunt sentiunt, quamquam cum dolore fiant: vel quæ sub sensum cadunt videntur sentire. Altero modo, quia sæpe e lecto desurgunt ac si sollicitati & demorâ essent: & tamen non mordentur. Sic falso se morderi putant.* Tamen ex usu videretur sectio venæ, nil tentatum est ob virium metum. Tamen urgente difficultate spirandi, & æstu summo, secta vena. Nihilolevius habuit. Quæcumque excernerentur sive supra sive infra, omnia cruda erant. Urinæ citrinæ, confusa: *πέχχος*: & post missum sanguinem deterior virium conditio fuit. Quinto interiit. Morbus peracutus fuit. Aliquid fuit *πνευμονιον*, tamen pulsus inflammationem non indicabat. Ex intervallis dolor erat lateris aliquis, sed fugax. Rondeletius autem observat cum peripneumoniis adesse dolores nonnullos laterum & sterni, febris, ut prædictum est, vehementissima adorsâ est, & statim secuta est virium magna jactura. Jactatio erat & anxietas *ἀνέμετος* infirmitatem naturæ & obsidionem ventriculi designans. Et febris erat *αἰσώδης*. Nec mirum si horrida statim fuit febris, qualis phrenitico obtigit in Epidemiis. Nil profectum, quod remedia morbo essent inferiora.

Par. 16  
sect. 3.  
Prothet.  
Epid.  
Epid.  
CON

## CONSILIUM LXXXII.

*De hepatis inflammatione.*

**J**OANNIS Puthonne uxor post sollicitudines, curas, quum valde cacochyma esset, in ardentissimam febrem incidit. Nullo loco stare poterat: vires febris eundo acquirebat. Jactabatur plurimum: utrumque hypochondrium intumuerat. Ne minimum quidem digitorum pulsus ferebat. Densitas erat linguæ ob ingens incendium & defectum humiditatis. Septimo icterica interiit. At hic icterus licet suo die critico eruperit, tamen funestus fuit, quia non tam erat a suffusione bilis, quæ febrem committeret, quam a phlogosi ipsius hepatis. Et revera leviter tantum corporis superficies erat infecta, nec morbi pars erat suffusio. Hepar erat inflammatum, & fauces præcludi visæ sunt, quod ad claviculas dolor pertineret. Sanguis tantum semel detractus, quod jam morbi dies exactus foret antequam Medicus vocaretur.

## CONSILIUM LXXXIII.

*De febre continua cum eruptione parotidum.*

**T**ONSOR quidam juvenis pituitosus partim & sanguineus quum loco & tempore curaretur, septimo die morbi sudores habuit copiosos. Octavo die summa virium erat jactura facta: & quum febris exers foret, necnon satis luculentam habuisset hæmorrhagiam, tamen nono die parotides apparuerunt. Illæ erant satis mansuetæ, potius quantitatem materiæ quam qualitatem secutæ ac præferentes. Digerendis illis consultum est, mox suppurandis. Nil profectum est. Tamen quum recurreret materia quæ aliorum rapi videbatur, tandem majoribus machinamentis suppuratum tentandum fuit. Hinc discas sæpe non esse funestas parotides, ut in plerisque solent, præsertim si materia earum sit *viscida & viscosa*, quomodo multas in Epidem. innocuas esse testatur. At in Prorrhetico bifariam parotidon eruptionem malam esse probat, tum quod per parotidas abscessus morbo non sit par: tum quod qui abscessus ad partes superiores fiunt, perniciosi esse soleant.

1. Epid.  
sect. 1.  
3. Prorrhet.  
rhet.

## CONSILIUM LXXXIV.

*De febre continua.*

**C**UJUSDAM Victoris uxor quum febre laboraret continua morbo jam progressu Medicos accersivit. Affecto jam morbo illud faciendum fuit, quod jam factum, si de re maturius consultum, oportuisset. Et quum sero melius fuerit præstari quam numquam, quod res operam celerem postularet, nono die secta est vena ad duo vascula. Natura ista sectione

atione irritata crisin antevertit. Itaque vesperi illa toto horruit corpore, *ἰσίδρωσις* longa, vox clangosa, *πνέυμα οροσπίπτον*. Partium extimarum frigus qualiter in jam morituris apparet. De funere cogitabatur. Quum exigua salutis spes foret, qualicumque ista excretionem natura erecta fuit. Fluxus dysentericus: convaluit.

Hinc discere oportet nefas esse tumultuariam nonnullorum curandi rationem sequi, qui sus quedeque ferunt si diebus criticis, aut aliis quibusvis aut feriantur venæ, aut medicamenta præscribantur. At nos observavimus sæpe leves irritationes ab artificio Medici factas, motus & perturbationes, tumultusque excitare magnos. Et si instantibus crisis ( præsertim si morbus biliosus sit, & bene ordinatus ) medicamenta dantur, sæpe hypercatharsis inducunt. Quod centies verum deprehendi. Et id primus edisseruit Hippocrates. Lib. de Medicamentis.

## CONSILIUM LXXXV.

### De febre continua cum gravibus symptomatis.

**R**OBERTUM febris continua magnas de nocte exacerbationes habens corripuit. Incolumis illac tenuis vixerat. Membra delassata fractæque appulsum manus non ferentia. Dolor capitis acerbus: jactationes perpetuæ. Quarto die purgatus: quinto secta vena: sexto apozemate ex folliculis repurgatus. Biliosa multa: septimo nil apparuit. Urinæ non multum flammæ, tenues, sed boni coloris. Quod si ad tenuitatem coloris pravitas accessisset, pessimum id foret. Sed saltem ad morbi longitudinem apparuerunt, ut Clazomenio contigit. Octavo iterum repurgatus. Nono comatosus factus & delirus. Febris ingens: urinæ tenues, subilavæ. Alvus eo minime sentiente perenniter fluebat. Id symptomaticum erat, quia sensim fiebat. Omnis excretio biliosa. Décimo & undecimo eadem. Lingua obtremiscens. Quod Gal. ad facultatis animalis imbecillitatem refert, estque signum non constantis mentis. *Cerebrum enim*, ait, *afficitur, affectioque ipsa calida est; quod calor motionem perpetuam asserat, contra frigus immobilitatem.* Et in Aphorismis: *Si lingua repente incontinens fiat, aut aliqua pars stupore elanguit, hoc melancholicum est.* Galenus in comment. *τὸ μελαγχολικόν* interpretatur non ut ad affectum melancholicum referatur, sed ad humoris dominatum. Quamquam *ἡμελαγχολία ἢ τὰ μελαγχολικά* non ad humorem, sed ad diathesin & affectionem, affectionisque speciem refertur. Sic incontinentia linguæ repente incidens est *μελαγχολικόν* quid, idest, ait Galenus, est ab humore melancholico quatenus est quid viscidum, lentum, crassum, propter similitudinem ad pituitam accedens: ut tum humor melancholicus, tum pituitosus illius affectus causa dicatur. Quamquam stupor & *ἀκράτεια* linguæ non sunt affectus melancholici, idest qui redoleant, respiciantque naturam veri humoris melancholici. Sed homonymos affectus melancholici dicuntur. Priorem rationem de analogia inter humorem melancholicum & pituitam fusius explicat Galenus; ait Comm. in Aph. 56. lib. 6.

Ballonii Oper. Tom. II.

X

enim lib. 6.

enim apoplexias, convulsiones, cæcitates promiscue & ab humore melancholico, & a pituita fieri, quoniam utique humori communis est crassitudo. Sed furor non fit a succo melancholico quatenus frigiditatem habet & crassitudinem: siquidem oportet aliquid esse quod irriter & incitet. Et quum dicit Galenus interpretans illud Hippocrat. quomodo quadragenariis & quinquagenariis apoplexiæ fiant, ait illa in ætate maxime abundare τὸν τῆς μελάνης χυμὸν. Interpres vertit, succum atræ bilis, nos potius succum melancholicum dicemus. Nam atra bilis proprie dicta non facit istas ἀκινήσις, sed potius efferat, impellitque corpus; hinc in Aphorism. Si, ait, multitudo humorum est, μελαγχολικωτέρη, timores sunt, & affectus qui proprie melancholici dicuntur: sin talis non fuerit, idest, si ad aliam naturam vergat, si aut potius de humore pituitoso respiciat, aut de bilioso, aut alius generis humore, labores ac convulsiones. Et tamen ante dixit promiscue & succum melancholicum & pituitam cæcitates, apoplexias, convulsiones facere, non autem furores, quod ad furores qualitas aliqua requiratur. Quum itaque quinquagesimo anno fiunt apoplexiæ, non dicuntur fieri ab atrabilario humore, ut vertit Interpres, sed a succo melancholico qui hac ætate superfluit. Atque ut tandem finis fiat, ac loci inter se concilientur, sciendum humorem melancholicum, immo & pituitosum, aut potius ratione materiæ & molis affectus inducere, aut ratione qualitatis malæ quam uterque accersivit humor. Si ratione molis, convulsiones, apoplexiæ, & similes affectus inducuntur, ut cæcitates. Si ratione qualitatis, pavores, timores, pathemata melancholica, ut deliria sine febre. Quomodo doctissime Galenus docet, quomodo vere, hieme, & autumno dolores podagrici excitentur ab eodem humore, sed non eodem numero. Nam hieme & vere hos dolores citat, & quatenus copia peccat, & quatenus qualitate: at autumno quatenus qualitate peccat: quod omnino animadvertendum est. Sed revertamur ad id unde digressi sumus. Mirum cur dicat Galenus tremorem linguæ affecto cerebro ob humorem biliosum, non autem frigidum, quod quum tremor motus quidam sit, necessario humor sit movens, qui ἀκινήσιαν non afferat: At melancholicus & pituitosus & stuporem, & ἀκρίτειαν linguæ, & ἀκινήσιαν affert. Unde & 6. Epidem. de humore pituitoso, ejusque sero loquens, ait utrique esse proprium ut stuporem frigusque inducat. Si frigidus, tenax, lentus & crassus humor ratione sui crassamenti tetanos, convulsiones, ac concussivos motus efficiat, quare non potius immobilitatem inducat? Nam hoc ex superioribus demonstratum est. 2 Soporosus erat: an ille sopor malus? Locus est insignis apud Hippocratem, quo quærit, τὸ καρῶδες ἀπὸ γὰρ κακῶν; An affectio carotica; aut somnus profundus sive sopor ubique malus? Quum autem καρῶς & in bonam partem & in malam sumatur (quamquam omnis a quacumque causa ortum duxerit, si cum somno naturali a causis moderatis & naturalibus orto conferatur, in malis poni potest) dubitari potest an existere possit ut non terrefaciat Medicos; & ii non statim admoneantur ad quidvis molendum contra soporem inexpugnabilem. Somnus naturalis fit a bona cerebri temperie, &

& suavi blandoque vapore. Nos non pluribus explicabimus somni & soporis differentias, & a quibus causis oriuntur, quibusve signis distinguantur, quum illa enucleata a nobis fuerint ante. Galenus comm. in particul. illam multis modis *καρῶδες τι* contingere posse docet, & somnum vix excitabilem solutuque difficilem ( quomodo *ὁ κάρως* definitur ) aliquando bonum esse posse ut signum & ut causam explicavit. Sed addit, *si carus intelligitur profundus, & vix excitabilis somnus, & carus morbosus nullam genere dissidentem diathesin habeat*, idest, si nulla sit mala dispositio aut humoris, aut partis, ut nil sit præter excessum quemdam humoris quantitate opprimentis & sensus ligantis: vel nomine *ἡ δεισιως* & naturam, & conditionem affectus audiemus. Ut *κάρως* distinguatur morbosus a somno profundo, quod somnus profundus ex copia humidi utilis generari possit; *κάρως νοσῶδης* ex pituita unde cerebrum humectatur & refrigeratur, & jam ad lethargicam affectionem accedit. Sic profundus somnus habet humorem multum, utilem, quantitate peccantem, cerebrum ferè solum humectantem: *κάρως, κῶμα, καταφορά* frigidum, lentum, viscosumque & inexpugnabilem humorem *ἀκυσσίλω* & carentiam quamdam sensus invehentem. Et hoc modo omnis carus malus. Profundus somnus improprie *κάρως* dici potest. Itaque Galenus ait, *ὁμολογηθῆσιν τῆς δεισιως, ἢ ὀνόματι μόνον ἢ διαφωνίᾳ ἔσι*: dummodo fateamur diathesin somni profundæ, & τῷ κάρω non distingui, de solo nomine controversitur. Profunde dormire multos ponit Galenus temulentos: Pueros,

Ægros, qui per quatuor aut quinque dies vigilaverunt, Et profundus somnus his bonus ut signum & ut causa. Alii profunde dormiunt, & ipsa diathesis longe diversa est.

Qui sine motu & sensu soporantur, qui nec voce, nec puncturis, nec stimulis excitantur,

Quibus musculus temporalis percutitur.

In principiis accessionum febrilium, immo in febribus ardentibus.

Et hic profundus somnus malus, ut signum, & ut causa, & *κῶμα*, & *λίθαργος, κάρως, καταφορά* que nominari potest. Omnis talis sopor malus ut signum & ut causa. Nam & causa longe contra naturam est quantitate & qualitate peccans, & resolutio, oppressioque nonnumquam primi sensifici, idest cerebri, adest. In nostro ægro sopor iste malus erat. De funere jam cogitabamus. Sed quum die duodecimo febris aucta videretur, & natura recreata, venam aperuimus: inde omnia feliciora fuerunt. Credo naturam ista sectione quasi stabellato sanguine erectam. Decimoquarto sudores. Urinæ boni quidem coloris, sed non indicabant illud incendium quod intus erat. Alvus perpetuo stuebat symptomatice. Videbatur in nescio qua materia secreta a venis calor conceptus. Sed quum febris continua esset, tamen sæpe *ἢ ἀπυρεξίης* sensus erat aliquis, quum tamen nulla foret: immutarique illa febris falsa erat & mentita. Simile quid in Epidemiis legitur, quum tamen febres essent continuæ. Nam Hipp. per tres dies apparuisse febris vacuitatem fatetur. Ex hac historia doceri possumus symptomaticas sæpe alvi fluxiones, ut quum sine sensu ægri, sensum atque



fenfim humores secedunt (*Ἰσχυρήματα τὰ ἰόντα* vocat Hippocrates) quod  
 & copiam, & perpetuam generationem; & naturæ quamdam resolutio-  
 nem significat, profuisse *κατὰ συμβεβηκός*. In morbis omnibus malignis qua-  
 lificumque fuerit excretio, quoniam virulentæ materiæ excretionem quomodo-  
 cumque id fiat, juvatur plurimum, profutura est. Et quod & humoris  
 4. Aphor. qualitate, & excretionis modo symptomaticum esse dicetur, id ex eventu,  
 si quid virium restiterit, criticum erit. Secundo puo ideo laxis fibris al-  
 vum laxatam esse, quod ad diem fere criticum medicamentum datum sit.  
 At jam ex Hippocrate docuimus medicamentis præscriptis diebus instanti-  
 bus criticis, aut secta vena hypercatharisis esse faciles: quod nos in ple-  
 risque observavimus. Nam sequuntur sæpe sudores diaphoretici. Si natura  
 valeat, aut arte erecta fuerit, liberantur quidem, sed diu imbecilli ma-  
 nent, & vix a morbis relevantur: sin imbecilla fuerit natura, eodem die  
 quo vel medicamentum datum, vel secta vena, moriuntur. Quod calamita-  
 tis & infamiæ est plenissimum. Verum antequam huic consilio finem  
 imponamus, non erit alienum annotare quæ paullo ante diximus ex Gal-  
 comm. in Prorrh. In affectionibus febrilibus, præsertim ἐν ἐπισημασίαις,  
 quum exacerbantur morbi ac repullulant, sæpe esse *κάρρον ἢ καῖμα*. Mirum  
 cur Galenus non dixit *κατὰ τὴν πυρετὴν*, sed dixit *κατὰ νόσους πυρετώδεις*.  
 Quod forte abs re dictum non est, & magna animadversione dignum  
 existimo. Ac primum scire oportet duplicem esse febrem, unam essentia-  
 lem, symptomaticam aliam. A febribus autem absolute dictis & essentia-  
 libus dicuntur capi qui absque inflammatione, vel abscessu, vel dolore,  
 vel erysipelate, vel absque aliquo membro præcipue affecto ægrotant.  
 Item addit comment. in aphor. 66. lib. 4. *Contumacem obstruccionem &  
 fortem, cui febris superveniens symptomatica esse dicitur. Si autem vel in-  
 flammatio aliqua sit, vel aliquid simile, quod febrem excitet, is absolute  
 febricitare non dicitur.* Hæc Galenus. Quum itaque in februm exacer-  
 bationibus *κατὰ νόσους πυρετώδεις* per febriles morbos, non autem absolute  
 dixit *κατὰ τὴν πυρετὴν*, videtur id significare. Catoche, cataleptica affe-  
 ctio cadit in febres, præsertim eas quas committit nescio quæ in parte  
 dispositio; ut quum materia est in cerebro, & doctrinæ gratia febris ce-  
 phalica dicetur, per motum humoris in capite contenti, qui a massa  
 sanguinis & concretionem separatus esse dicetur: aut quum est in ventri-  
 culo, aut in hepate fit febris Elodes, Typhodes, Erysipelatodes: atque  
 tunc si catoche incidat, non dicetur proprie cadere in febrem, sed in  
 affectum febrilem: nam febres essentielles, quarum materia per venas  
 sparsa & fusa est, ex se non habent conjunctas catochas, cataleptis,  
 comata. 6 Sed sub finem earum symptomaticæ potest aut coma, aut si-  
 milis affectio advenire, & hoc malum ut signum & ut causa. Sed quum  
 in Epistimasia morborum febrilium soporosi affectus surgunt, affectionem &  
 pravam dispositionem non in genere venoso, sed aut in ventriculo, aut  
 mesenterio, aut in cerebro ipso significat: & ad pravum exitum sæpe hæc  
 febres tendunt. In tribus id genus febris observavimus. Uxor domini  
 Vicillard, de qua abunde supra, eam habuit, & febris erat typhodis, exa-  
 cer-

verbataque febre mox delirabat, mox attonita sopitaque plane erat. Filius domini Magni Medici annos 10. natus, idem passus est. Idem quoque & Procurator Dumontier, de quo in principio fere hujus libri. Quæ omnia annotata volui, ut hoc tamquam insolens non dicant Medici, sed ut inquisita tanti mali causa, legitima medendi methodus inveniatur.

### ANNOTATIONES.

1. In eo sensu ἰσχυρόνυς & παρὰ ζώντας, idest τραυλὲς ait melancholicos morbos experiri solere: quod mirum est, quum utrique sint frigidi, humidi, molles, effeminati, & veluti aquei. Hippocrates lib. 2. Epidem. sect. 5.
2. De somno initio februm, in febris, & dum corpus aestuat intus. Hippocrates comment. in part. 17. sect. 4. lib. 6. Epid.
3. Tamen quidam Coma ab oppressione cerebri oriri dicunt; Caron ab ejusdem resolutione.
4. Reperio aliam soporosam affectionem Lethargum appellatam, idque ob speciem quamdam peripneumonia. Vide lib. 2. nostri Ephemer. Quomodo comata etiam in principio februm ardentium inciderint, annotat Galenus ex Hippocrate comm. in part. 37. sect. 3. lib. 3. Epid.
5. Etsi per hypercatharsin istam educuntur putria, corruptaque; tamen melius fuerat ea non agitavisse. Multa enim sunt in corpore corrupta quæ suo gremio adhuc natura continet ac regit, etsi facultatem ejus retentricem forti medicamento & attrahente concutias: non mirum si laxatis fibris omnia effluant magno virium dispendio.
6. Questio vero esse possit an coma incidens in febrem sub finem fiat vitio particularis cerebri, vel vitio totius corporis. Particulari vitio, ut quoniam in morbis longis & acutis quibusdam singula partes sese exonerant, si in cerebro materia moveatur qua coma inferat. Universi corporis vitio, ut fiat per depositionem veneni morbum causantis in cerebrum ipsum: & talia comata & symptomata incidunt in febres desinentes natura falsas crises moliente. Id enim est judicatorium, non judicans.

### CONSILIUM LXXXV.

#### De febre maligna.

**J**OANNES de Longueville a castris rediens febre maligna prehensus est, quæ multos in castris stativis ad Rupellam jugulavit. Admirabile est qualia symptomata contigerint, ut postea narrabo. Initio febris mitis, qualis accendi solet potius in spiritibus & in materia phlegmatica quam in biliosa, quod motus subitos non haberet. Dolor capitis ab initio sævissimus: dolores vagi: calor multus intus: pulsus satis frequens, sed non multum elatus: lingua initio plane arida, & tamen calor similis non percipiebatur. Alvus satis belle reddebat. Circa septimum secta vena; &

Sanguis plane putris educitur. Singulis noctibus omnia graviora: visa est lingua nigricans: urinæ initio confusæ & flammæ, biliosæ. Nono urina citrina, mala, lufca. Delirabat: facies ἐξέπυθρος, oculi ardentes, alias comatosus: delirii aut lethargici affectus erat metus. Itaque consilio quorundam practitorum non reformidantium usum vehementioris cathartici, tametsi febrilis calor dehortari videatur, data est tabella electuarii diacarthami in iusculo, quæ elicit multam materiam solidam, albicantem, ac si diceret pulvem quamdam. Hoc autem factum ut majorem vi revelleretur vapor ab ista materia elevatus qui subest, aut coma, aut lethargum esset inducturus, unde parotidon metus fieret. Noctem undecimam molestiarum plenissimam habuit. Mane deficiebat pulsus, mox formicans apparuit. Idem pæne per tres horas mansit. Mortem in propinquo denuntiabamus. Credibile tunc naturam moliri voluisse crisin, sed & debilis, & materia nondum preparata id non potuit. Cordi applicatur catapl. ex mithridatio, theriaca, addito pulvere diamargar. frigid. Potu datur theriaca, confectio AlKermes cum aqua theriacali, aquis cardiacis, vino albo, syrup. granatorum & granis aliquot ambræ. Pulsus ad se redit post insignem illam mutationem, & jactationes multas. Urinæ ab eo tempore inæquales, sed maxima ex parte crudæ erant & aqueæ: & tamen non habebant alienum colorem aut contentum. Nil de incendio interno declarabant, omnia cruda erant. Cibum capiebat, lingua aridissima; quod mirum, quum urinæ aliter sese haberent. Alvus cæpit liquida dejicere. Decimoquarto nil commemorabile. Semisopitus. Nil de materia in præcordiis contenta excernebatur, quæ vere illius febris causa erat, & seges. Summa erat virium infirmitas. Decimosexto datum rheum: tenuja ὑδατόχροα excrevit: nil crassum: nullus sudor. Urinæ tenues perseverabant: tales apparuerunt quales in Clazomenio: & longitudo morbi significata est. Et nisi ætatis firmitas obstitisset, vix eam vim morbi sustinisset. A die duodecimo nil secessit crassum nisi sub finem effectus medicinali. Morbus qui acutus erat, incipit longus esse: sensim evacuatür educiturque materia in hypochondriis contenta: & quod educitur, crassitie pulvem referebat. Sic convalescit. Consultum est ut ad tenuis ichoris excretionem qui sæpe spiritus contaminat febre etiamnum præsentem, sed concedente multum, exhiberentur ℥ viii. decoctionis chinæ cum multa scabiosa parata, addita ℥ j. cinnamomi.

Hinc discere oportet eos qui optimo habitu præditi sunt, & integra sanitate, non lubrica, ut plerique biliosi, tenues, fruuntur, dum de sanitatis statione depelluntur, crudos admodum morbo experiri, & horum vires sustentari debere donec morbus mitificetur. Unde in plerisque qui omnium robustissimi essent, ista maligna temporis constitutione horrenda symptomata observavimus: & ii pæne sani morbis tentati sunt, ab iisdemque jugulari sunt. Itaque hic magna cautio adhibenda, ne si valida initio medicamenta data fuerint, agitemus materiam quam educere nequeamus; intereaque nil aliud agamus quam ut naturam infirmemus, minusque idoneam reddamus ad sustinendam tantam morbi contumaciam & longitudinem.

## CONSILIUM LXXXVII.

## De febre maligna.

**I**OANNES du Teil simili fere morbo correptus est. Is juvenis erat, robustus, lacertosus, expeditus; & incredibile dictu quot & quanta affuerint symptomata, ut ancipites fuerimus de morbi exitu ad vicefimum quintum diem. Audio illum marore aliquo affectum quod res in Amore secundæ non essent: At tamen quorundam Medicorum opinione, procatarticarum causarum observatio in morbis curandis inutilis videatur, tamen in dignoscendis, præsertim quod ad ideam morbi spectat, plurimum posse videtur. Hinc Hippocrates in historia de Sileno, causarum procatarticarum meminit, & non abs re, ut Galenus in Comment. docet. Mirum quod ait Galenus in lib. de different. febr. febres putridas a causa procatartica non oriri. Cur itaque Hippocrates causarum procatarticarum meminit, ut quum loquitur de quodam, qui quum rudimentum febris haberet, incidit in febrem perniciosam: quod quum jam leviter febricitaret, largiter potavit: Illum errorem commissum tanti facit Galenus, ut periculum creavisse existimari. Item dum Euryanactidis filia historiam commemorat, causam procatarticam quamdam non omisit: hanc racementum gustasse dicebant. Etsi conditio vitæ, ut si quis ruri degat, aut in urbe, ad constitutionem morborum tenendam apprime conducit, cur non & causa procatartica; Sed quum Galenus loco supradicto ait causas procatarticas putridam febrem non parere, non negat quin possit excitari a causa procatartica; sed putrens nisi fuerit humor, non generatur febris putrida. Nam loquens de Sileno ait, illum in diariam debuisse incidere ob causas istas externas: sed quia corpus morbo erat obnoxium, facile impressio facta est in humoribus. Pluribus commentar. in illam historiam explicat qua ratione a causis illis procatarticeis tam perniciosæ febres excitentur. Itaque mæstitia concepta potuit aliquid afferre. Et hic non verebor dicere observasse me omnes morbos qui maroribus affectibusque animi succedere, aut eosdem perpetuos comites habent, esse *δυσπνικτος* & *δυσλιπτος*. Quum medicamentum blandum sumfisset, voluit sibi venam secari postridie: & quum noctem implacidissimam habuisset, mane toto erupit sudor corpore: & quum indicta esset hora Chirurgo secandæ venæ, aut erumpebat adhuc sudor, aut paullo ante præcesserat, quum imprudenter jam præ sudore corpore resoluta vena referatur; unde animus defecit, nec mirum est. Adeo occasio præceps est, & alias captanda est, alias omittenda: tamen hoc vel illud agendum merito videatur. Parum sanguinis detractum est, ob deliquium succedens. Ab eo tempore adeo languidus fuit, ut nulla parte corpus movere posset, immo ne minimam manus contrectationem ferebat: an id ab illo errore commissio manarit, ignoratur. Tamen hoc potuit juvare plurimum. Febris erat adeo *κακώδης*, *Quid morbus κακώδης* (morbum autem male moratum definit Galenus quum mitior non sit, tamen omnia legitima fuerint administrata) ut id ratione febris contingere

Comm. in  
part. 1.  
sect. 3. lib.  
1. Epid.

gere potuerit. Febris continua : iactationes assiduæ, virium lapsus. Ad sextum diem pulsus plenus quasi explicata febre, hinc capitur secunda vena occasio. Nil allevatur. Urinæ flammeæ, alias sanorum similes, quum tamen febris perseveraret : quod in superiore ægro observatum est. Non sentiebat quicquam mali, sed mens ægrotabat. Morbus in eodem statu perseverabat : non meminerat multorum : semisopitus erat : comatosus : & revera nisi symptomatica per alvum evacuatio successisset ( quam evacuationem qualiscumque sit, in malis morbis juvare plurimum, ante demonstratum est ) aut comatosus interiisset, aut molestas parotides habuisset. Sed subductio alvi illa, illo minime sentiente, & perenniter suas syndones concitante, infelici exitu illum liberavit. Item urinam reddere non meminerat. Satis belle cibum capiebat, & capere meminerat : cetera obliviscebatur. Fluente alvo etiam nil manifesto febris remittebatur : sed tandem observatum illum fluorem febris finem attulisse. Tanquam pondus iners in lecto jacebat, provolvebatur non suo, sed aliorum nutu. In neutrum latus suo nutu decumbere poterat. Nulla mutatio in pulsu, in urinis erat. Et quod mirum, diebus criticis natura aliquid moliri volebat : sed quum nil præclare facere posset, manabant sudores frigidi : pulsus deficiebat, contrahebatur. Si natura potens fuisset, crisis in eos dies incidisset. Deinde prior pulsus redibat. Lingua aridissima, sitis tamen nulla ; nec enim se sitire putabat. At *ἡ δὲ παραλογὸς λυθῆσαι καίεν*. Sed delirabat. Ignorabatur quæ causâ tantæ virium ruinæ foret quum corpus juvenile foret ; mos illius morbi inauditus. Non potuit non suspectus esse morbus, quod sine causâ manifesta adeo impotens factus fuisset. Ad decimum sextum & septimum diem circa os sacrum tumor niger ambusto & carbunculo similis apparuit. 2 Non sentiebat, licet esset dolorificus. Erat carbunculus. Alvus fluebat, & id commode. Circa vicesimum diem restitit alvus : spes salutis fuit ; ad se rediit. Corpus erat arens, squallidum, velut exustum. Erat occultum incendium quod humores exusserat. Febris erat *ἀσώδης*, pestilens, quæ illum interemisset, nisi alvi profusivum etiam symptomaticum ( quamquam omnia quæ fiunt symptomatice sunt suspecta ) successisset. Juvit quoque ætas, quam magni facit Galenus comm. in Epidemior. libros, ad sustinendam malignam vim morborum & longitudo.

#### A N N O T A T I O N E S.

1. Vide locum præclarum de malis excretionibus quæ aliquando bonæ sunt æstimanda ex fine, non ex causâ, in sequentib. & ante Consilium III.

2. Hoc non fuit criticum, sed symptomaticum, etsi multa talia excreta fuissent : illi forte melius fuisset, ut ex lib. de atra bile constat, cap. 4. Tamen utrumque hoc naturam juvit.

Proprie erat phygethion, ut in explicatione aphor. de gibbis diximus.

3. De eo verus aphorismus in Coacis : Mentis emotiones taciturnæ, non quiescentes, oculis circumspicientes, spiritum extra efferentes, perniciosæ sunt : sed & ita affecti ad insaniam deveniunt. Qui vero in ventris turbatione ita

exa-

exacerbantur, his nigra circa indicationem prodeunt. *Quod huic agro con-*  
*igit. Et si vires suffecissent, vix contineri potuisset.*

## CONSILIUM LXXXVIII.

### *De destillatione in pulmones.*

**I**LLUSTRIS viri filia (cujus nomini parcendum ducimus) annos  
 nata quinque, cepit valetudinaria esse, quum annis superioribus inte-  
 gra sanitate, prout tulit ætas, frueretur. Nata est avia gibbosa, proinde  
 proclivi ad affectus pulmonis. Hinc congenita ad tabem dispositio. Hip- *Hist. 6.*  
 pocrates in Epidem. meminit cujusdam filia ad tabem propensa, *sect. 2. lib.*  
 cuius dispositio ad tabem mediocris morbi, & ad necandum non sufficientis ad- *3. Epid.*  
 ventum ita adjuvit, ut in ista morbi lenitudine obiverit. Et ideo Hippo-  
 crates sub finem historiae adiecit, *ἢν δὲ συρρηκτοῖς φθινώδης*. Quod ab Hip-  
 pocrate Galenus in Commentario adjectum dixit, ut convellatur quorum-  
 dam Sophistarum opinio existimantium nullum esse congenitum affectum:  
 unde mirum qui fiat ut hæc puella quum olim excederet humiditatis pue-  
 rilis mediocritatem, unde *ἀναρδρος* apparebat, ut nec articuli, nec venæ fo-  
 rent conspicuæ: nunc quasi mutato temperamento, præter rationem ma-  
 cra, *λεπτή*, extenuataque appareat; ut omnes & articuli & venæ facile  
 sub aspectum cadant. Hoc ad vermes relatum est: sed tamen quum ma-  
 lum perseverare videretur, & summa esset catarrhi & destillationis in pul-  
 mones facilitas, immo & sororem habuisset quæ a congestione humoris  
 frigidi cataleptica interierit, ferinam destillationem hujus mali occasionem  
 arbitramur. 1. Accedit quod præter ætatem, præterque morem hæmorrhagi-  
 am patitur, quod, sicut & genarum rubor pulmonicorum proprium  
 existit. Sic de illa tria quæ sita sunt: Cur præter rationem macruerit, cur  
 a natura & statu abs re ita desciverit; an lacti asinino locus sit, & num  
 id vermium generationi, cui obnoxia est, officiat. Sanitas quidem in fir-  
 mitate aliqua consistit, & actionum bonitate: & eos dicimus sanos qui-  
 bus corpus *ἄχρον* & solidum est; tamen utrumque fallax. Etenim pul-  
 monicis suffunditur rubore facies ob affluxum sanguinis & caloris vapo-  
 rem, & tamen iste rubor bonus est. Extenuationis causæ sunt penuria ali-  
 menti, exercitationes plures, vigiliæ, dolor, morbus, & præcipue si col-  
 liquans fuerit, pravitas humorum, imbecillitas denique ipsa. In hac ver-  
 mes forte aliquid potuerunt 2, sed destillatio multum potest: unde vide-  
 mus eos facile macrescere quibus destillationes sunt perennes, nisi infus-  
 flentur ac intumescant. Quærebatur num lac asinum ex usu foret; quo-  
 niam calor acer quodammodo est, æruginosa expectorat quæ moram in  
 substantia pulmonis trahentia erodunt, & ideo sputum cruentum promo-  
 vent, ideo lac ex usu foret. Nam ut feri exuberantia superat, ita pin-  
 guedine ceteris cedit: & mel aut saccharum admiscendum ut feri acri-  
 monia retundatur, quod in ventriculum vacuum ingestum facile fundum  
 efrigeraret.

Sed

*Cap. 6. lib. 6. de placitis.* Sed objicies : minima alteratione opus habet : immo Galen. videtur vel le lac alterationem in ventriculo non habere . Item quum laudemus lac asinae , quod facile transeat , mel aut saccharum istam transeundi facilitatem impiediet ; utrumque enim admistum lac ipsum incrassat . Tamen tum ut lac ipsum sua ferositate fundum ventriculi non laedat , nec facile irritando diarrhoeam aliquam afferat , saccharum admiscemus ; faciet enim ut moram in ventriculo aliquam trahat , & ita coquatur , deinde coctum a natura distribuatur . Et ut aliis locis observavimus ex Galeno , si aut mel , aut sal lacti admisceatur , fieri non potest ut lac in ventriculo concreseat . Immo dum serum praescribit iis quibus illa obmurmurant , & salern & mel remiscet . Ceterum visum est e re fore si loco lactis asinini , hieme praesertim , quo tempore butyrosus lac non suppetit ob herbarum penuriam , aut negligentiam eorum qui non ad auxilium , sed ad quaestum , asinas alunt , uteretur jusculo consumto fere pullo & carne vitulina , cum passulis , hordeo rite lauto , cichorio , lactuc. feride , acetosa , & pugillus hysoyi sub finem in eo jure madescat . Nil aliud in jentaculo dabitur . Quod si magno usu ejusmodi jusculorum fibrae alvi laxentur , aut albicans dejectio appareat , temperandum erit ; firmata deinde alvo redeundum erit . Quum catarrhus infestabit , bolus cassiae devorabitur : aut si alvus liquefcatur , ejusmodi tabellae concinnabuntur .

*3 de alienentis.*

*Com. in aph. 64. lib. 5.*

*℞ electuar. diaireos simplicis ℥ s. electuar. triasant. simplicis ℥ j. rasura ebior. cornu cervi , pulver. glycyrr. an. gr. vj. cinnamomi gr. 3. ambra grisea gr. ij. rhabarb. ℥ ij. s. cum saccharo in aqua rosar. soluto. Fiant tabellae ℥ ij. deaurata. Usatur sepe .*

Utetur pineis & amygdalis decorticatis cum saccharo . Vel pineae excipientur saccharo rosato . Saepe syrup. de bechio , conserva bechii , syrupo de sicis . Liberale prandium esto , parca coena : sero assa , elixa mane convenient . Caput vernice suffiendum . Thorax illinendus , & panno escharata contegendus . Hydromel hieme conveniet . In aqua mica panis albi macerabitur . Vitandus statim a cibo somnus . Coriandrum saepe mandet . Panis erit syncomistus : sin macrescere videbitur , utetur pane pisto & subacto in lacte . Vitanda ciborum varietas . Juppiter frigidus fugiendus . Hieme aere calido moderatoque continebitur .

#### A N N O T A T I O N E S .

- 1 Nam Aristoteles vult puellas ante statum menstruorum tempus nec varicosas , nec hamorrhagicas , nec menstruas esse debere .
- 2 Initio desillationum quidem corpus plenum est , sed post emaciatur ac extenuatur , ut ex lib. 1. de morbis apparet .

## CONSILIUM LXXXIX.

*In quo quaritur, Cur exigua puris excretionis animus facile deficit?*

QUUM Medici vulgo in missione sanguinis liberales esse soleant, mirum sit cur in educendo pure tam restringantur. Tamen quæ materies in pus abit, sanguis actu erat, siue is intra naturæ limites contineretur, siue ab iisdem recederet. At experientia probavit exiguo pure aut vi excreto, aut sua sponte mananti, maiorem virium iacturam contingere, quam si sanguis aut plenius detraheretur, aut sponte fundatur. Ideo vetabat Hippocrates ne purulentis conferta fiat evacuatio: & tamen luculentæ venæ sectiones ab eodem commendantur; immo procedit sæpe donec sectione animus linquat, deficiatque. Quæ duo inter se pugnant. Cur si dum tumor aliquis partem occupat cum tensione & rubore, sectione ad leipothymiam celebrata, tumorem prohibemus incremento, immo non modo materiam antecedentem avertimus, sed de conjuncta adimimus (quod livor sanguinis docet) quæ proxima puris materia est? immo fere pus est, cur quum sanguis jam actu & reapse pus erit, idem non factitabitur? Sed contraeductio paullatim fit metu exsolutionis virium & spirituum. Testamur nos dolorem lateris quatrjduanum & vehementem, quum frustra ternam sectionem celebravissimus, & sanguinem laudabilem detraxissemus, secta quarto vena radicitus sustulisse, quum tria insignia vascula sanguine purulento plena detracta essent. Itaque allevatio ægri tam subita, &eductæ materiæ qualitas, conjunctam ipsam materiam decisam detractamque confirmavit, & tamen conferta est evacuatio, cur non animus deficiebat? Cur itaque conferta sanguinis excretio non eque exsolvat ac puris ipsiuseductio? Nam in febribus putridis quum sanguis subviridis, aut purulentus adimitur, idque insigniter, minus id naturæ molestum est quam si in iisdem febribus laudabilis sanguis minore copia detraheretur. Declarat ægri alacritas quum saniosus sanguis eductus est: sed num iste saniosus sanguis puri analogos est? Ideo Princeps aliter quam quidam Medici, quorum opinionem explosit Galenus, qui post quartum diem nefas esse ducebant, ferire venam, in periodicis febribus tertium paroxysmum expectari voluit, ut non prius celebretur sectio quam a se mutatus sanguis fuerit: ac si putaret naturam alacriorem fore putri excreta materia, quam sanguine laudabili. Dysenterix & hæmorrhagiæ sæpe videntur *αυτοματοι*. In quibus *αδρσις* sanguis educitur: mulieres alias vomunt, alias insignes facis per uterum effluxiones patiuntur exiguo virium dispendio, & tantula puris excretio, tantæ virium exsolutionis causa existit? Galenus explicat quidem cur a rptione interni phymatis puris effusio leipothymiam accersat, dicitque id fieri ob spiritus vitalis dissipationem. An non etiam missio sanguinis spiritus effluunt? Cur spiritus sanguinis ac puris non æque sunt comites? Immo, pus contra naturam quid est, &

*Aph. 27.  
lib. 6.*

*Aph. 23.  
lib. 1. &  
4 sent.  
evend.*

*Com. in  
hifor. de  
Anaxio-  
ne.*

*Com. in  
aphor. 8.  
lib. 7.*



sin exclusionem indicat, ut sanguis sui conservationem. Quod si & purus & sanguine effluente spiritus vitales inaniuntur, in phlebotomia quum sanguinis largior sit excretio, major quoque spirituum erit evacuatio. At credo, arteriotomia sine manifesta ista exsolutione fit, & tamen confertim spiritus vitales effluunt ac exsiliunt.

Sunt qui ad dolorem qui in aperienda vomica infligitur, recurrunt, ut idem fiat quod in sectione venæ malleoli; quæ quoniam dolorifica est, ideo deliquium affert potius quam sectio in aliavis parte. Sic quia aperta vomica cauterio aut ferro dolor fit, pus membranas pungit dum effluit, spiritus evacuantur, nervuli necessario feriuntur, tumor aderat dolorificus (at nil æque vires dejicit ac dolor) eoque magis quò partibus nervosis est propinquior, aut emunctoriis partium: immo in minimis furunculis tantus sæpe dolor adest, quum exigua moles sit materiæ, ut animus sæpe linquat (nisi forte ad *τῶν κωνοειδῶν* id referatur) mirumne sit si ratione doloris qui ob tumorem & inflammationem præcedit, & ejus qui aut cauterio, aut ferro infligitur, & ratione cæssionis nervulorum arteriolarumque, & acrimoniæ rei effluentis, & vaporis qui a mota putri materia excitari solet, tantopere vires exsolvantur? Immo, quod mirum, si portunculula aliqua sanguinis cum pure effluat, ut pus cruentum sit, major est virium ruina. Unde hoc est si dolor hanc leipothymiam affert ob discissionem corpusculorum illorum, in sectione venæ secantur quoque vasæ & cutis: item diu sanguis effluit donec tria compleantur vasa, non tam diu pus fluit. Cur cursus sanguinis diuturnior non afferat eam leipothymiam quam brevissimo tempore puris effusio? Dum abscinditur sphacelatum crus, arteriæ magnæ & nervi scinduntur nulla fere animi defectione, in tormentis festuca contunduntur rumpunturque artus, & tamen nullus animo deficitur? Minima arteriolarum sectio tantæ exsolutionis auctor erit? Nisi forte dicas in cruris ablatione, & artuum contractione violentam esse spirituum agitationem, ut natura omnes tum vires & opes explicet majori vi non cessura. At quum pus educitur, languet natura, nec sese ita erigit.

Alii existimant ideo puris educationem majorem virium jacturam intendere, quod natura in partem abscessu occupatam multum sanguinis & spiritus miserit tamquam suppetias suas. Quorum omnium evacuatio contingit quum pus effluit; hinc animi defectio. Natura quidem opem subsidiariam latura in affectam partem ea relegavit. At non est probabile ob evacuationem sanguinis & spiritus in subsidium missorum tantam perturbationem & defectionem evenire. Multo enim major utriusque fit evacuatio in phlebotomia, quam in effusione puris: immo spiritus in parte ipsa contenti, & sanguis jam corrupti sunt, & a sua temperie desciverunt: dum per sectionem sanguis mittitur, spiritus limpidi & puri effluunt. At credibilius est naturam amantem esse rerum gratarum quam ingratarum, ut crises liberales testantur: quamquam concedimus in terro etiam pure spiritus laudabiles contineri; sed quæ abscessit & deposita est materia naturæ molesta est, quum in pus versa nonnisi sui exclusionem insinuat: secreta

creta jam est, & ideo exclusioni parata, particularem quamdam in membro affecto plethoram facit. Ideo exclusio videtur a natura fieri. At cedo, quanta solet esse naturæ alacritas quum id excluditur quo premebatur?

Galenus causam videtur aliqua ex parte explicasse, cur conferta aquæ aut puris exclusio non sit molienda; non quin tota excludi debeat, sed non ἀδρόως. Et quum illud ἀδρόως significet contrarium τῷ καὶ βραχὺ, & τῷ καὶ μικρόν, idest, & ad quantitatem, & ad tempus referatur: ita hoc loco sumitur, ut fiat exclusio totius puris, non in uno tempore, sed in pluribus, ut pluribus vicibus una conferta copiosaque exclusio compensetur. Quod autem nunc aperta vomica excernitur, confertim quodammodo fieri debet, ne si pauca puris excretio longo tempore fiat, ista diuturnitate debilitet: sed uno tempore omnis evacuatio non est molienda. Galen. verba sunt: *Quum quis tumor suppurat, & is magnus, aque est periculosa in aliis partibus confertim facta evacuatio, ac aqua in ventre, & in thorace puris, quum illico animus linquat, vires labascant, ut ei imbecillitati viriumque ruina remedium queratur. In iis itaque ob magnam corporum divisionem, dissidium ac distensionem oscilla corporum quorundam arteriosorum adaperiuntur, que prius tamquam ἐπίπωμα quoddam, idest, operculum pus ipsum continebant, quo confertim evacuato, multorum una spirituum effluxio contingit, & consecutio ( utitur enim verbis σωπίεσαι καὶ ἐκκρίνειν ) hincque laborantibus creatur periculum. Hic meminit tumoris magni, qui necessario diremptionem, dissidium, distensionemque magnam affert; unde dolores, ut & distentio, & tumoris magnitudo ad inducendam istam, de qua sermo est, imbecillitatem, videantur concurrere. Tamen si diligenter locus legatur, eam virium jacturam uni spirituum evacuationi attribuit: Evacuacionem ipsam infert arteriarum sectio, quæ pus ipsum continebant tamquam operculum quoddam. At jam docuimus non sufficere ad leipothymiam inducendam istam spirituum exclusionem, quum & in arteriotomia arteriarum corpus secetur ( dicitur enim ἀπὸ τῆς τῶν ἀρτηριῶν σάμα τέμνεται ) & in phlebotomia spirituum fiet evacuatio. Alio in loco autem puris exclusionem ἐκλυσιν induci ob exclusionem spiritus vitalis docet. Hic generalius τῶν πνεύματος exhaustum* *Comm. in aphor. 8. lib. 7.* *recenset, non addit τῆς ζωτικῆς πνεύματος: & hoc necit theoremata: Commune est omnibus rutionibus ut exsolutio virium defectioque animi consequatur, idque ob spiritus vitalis effluxum. At ante quæsitum est, cur eruptione puris sequatur potius vitalis spiritus inanitio, quam sanguinis detractio: Nam non inepte quidam interpretantur eam leipothymiam ad quam usque ducit aliquando Hippocrates in magnis doloribus & inflammationibus, de exclusionem spiritus animalis, eaque non inclusiva, sed exclusiva, ut designat fluere quum ea adventat, non quum actu jam est: quoniam vacuatio spiritus vitalis plus periculi intentet, quam spiritus animalis. Propterea τῆς συγκοπῆς nomen usurpant pro præcipiti omnium virium ruina, evacuato aut dissipato spiritu vitali, qui spirituum animalium est fons & scaturigo; Nomen autem Leipothymia & λεπτοθυμία ad defectionem animi referunt ob spiritus animales exhaustos; ut τῆς ἐκλύσεως nomen ad utrumque referatur. Quum tamen ait commune esse omnium rutionum ut animi defectio contingat,*

gat, non est usus verbo syncopes, sed leipothymia: vim autem ejus adanget nomine τῆς ἐκλύσεως, quam fere vocem ἀντὶ τῆς ἐκλύσεως, aut τῆς ἀδυναμίας usurpant. Et quum leipothymia ipsa potest virium ἀνταρτία esse, quum syncope non potest esse.

Nos autem quum parum probabiles tantæ exsolutionis causas ob paucitatem effluentis puris comperiamus, alias excogitare, & brevi exponere in animo est. Paulo ante cumulum rationum adduximus ob quas ea dissolutio eveniat: quoniam (pace Galeni dicam) non est satis dicere id fieri ob spirituum effluxum. Dolor qui a ferro aut cauterio infligitur, immo & doloris opinio qua inhorrescunt quum abscessus ruptionem subolfaciunt, punctio membranarum dum pus fluit, evacuatio spirituum, sectio nervulorum, arteriolarumque & cutis, dolor qui primus aderat ob puris ebullitionem & putredinem, necnon partium tum distentionem, tum diremtum, tetra anæthymiasis ab erumpente elata pure, denique hæ omnes causæ in unum coeunt hanc forte exsolutionem afferunt, non autem una atque altera causa, alioqui sanguinis detractio majorem virium prosterndarum occasionem afferret. At nos probabiles alias causas comminiscimur. Pus etsi exclusionem sui indicat, naturæ tamen opus est, immo quid elaboratus quam sanguis: & quum in causa antecedente sanguis sit laudabilis, ex eventu aliena sit natura, quoniam tamquam onus depositum est in partem, aut in ea ipsa parte ob imbecillitatem collectus, aut vi aliqua attractus, & quantum potest nititur natura cum partibus solidis assimilare. Porro natura est vis ipsa partium solidarum. Et si vis infertur partibus solidis, non sine querela id fit. Æqualitas, albor, lævitas declarat naturam eo processisse, ut si materies pateretur, id totum exactum excultumque tamquam cambium, ultima assimilatione in naturam partis converteret. 3 Sic & ratione qualitatis, quatenus refert ideam spermaticarum partium, & ratione spiritus tum in materia coerciti, tum ad eam perenniter affluentis, non potest artificio Medici erumpere, nisi natura reclamante: tum quia spiritus exsiliunt, tum quod pepasum receperat, ac idem ei pæne sit ac si propria foret πέψισ. Eodem enim in pepsi & pepasmo naturæ consilium dirigitur. Hippocrates scribit πῦρ φλεβῶν καὶ ἀρτηρίας προση. *Pus vena & arteria est alimentum*: vel arteria & vena proprie nutriuntur materia alba & sanguine dealbato, vel quum natura mora conficit sanguinem in pus tamquam in familiarem materiam agit ac si ea in alimentum esset cessura. Hinc videmus si parum sanguinis cum pure effluit, exsolutionem majorem sequi, quod ex eo sanguine tamquam ultimo alimento in sinu jam partis deposito natura carere nequeat, & non, nisi cum querela, effluere sinat. Quid si puri cum spermate tantam analogiam esse dicamus, ut quemadmodum tantula seminis excretio ob materiei ipsius naturam, quod jam fere pars solida sit, & res naturæ benigna, & spirituum copiam, corpus brevi prosternat, ita & puris eruptio? In utroque naturæ caractere elucet, ideo Hippocrates semen partem hominis potentissimam convincit, quod eo tanto excreto homo imbecillimus relinquatur. 3 Pus & semen partes potentes dici possant, quod in utrumque natura vires exereverit, tamquam in rem proxime in alimentum cessuram,

non

Lib. de  
genit.

non partium carnosarum, sed spermaticarum. At sanguis etsi naturæ gratus, non adeo tamen gratus ac id quod jam characterem, ideam & naturam partis solidæ ( in qua vis omnis hæret ) suscepit. Accedit quod multus adeo in corpore sanguis sit, ut detractio incommodum ( nisi quis adeo imbecillus sit ut minimum non ferat in corpore tumultum ) non facile sentiatur. Addam ad superiores rationes unam, in pure quid malignum continetur, ut eo agitato per sectionem facile per arteriolas ad cor vis deferatur. Hinc in malignis tumoribus, præsertim si nervis insignibus propinqui sint, vulgo eruptione pauci puris tanta exsolutio sequatur, ut in propinquo mors esse videatur. Et quod sanguis tumorem faciens extra vasa sit, minus molesta esse deberet detractio quam si in vasis contineretur, & a natura regeretur. At quia e vasis effluxit, facilius corrumpitur, tetrumque vaporem spirat, unde nisi tempore excludatur, quum confectum pus est, brevi livescit & graveolet, & inficit partem. Quod ab Hippocrate dictum, *Si sanguis in ventrem effunditur, suppurat*. Galenus ait melius esse si dicamus corrumpi. Hinc patet egressum sanguinis e conceptaculis corruptionis causam esse. Quæ corruptio inficiens spiritus dum movetur ( quia omnis materia putris quiescens minus mala esse solet quam si moveatur ) & excluditur, mirum-ne sit  $\kappa$   $\lambda$   $\rho$   $\theta$   $\delta$   $\nu$   $\mu$   $\iota$   $\alpha$ , aut  $\epsilon$   $\lambda$   $\lambda$   $\nu$   $\sigma$   $\iota$   $\varsigma$  consequatur.

Apho. 20  
lib. 6.

### A N N O T A T I O N E S.

1. Immo in praxi observamus quum sanguis impurus educitur luculente, id fieri & exiguo virium dispendio, dummodo corpus sit repurgatum; quum sanguis purus educitur, statim exsolutio sequitur: at impuro sanguini cum pure analogia est.

2. Et sudor, & seminis excretio licet exigua, & puris, vires convellit.

3. Videmus chylosam evacuationem per alvum plus afferre exsolutionis virium, quam multam aliam evacuationem.

4. Qui sit ut copiosa hemorrhagia, aut per alvum exclusio non tam dejiciat vires quam sudor? Quoniam cum sudore spiritus evacuantur multi, & rori ipsi, idest, ultimo partium alimento vis infertur. Quomodo & quum pus tamquam partis ultimum alimentum, demitur, vis quoque parti inferri videtur.

5. Tamen aliquis objiciat de lacte, quod quum sit ultimum alimentum, & album, tamen magna satis copia detrahatur innocue. Alii recurrunt ad opinionem Aristotelis, qui putat mutationem tam subitam incidere quum pus, aut simile quid effluit, quod in locum evacuati puris calidi succedat aer frigidus, minime mutatus, qui ferit membranas.

CON-

## CONSILIUM XC.

## De Parotidibus.

**J**ANO Memmio dolores aurium tertio die excitantur. Queritur an isti dolores & hæmorrhagiæ in tertium & quintum diem incidentes criticæ? Cur non criticæ essent? & tamen utrumque tertio & quinto die Medicis suspectum fuit. Si sudores tertio & quinto incipientes boni, cur non & parotides, & alia id genus? Galenus in commentar. ait non sudores tantum in eos dies incidentes, bonos, sed & dejectiones, & abscessus, si modo effatu digni. Scio quidem Hippocratem nolle eos dies esse decretorios; tamen *τὰ κρισίμια* in eos dies possunt incidere: Ac si dicat, Judicatoria quæ non judicant suspecta sunt, sed hoc bonum si saltem judicatoria in dies indices & intercalares. Itaque eo modo tertius & quintus judicantes erunt, quatenus signa, & casus qui diebus illis apparent non sunt mala, si dies illi cum aliis malis diebus comparentur. Nec abs re ait, si sudores tertio incipiant, ut per verbum, *incipere*, significetur aggressio naturæ quæ ob tarditatem non potest adhuc indicare: cur non etiam quartus dies judicatoria tantum signa habere dicatur, quum nebula quarto apparens sit indicatoria, non judicans? Sed alia est ratio, nam index dicitur, & nebula indicium dat futuræ criseos. Sed quum tertio aut quarto die sudores incipiunt, ut concedam eos non judicare, quia tamen jam potentis naturæ aggressionem significant, ideo in bonis sunt. Et oportet illud quod sit naturam validam ostendere, ut si rivulose iis diebus fluat sanguis, licet non indicet, tamen bonum est id fieri facta collatione cum alio naturæ conatu languidiusculo. Nec abs re addit Galenus, *dejectiones* (quod idem de ceteris excretionibus debet intelligi) *tertio & quarto die apparentes, & incipientes* (quod posterius verbum debet notari) *bono esse si modo sint αἰτιόλογοι*. Sed omnino parotides non videntur criticæ, sed potius judicatoriæ, quocumque modo & die apparuerint, quoniam sunt abscessus morbo impares, nec febrem solvunt; & quia dolorificæ sunt, & propter vicinitatem cerebri: tum maxime quia omnis translatio a partibus inferis ad superas suspecta esse debet. Quæ omnia plenius Galenus comm. in Prorrhæ.

Comm. in  
part. 67.  
sect. 3. lib.  
Prorrhæ.

## CONSILIUM XCI.

## Ad Quartanam leipothymie implexam.

**S**UPERIORIBUS paginis duarum mulierum quartana laborantium historia commemorata est, ac præsertim ejus quæ Dorsæi Præsidis uxorem occupabat. Nunc vero æquum est adjicere ea quæ evenerint, & de quibus coacti Medici deliberarint. Quum difficultas esset summa in investiganda causa cujusdam leipothymie quæ illam terrefaciebat, consilium ininitum est ea de re satis celebre. Tum demum ea deliquia quæ comites ha-

habent sudores frigidos, & partium extimarum, sed præsertim crurum & tibiæ rigores, quum accessiones febris quartanæ desinere visæ sunt, aut quum parum commemorabiles forent, complicatas diebus intercalaribus alias accessiones, ordinatis deteriores haberent: ut aut semitertianæ febris suspicio esset, aut lentæ, aut complicatarum accessio, aut novæ materiæ in novo foco excitatæ. Et quod mirum est, tum demum semen morbi quod sepultum visum est, excitatur ac reviviscit quum menses erumpunt: immo observavit omnia in pejus ruere, tum quum fluxerunt menses, etsi copiosè satis profluxerint. Nos hujus rei duas tresve causas affingere volumus: nam incertarum rerum non ita firma certa que ratio reddi potest. Prima est illa perturbatio quæ evenit erumpentibus mensibus, ut quemadmodum alias menstruas mulieres ante effluxum sanguinis varia attingunt symptomata (unde malæ septimanæ vulgo dicuntur) si hanc illa symptomata sequantur. 1. Ante eruptionem enim nihil pæne affligitur. Secunda est, quia quum ipsa satis superque ex observatione suæ peculiaris naturæ phlebotomiam non ferat quantulumcumque sit, mirum non sit si per uterum excretionem floriduli sanguinis non ferat, tamen excretio illa sola sit naturalis, & mirifice alias mulieres juvet; 2. quia pauco abundat sanguine, siccum habet aridumque & calens impense hepar, ut ejus minimam jacturam non patiatur. Tertia est *πᾶς γυναικῶν*, quo maxime tenetur post eruptionem mensium; quasi vasa uteri ita conniveant & concidant, ut illa fœda excretio non fiat nisi vi naturæ vasa ad fluxum mensium referantur: ut materia fluxus illius fœdi quæ veluti prostat & proforibus est, qua data porta larga copia excernatur. Ac revera multo cumulatius & magis affatim excernitur fluxus menstruus, quam antequam fluxerint. Accedit quod omnis commotio materiei fœdæ & lutosæ inquiet & inficiat pravis halitibus spiracula corporis & partes maxime momentaneas afficiat, quasi commota camarina, ut ajunt. Sic quia omnes quasi partes commoventur, colluvies restagnans resesque excitatur, quæ in corpore præsertim languidiusculo magnos excitat tumultus. Si mineræ virtutum starent, non ita percelleretur. At minimis momentis corpora natura imbecilla, & infirmis partibus prædita, & maxime morbis afflictiora debiliora reddita, valde turbantur ac eliduntur. Nos autem satis observavimus partes internas imbecillas esse: siquando autem mutatio commotioque accidat, id fit maxime quum uteri vasa referantur, aut uterus ipse movetur. Nam si qua pars alia toti corpori consentit, & ex Hippocrate *συνκίνηται*, commovetur, ut unius motum altera pars facile excipiat; deliquia ista non ita nos terrebant quod syncoptica non viderentur; nam nec magna, nec frequentia, nec sine causa erant manifesta: quamquam successu temporis evenire posset ut ad eam naturam accederent. Mulier ista fere hypochondriaca est, obstructionibus mirum in modum patet; quod declaraverunt fœdi colores quibus illa per annos duodecim laboravit. Si aut exquisitus sensus ventriculi, aut nativa infirmitas deliqui causa foret, cur non aliis temporibus æque deficeret anima? Narravit quidem percepisse se a sinistro hypochondrio surgentem anathy-

*Ballonii Oper. Tom. II.*

Y

miasin

*Lib. de  
locis in  
hom.*

miasin quæ cor petivisset. Duo erant valde notanda, quid causæ esset cur in accessionibus ordinatis non deficeret animus, sed in extraordinariis? ut ita dicam. Posterius, si ita obstructas habet mesenterii venas (quod solemnia alvi profluvia declarant) quid causæ sit ut tantum mejat, & crasfas admodum urinas habeat? Nam & exiguus mictus esse deberet, & urinæ tenues ac veluti percolatæ esse deberent. De urinis ita dicendum. Multæ urinæ fiunt aut copia potus, aut de fluxu catarrhoso, aut per expressionem aliquam, aut per attractionem, ut in diabete fit. In hac perennis est defluxio a capite, nitroii sunt humores, hepar squalens & calens, ut idem hepatis contingat, quod renibus in diabete: immo perpetuo sentit quoddam incendium in regione hepatis. Et nisi aut defluxio perennis esset, aut metu hydropis ipsa sibi a potu temperaret, sitim haberet in extinguibilem; immo non potest fallere sitim, nec aliorum more qui pitissatione contenti sunt, eam explet nisi plenissimo haustu. Probabilem

*Lib. de natura muliebri.*

est istius muliebris causam afferebamus ex Hippocrate, quod ex cerebro esset. *Si mordet, a ventre est*, ait Hippocrates; *si non mordet, a capite*. Quamquam lib. de locis in homine, id quod ab interno capite manat, mordere asseverat. Summa est inappetentia, quia cum summa cura excogitare cibum, & quum offertur statim abominabilis est, summa inappetentiæ est argumentum, ait Galenus in historia de Euryanactidis filia.

*Hist. 6. part. scilicet. 2. lib. 6. Epidem.*

Maxime vero omnium tantæ mutationis causam ad solstitium hibernum reduximus. Nam quemadmodum circa æquinoctium autumnale ea gravissime habuit, ita instante hiberno solstitio non mirum sit si tanta mutatio eveniat.

Verum quod maxime in ea mirandum fuit, est *ἐκλυσις* illa in qua omnium quidem meminit, ratiocinatur probe, cibum capit, nec est *ἀπόσιτος*, & tamen ne minimum fere corpus movere potest, immo ne manum quidem ad os adducere, adeo impotens fit. Et id maxime evenit quum febris suscitatur: nam eodem pene momento facies tota erubescit, calor in suris tibiærum acerrimus percipitur, & manet tamquam *ἐκλελυμένην*. Credibile est per cæcos meatus tetrum vaporem sese insinuare, qui si aut recta in cor ferretur, aut in principium nervorum, terrificam magis symptomata excitaret. Vix autem talis morbus, & quod id ingenium habeat, umquam a Medicis est observatum. Nescitur quo id referendum sit. Et, quod mirandum magis, nulla fere in pulsu mutatio percipitur etiam manentibus istis deliquiis. Ad ea symptomata corrigenda hæc sunt ordinata.

Frictiones crurum & tibiærum: Applicatio cucurbitularum internis femoribus: Item majora frustula panis tosti iisdem femoribus applicata. Noduli ex rosis & caryophyllis qui macerantur in aceto ut naribus admoveantur. Item frustula panis tosti in aceto macerata, & quæ admoveantur naribus. Grana granatorum destillata frequentia. Et hæc tabellæ:

*℞ pulveris electuar. diamb. & latit. Gal. an. ℥ j. diarrhodon abb. ℥ s. rasura ebo. cornu cervi, margar. elect. an. ℥ j. rasura unicolor. gr. x. cum sacch. soluto in aq. ros. fiant tabellæ.*

Item *℞ confect. Alkermes ℥ j. theriac. & mithridat. an. ℥ ij. confer. bu-*

*glos.*

glos. & meliss. an. ℥ j. pulv. diamarg. frig. ℥ ij. Fiat pulvis admovenda cordi super membranulam.

℥ ambra gris. gr. ij. rasura unicorn. gr. vj. rhabarb. gr. x. Fiant pilule cum vino albo.

℥ aquar. meliss. card buglos. & morsus an. ℥ ij. coentur per manicam hippocr. cum elect. diatrag. frig. sant. ros. & pauco cinnam. Capiat cum parte destill. restaurativi sequentis.

℥ confer. buglos. nenuphar. viol. melis. flor. cichorii & unguil. an. ℥. iij. jujub. sebest. an. xx. num. pinearum pistaciarum an. ℥ ij. passul. mundat. quar. j. glycyr. contusa ℥ ij. carnem caudarum cancrorum fluviatil. parat. & macerat. in lacte lib. s. carnem duorum aut trium turturum, carnem unius capi juvenis & duarum perdicum, sem. bombacis, citrii, melonum, an. ℥ s. decoct. duorum pullorum cum hordeo, scariol. aceros. buglos. & borag. alteratorum, lib. vj. Misceantur omnia diligenter secundum artem, Distillentur per cineres in alambico vitreo.

℥ prad. destillati lib. s. passetur per manicam hippocratis cum sacch. cand. capiat tempore deliquii cum tertia parte aquarum stillatitiarum.

ANNOTATIONES.

1. Nam Hippocrates lib. 1. de morbis mulier. annotat: biliosis mulieribus ob menstruam purgationem, pusillanimitatem, & multa alia incommoda sequi.

2. Si Galenus cap. 13. lib. de missione sanguinis, dum loquitur de viris, ait sum liberalius vacuandum quam homines sunt mediocriter graciles, & amplas venas habent, & minime candidi sunt, nec tenera carne praditi. At hac mulier tenera carne pradita est, gracilis, venas angustas habet, &c.

3. Illam valde exercuit immodicus sanguinis fluor. Mirum non fuit si pro assumti cibi ratione non roboretur, ac praesertim pedes exsanguis pane sint. Hippocrates lib. 2. de morbis mulier. scribit unum valde notandum: Sanguis rubicundus multus fluit ex febris, & torpor corporis, & erurum perfrigeratio advenit, dolor clavicularum. Non abs re dixit ex febris; & hoc commentario dignum est. Nam contra, aliis mulieribus affectis febre in totum menses desinunt: cur ergo aliis febres excitant?

4. Et ei quum immoderatus fluere menses, visum est optimum ut pararetur syrupus adstringens quo medio mensium cursu uteretur ad reprimentum illum, & ad succum & vim recuperandam in tibiis litus ex oleo violato comparatus est prius lauto decocto ebamem. & rosar. Fetus ex decocto omazorum addito vino albo.

CONSILIUM XCII.

De hepatis phlogosi.

**D**O. Lyssæi servus febre acuta corripitur. Dolor ad hypochondrium dextrum. Satis colligebamus non esse pleuritim. Tamen summa erat difficultas



Aph. 40.  
lib. 6.

ficultas ducendæ animæ , & quæ in horas increfceret . Spes erat eam fedatum iri uno medicamento . Contra aucta est . Metus suffocationis . Re- vera phlogosis erat pituitosa circum eas partes , & nisi terna fectione venæ provifum fuiffet , metus erat abfcessus . Hippocrates fcripfit : *Quibus dolor ad hypochondrium fine inflammatione , his febris superveniens , folutio .* Si morfus eft , & dolor , hoc inflammationem , aut quid fimile fignificat . Si talis difpofitio non adfuerit , & morfus abfuerit , dolor tum fit aut propter obftructionem , aut flatum , aut inæqualem aliquam intemperiem : quæ omnia calor febrilis tollit . Quamquam de obftructione dubitari poteft . 2 Nam fi magna februm putridarum pars ab obftructione eft , obftructio ifta febrem afferret , nedum febris eam tolleret . Sed quum febris in ifto ægro faviret magis , nec de flatu , nec de fola obftructione verebatur , fed de inflammatione potius , aut fimili aliqua affectione . Et vero ex Galeno ita ratiocinabatur : Carnofa parte hepatis inflammata gravis fit dolor : tunica circumducta , vel vafis inflammatis , acutus . Sed biliofus humor & acutus dolorem auget : item fpiritus flatuofus exitum non habens : remittit autem pituitofus . Si medioeris dolor eft , & non pungit , ut qui in membrana fuccingente eft , nec ad claviculam aut ilia per- tingit : contingit ipfum dolorem fieri ; carnofis costarum partibus affectis : ideo non eft periculofum , nec magno eget auxilio . Ceterum quum hepate inflammato dolor ad jugulum pervenit , potius fequitur venæ cavæ aut arteriæ diftentionem quam membranæ . Nam proprius dolor venæ & arteriæ eft tamquam extenfæ in longum chordæ . Nil prius fuit quam & ad antevertendam iftam inflammationem quam futuram fufpicabatur , & ad febrim jugulandam qua forte confumtus efferet , ter venam ferire , & largiter fanguinem detrahere .

Com. in  
aphor. 5.  
lib. 6.

## A N N O T A T I O N E S .

1. In plerisque mulieribus , prefertim quibus hepar precalidum , & que in ufu vini effent liberaliores , talem affectum animadvertimus , ut in ea qua ad rofam rubram habitat . Quum causa qua affectum parit , prefertim calidum , extra diaphragma eft , adelt quidem fpirandi difficultas , fed infus non adelt : nifi proxime attingat diaphragma , ut in inflammatione gibbarum hepatis contingit ; in qua inanis eft tuffis , non proprie dicta tuffis , quod id contingat ob transfudationem quamdam .

2. In febris circa vifcera dolores mali , aphor. 66. lib. 4. Galenus , iftos dolores non vult effe a forti obftructione , ab inflammatione , ab eryfipelate , aut abfcessu , alioqui qua adelfet febris ea tantum fymptomatica foret . Comment. in aphor. illum , & in aphor. 73. lib. 4.

CON-

## CONSILIUM XCIII.

De precauzione febris lentæ & destillationis in pulmones.

**H**UGONI scribæ in metu febris lentæ & destillationis in pulmones, quum hepar in vitio videretur, majoraque postea minarentur, hæc instituuntur.

℞ radicum cichor. acetos. gram. polyp. glyc. asparagi an. ℥ j. endivia, buglos. borag. fumar. agrimon. scariole, scolopend. ceterach, cortic. interioris ramorum viridium tamaricis an. m. j. sem. melon. citrii. cardui benedicti & carth. an. ℥ iij. sem. anisi, papaver. alb. an. ℥ j. passul. integr. prunorum dulc. an. p. 4. corticum pomor. redolentium ℥ ij. Fiat decoct. ad lib. ij. ad consumptionem medietatis.

℞ præd. decoctionis lib. s. succi pomor. dulc. fragran. quart. j. sacch. & syrup. viol. an. ℥ j. s. fiat julep. clarum aromatiz. santal. citrino, & cortice citrii sicco. Capiat alternis matutinis tribus horis ante cibum.

℞ ejusdem decoct. lib. s. succi pomorum dulc. ℥ iij. vini albi debilis ℥ ij. folior. sena ℥. s. agarici trochis. ℥ ij. rhabarb. ℥ iij. cinnam. santal. citrini & ligni aloes veri an. ℥ j. Infunde per noctem. fiat express. dissol. sacch. ℥ ij. syrup. viol. & de cichor. simpl. an. ℥ j. Fiat apozema, clarific. & aromatiz. utatur sigillatim post singulas apozematis doses.

℞ pulv. electuarii diatrag. frig. diatrium santal. diamarg. frig. an. ℥ s. diarrhod. abb. ℥ j. arom. ros. Gabr. ℥ s. Fiat electuar. per tabell. pond. ℥ ij. cum sacchar. soluto in aqu. ros. endivia, in quibus prius ℥ iij. glycyr. rad. infusa fuerint. Sumat unam mane ante suum jusculum.

Bis in mense supradicto syrupo purgetur, vel syrupo de cichor. compos. cum rhabarb.

Alius pulvis.

℞ pulv. elect. diatrag. frig. & diaireos an. ℥ j. lignal. ℥ s. boli arm. ℥ s. rhabarb. gr. xij. sacchari penid. ℥ s. margar. elect. gr. vj. unicorn. gr. iij. cum sacch. soluto aqu. buglos. macerat. ros. siccar. & infusion. gr. vj. cinnam. fiant tabella.

Juvabit aliquando tempore pluvioso aloë ad ℥ ij. cum pane sacerdotali, ita ut toto die utatur jusculo refrigerante, & elixis, & capiat ℥ vj. aqua saccharata, & fiet in ingressu lecti post cœnam sobriam.

Capiat lac asininum ex saccharo prius soluto in aqua ex cochleari ut minus hereat.

Utatur vino diluto. Vinum autem diluetur aqua in qua pomi a curtipendulo frusta aliquot maduerint.

℞ polypod. ℥ ij. rad. cichor. glycyr. an. ℥ j. buglos. m. j. meliss. scariol. an. m. j. ceterach. m. ij. sem. citon. melon. concisor. an. ℥ iij. flor. violar. tapsi barb. an. p. ij. Coqu. in lib. j. s. succi pomorum dissol. sacchar. lib. j. utatur quotidie mane & sero, si volet.

## CONSILIUM XCIV.

## De Arthritide.

**M**ORBORUM quidam cogniti sunt, incogniti alii. Ad incognitos multa remedia adhibentur analogismo quodam & epilogismo quaesita, periculi faciendi causa: & ita infra modum confidetur, ut si non aliquod commemorabile auxilium afferimus, saltem non obsumus. Et interea si secundum rationem omnia fiant, nec tamen pro agentium voto res procedant, perseverandum in remediis quoad aut certum magis sit de morbo ac constituatur, aut nova occasio, nonnumquam consilium quaeratur. Cognitio morbi plurimum ad remedii inventionem valet, immo & cognitio morbi & curatio retro meant ac reciprocantur, ut quodam in loco asseverat Hippocrates. Non tamen si morbus cognitus, omnino curationem admittit. In eo genere sunt epilepsia, febris quartana, apoplexia, cephalalgia, calculus, quorum saepe causa & idea sunt in propatulo, & tamen pro derelictis habentur. In horum censu habenda arthritidis (quae tum dicitur quum aut omnes partes occupantur, quumque erratico modo pars una, modo altera obsidetur) Ita enim docte admodum Galenus distinguit arthritin ab articulorum dolore generaliter dicto. Nam illo in aphorismo Hippocrates ait arthritides in squaloribus oriri; Galenus functus legitimo interpretis officio negat arthritin vere dictam in siccis temporibus oriri posse: Ac si dicat necessario humorem adesse debere: at qui adesse potest in siccitatibus (quas *αὐχμοί* vocat;) Itaque dolores quidem articulorum excitari possunt tali in tempore, at non arthritidis. Et citat Hippocratem in Epidem. *In Aeno legumina comedentibus infirmitas crurum, & qui orobis vescerantur genuum dolores habebant*: non arthriticos vocat, sed genua dolentes. Sic aliud est arthritidis, aliud articulorum dolor: & tandem concludit arthritin vocari non quum unius articuli dolor est, sed quum multorum. Quamquam mancus etiam est eo loco Galenus. Et quum pars una sive articulus laborat, tum a parte nomen sortitur morbus, diciturque aut chiragra, si manus, aut podagra, si pedes occupentur. Ac de arthritidis causa, periodis, materia, scaturigine, morbi essentia, hyperaxi, motu, cur si sequantur inflammationes convulsiones non orientur, an unus sit humor, an multiplex, immo & de remediis ita inter Medicos pugnatur, ut nil dum haecenus statutum sit. Unde Paullus: *Huius affectus varia causa a me explicantur, interdum vero caca ipsius origo est*. Et mirum esse possit cur qui ischiade laborant fere de aliis articulis non conquerantur, quum tamen morbus coxarius ad arthritin pertineat: at si vel gonagra vel podagra quempiam molestat, non prius hunc dolorem ad arthritin referimus, quam viderimus aliam partem occupari ac dolere; immo, ut ante exposuimus, arthritidis essentia in hoc consistit, ut vagus, incertus, & periodicus dolor sit articulorum cum tensione & magna acerbitate. Si in aliis speciebus arthritidis non una pars laborat, cur non & materia quae ischiadicum morbum facit alio transfertur, & in aliis articulis dolorem excitat? Nam Paullus scribit coxendicem

Com. in  
aphor. 16.  
lib. 3.

Lib. 2.  
Epid. 6.  
part. 13.  
sect. 4. l.  
6. Epid.

Cap. 78.  
lib. 3.

xendicem ( idest coxendicis morbum ) ab articulari morbo nihil differre , *Cap. 77. lib. 3.*  
nisi quod ipsius causa in sola coxarum compage articuloque concretus in-  
sudet : & tacite diluit quaestionem istam ; ac si dicat , in coxario morbo  
materiam contumacem esse magis & crassam , in aliis speciebus articularis  
morbi magis mobilem ; ut mirum non sit si alia atque alia partes obsi-  
deantur . Quamquam & vidimus in quibusdam ischiadicis erraticam esse  
affectionem , & occupata summa natium parte articulos quoque pedum in-  
fluxu ejusdem materiei consuetari . Sed rarius . Gorræus arthritin definit  
articuli tumorem dolorificum , quem fluxio in eum decumbens excitavit .  
Quidam inflammationem definiunt , sed male , quod plus aliquando fit œ-  
dematis , quam inflammationis . Marcellus , ut diligenter annotat Manar- *Lib. 8.*  
dus , definiēbat inflammationem esse permanentem , male affectis nervis do-  
lores gravissimos excitantem . At fit sæpe sine inflammatione , nec permanens  
est dolor iste semper , nec in nervis fit semper , nec semper validissimos  
afferit dolores . Ceterum ossa connectuntur tribus modis : vel enim  
invicem coalescunt , modo sine materiei alicujus interventu , ut in mollioribus  
& fungosis , modo intercedente aliqua materia , ut in duris & siccis  
per symphysin . Vel ita committuntur inter se , ut obscurum & difficilem  
motum habeant per synarthrosin ; vel manifestum & evidentem per diarthrosin .  
In prima articularum connexione dolores non fiunt articularum ,  
in secunda raro , nisi quod topi & œdematosi tumores fiunt , ut in articulationibus  
carpi & metacarpi . Tertia vero arthritidis sedes est inter membranas ,  
tendines , & ligamenta quæ a perioestio oriuntur , & proinde sensum  
habent , ex quibus omnibus firmatur articulus : hinc dolor vehementissimus  
excitatur , si qua illic materia intercipiatur : sive acrimonia humor agat ,  
ut bilis ; sive frigiditate , ut pituita ; sive asperitate , ut gypsea ;  
sive distensione membranarum & ligamentorum , aut inflammatione ,  
quod ab omnibus humoribus fieri potest cum symptomatis tamen cujus-  
que humoris propriis . Ac de arthritide dicam , ut quæ causa , quæ materiei  
scaturigo , an sanguis eam possit committere , an a venis & arteriis ,  
an a capite solo , an sit inflammatio , an in acetabulo materia contineatur ,  
an ligamenta humore imbuantur , & quæ multi varia disputant , ac inter  
ceteros Fernelius hac in parte *παράδοξοις* . Quamquam tanto viro suppeditant  
sua rationes : nos quidem solvere , plenisque velis navigare deliberaveramus ,  
sed quum ex recentioribus plerique multa de ea re scriptitarint , & contra  
Fernelium edisseruerint , contractis orationis velis pauca afferre cogitamus ;  
re idem quod illi cum fastidio legentium scribamus , & ne si nudati fuerimus  
aliorum coloribus , ut Horatiana Cornicula implumes ridiculique maneamus .  
Ac primum , an sanguis sit materia ? Quidam asserunt sanguinem arthritin  
non posse committere , quod necessum esset suppurari si in articulum  
incideret . At non est necesse omnem sanguinis affluxum affusionemque phleg-  
monem concitare , nisi in musculum , aut in carnem fiat , nec in pus abit  
nisi calore loci suppuratio adjuvetur . Id quod in articulo exsanguis , mem-  
branoso , frigidoque contingere non potest . Sic arthritidis phlegmone proprie  
non dicitur , sed tumor phlegmonodes dici potest .

Dubitant an in pyxide influant humor, an non? Fernelius negat in cavum articuli humorem descendere, aut in spatium quod inter ossium extrema interest, sed in vincula dumtaxat, atque eas membranas quæ extrinsecus ossium extrema nectunt atque ambiunt, ac etiam in tendines eos directos. At duo argumenta affert: prius quod in chiragra tophacea humor in calculum concretus aperta cute ex articulis digitorum eruatur vinculo quod situm in pyxide utrumque os colligat, intacto, ac illaeso. Posterius, si in ischiade humor noxius in coxendicis pyxidem conderetur, non tam vehementem dolorem inferret, quod vinculum expers sensus sit, nec tam late diffusum. Et Galenus explicans quomodo abscessus fiant in febribus laboriosis in articulos, aut subjectam materiam laborum & sponte natorum & non sponte natorum esse totum genus musculosum: & caliditatem maxime efficere quid in laboribus ex motu; ut mirum non sit si una cum musculis articuli laborent, & ad hos articulos abscessus fiat, quod utrique & musculi & articuli concaluerint: unde tamen non patet an velit in ipsos articulos fluxionem fieri. Nec valet argumentum Fernelii de illaeso vinculo interno (nam de externo nil dicimus;) nam si fateatur in acetabulo ipso lapidem aut tophum concrefcere, fateaturque quoque necesse est materiam in illud inane spatium irrupere. Et quoniam illud vinculum forte est & validum & insensibile, non ita ab humore afficitur. Et tamen si expers ipse per se sit sensus, non sequitur tamen dolorem in ea parte non excitari per distensionem, & quia res aliena in loco ubi non debet, includatur. Melius Gorraus quum explicat quid sit articulum occupare, articuli nomine non modo ossis, quod inferitur caput, nec alterius ossis cotylen intelligo, sed & ligamenta, & membranas, & tendines, & quicquid ad articuli structuram firmitatemque natam comparavit. Nam per arthridites non modo ex partes a morbo sunt immunes, quum etiam in longius distitas partes affectionis labes perveniat. Sed non explicat in cavitatemne ipsam humor illabatur. Porro quum duplicia sint ligamenta, alia sensu sunt prædita, alia non. Quæ a media ossis parte oriuntur, ut quæ tibiam cum coxa jungunt, ea sensu vacant. Quæ a periostio sunt, ea sensum habent exquisitum. Atque hæc sicut & tendines in arthritide maxime laborant, doloremque inferunt. Nam inter tendinem & ligamentum quod tendinem integit, colligitur materia; hinc dolores.

Major difficultas de materia, & de parte a qua illa defluat materia. Inter ceteros mordicus pertinaciterque, non sine probabilitate tamen, defendit Fernelius, & a capite solo esse, & humorem pituitosum serosumque, non sanguinem, non bilem, aut succum melancholicum. Ac rationes quidem ejus in turba valent, sed singulas facile est discutere ac dissolvere.

Ac primum, si humor frigidus est uti vult, cur non potius stuporem affert? Nam ait Galenus: *Pituita & sero ejus inest ut torporem efficiat, non mordacitatem, nisi forte ita sit alienum a natura, ut aut salsum, aut acidum fiat.* Et quum, auctore Fernelio, pituitosus & frigidus humor auctor sit arthritidos, unde tanta doloris acerbitas surget? Et in Aphorismis dum reddit rationem cur hieme & autumno dolores podagrici excitentur, ait hieme

Com. in  
aphor. 81.  
lib. 4.

Com. in  
part. 38.  
sect. 2. lib.  
6. Epid.

Com. in  
aphor. 55.  
lib. 6.

me quidem id fieri, quod quantitate & qualitate humores infestent, ac peccent. 4. Autumno autem solum secundum qualitatem. Hinc patet qualitatem humoris solam ad podagram sufficere, ut ea copia non requiratur pituita, quam vult Fernelius.

Rondeletius dum agitare vult Fernelium, male illius verba citat. Nam non placet Fernelio per venas, & per spinalem medullam, & per nervos fluxionem fieri: sed per inanes mæandros & aquæ ductus sub cute. Item non vult illum mucum qui per palatum deerrat arthritin committere: sed per partes capitis externas extra calvam positas vult sensim decurrere humorem.

Revera pro Fernelio facit locus præclarus quo Hippocrates explicat septem fluxiones e capite: & loquens de fluxione quæ retro fit, ait: *Fiunt articulo-  
rum ac coxendicum dolores a talibus morbis (idest hydrope & suffu-  
sionibus aquæ) sanatis, quum id quod morbum efficit sanatur, & quod in car-  
ne relictum fuerit, cui non sit exitus, nec intro, nec foras egressum fuerit,  
sed tuberculum efficiens, fugit in id quod cedit, ac tum dolores articulo-  
rum efficit.*

Lib. 1. de  
loc. aff.

Sed contra Fernelium facit id quod ab eodem Hippocrate scribitur; nam loquens de ophthalmia, duplicem mucum statuit, unum ab interno capite, & hic falsus est, doloremque excitat, alium de foris per extremam cutim capitis, eumque compressum; & hic falsus quum non sit, dolorem non movet in oculis: ergo pari ratione dolorem non excitabit si in articulos incidit: credibiliusque eum humorem qui in articulis dolorem excitat, ab interno capite emanare.

At a pericranio, ait, humor descendit. Si a solo pericranio, cur non aliæ partes debiles humorem depositum a partibus robustis excipient? Quasi vero articuli nequeant tamquam imbecilli ab aliis partibus validis humorem supervacuum recipere. Et sit ita, magna fluxionum pars a capite fit, quod attinet novos hos sub cute aquæ ductus comminisci, & non potius apertos ductus & canales consignare? Et quum auctore Hippocrate abscessus fiant per nervos, arterias, venas, membranas, ossaque ipsa, credibilius est humorem per eas partes fluere ac reflueri, per quas alimentum decurrit & defluit ad partes alendas. At coactus est ad caput confugere, quod credibile non existimet tam sincerum humorem e venis complectentibus reliquos humores secerni qui articulem dolorem sit generaturus. At facile sincerus humor fit, si vel in parte fiat congestio, vel si a cerebro humor descendat. Non quod ea sit pituita quæ per infundibulum in ventriculum, aut pulmones deerrat, quia oporteret eam in venas resumere, quod est absurdum. Sed quæ sub cute per inania quadam laxaque musculorum spatia (unde doloris in transitu vacuitas est) fluxionis hunc modum tenet, ut quasi inundatio alvei & eluvies quædam in cavitatem articulorum & partes vicinas incurrat ac illabatur. At si Fernelius negat ideo ab interno corpore in articulos humorem rapi posse, quod & via non sit facilis, & secretionem oporteat fieri humoris a massa sanguinis: Quid primum respondebit de abscessibus qui fiunt in cruribus in articulos materia

teria motifica & secreta a massa sanguinis, aut saltem in ventre contenta? Liber quartus Aphorismorum testatur abunde & resurgentibus a morbo, & laboriosis febribus detentis, & aliis similiter affectis in maxillas & alios articulos humorem rapi, quum absurdum sit a capitis partibus extremis eum descendere. Quum copiosa urina profluens Archigenis serum ab abscessu in articulos liberavit, an non materia illa in venis contenta erat? Alba, levis, & æqualis materies copiosa, & quæ per urinas fluere debet dum abscessum in articulum facit, an non a capite emanat? Hoc asserere puerile foret. Præterea dum fiunt apostemata modo sincera, modo mista, carbones, exanthemata, & alia id genus materia seposita & secreta, numquid a venis & arteriis fluxit, & eadem potest in partes circumfitas articulis influere, & dolorem excitare? At caput in vitio non

*Com. in* est. Sed audiamus Galenum Comment. in 6. Epidemiorum dum explicat quomodo audiendum sit quod Hippocrates scribit quod excitato dolore colico quieverit arthriticus dolor, & contra: hanc rationem reddit:

*6. Epid.* *Ideo hoc fit, ait, quod humorum in artus currentium ad colon intestinum impetus conversus est.* Quod satis aperte ab interno corpore facile per ductus tum manifestos, tum cæcos humores modo in hanc partem, modo in illam rapi posse, necnon fieri communicationem inter artus & intestina. Quamquam de hoc forte dubitari potest.

*In Coar.* Præterea quid respondeat Fernelius Hippocrati, qui ita scribit; *Dysenteria intempetive suppressa abscessum in colitis aut visceribus, aut in articulis facit. Num igitur biliosus abscessus in articulis, sanguineus in colitis aut visceribus fit?* Ubi duo adversus Fernelium notari possunt: prius est, si humor qui dysenteriam committit, sive biliosus, sive melancholicus sit, inclinationem habet in alvum interiorem: & idem in artus potest abscedere, & rursus ab artibus in alvum. Ergo error est manifestus Fernelii comminisci, a capitis tantum partibus externis humorem dimanare qui arthritin sit commissurus. Posterius est quod tacite biliosas etiam fluxiones & sinceras in articulo fieri indicat Hippocrates, quod tamen non aridet Fernelio, ut qui omnem arthritin ab humore frigido esse velit. Tamen loco illi de dysenteria respondere posset Fernelius, quod nimirum fluxionum alvi & dysenteriarum sæpe Hippocratis opinione caput origo sit: quod si verum est, nil hic locus contra illum facit. Nam qui humor a capite delabens dysenteriam facit, si desinat dysenteriam inducere, & alio cursum suum inflectat, utpote in partes externas, tum articulares affectiones potest inducere. Ut quum Hippocrates scribit in Aphorismis vomitum diurnam diarrhæam solvere, id videtur fieri quod a capite humor in ventrem descendat, qui alvum sollicitans & levigans id afferat. Quod si illa materia vomitione excludatur, cessat affectus. Sic quum humor a capite delabens in extrema cutis deerrat, dysenteria finem affert. Atque hæc probabilitate nituntur. Contra Fernelium & id facit. Si lassitudines spontaneæ & articularum quædam debilitationes & effeminationes ut gressus impotentia sit, ab humorum per corpus sparforum, & a maligno sero quod in corpore superfluit, oriuntur;

untur : numquid causa aucta articulorum veros dolores excitabit ? & tamen caput in vitio non est . Vidimus juvenem annos 15. natum , arthriticum , ea maxime ratione factum , quod in eruptione exanthematon non esset legitime repurgatus : an non humor iste a capite est ? & Hippocrates aliud videtur contra Fernelium objicere : *Quibus sanis hieme circa lumbos frigiditas & gravitas ex levi causa , & alvus suppressa , ventriculo probe agente , his ischias , aut renum dolor , aut urina stolidium contigerit foris .* Hic declarat ischiadem ( quæ ad arthritin refertur ; quamquam Galenus ischiadicos negat proprie arthriticos a Græcis appellari ) oriri non tam ab externo capite , quam ab interno corpore . Et si suppressio mensium , aut hæmorrhoidum , aut solemnis alicujus evacuationis potest arthritin immittere , cur necessario caput tamquam mali auctorem accusabis ? Internas autem humorum in ischium aut articulos manifestissime aliis in aphorismis Hippocrates docuit , idque contra Fernelium . Atque utinam summus vir Fernelius eas audivisset : *Quibus de repente dum sine febre sunt , præcordii & oris ventriculi dolor , ac circa cura ac infernas partes , & alvus in tumorem elevatur , solvit vena sectio & alvi fluxio : his febre nocet . Longe enim febres fiunt , & tusses , & singultus , his ad solutionem tendentibus dolor fortis coxarum aut crurum , aut puris sputum , aut oculorum privatio contingit . Item : Dolores ad hypochondria in febre , voce intercepta , sine sudore soluti , malum ; his ad coxendices dolores fiunt .* Quibus locis patet materiam coxarum morbum effecturam in hypochondrio latere , non autem a capite derivari .

Rationes quidem multas , easque probabiles Fernelius affert , quibus convincere se posse putat necessarium esse humoris arthritin commissuri defluxum a capite , tum quod non ita sincerus humor ab interno corpore ex venis & arteriis raperetur ad morbum generandum . Neque tam liber aditus foret , quam est pituitæ , aut sero a capite prolapsò per subjectas cuti partes & occultas quasdam vias . Attamen videmur multa opposuisse Fernelio quæ ejus sententiam valde debilitant .

Non videtur parum verisimilis ea ratio quam affert de crudo succo qui in hydropticis tibias occupat , tumoremque facit , & tamen articulare morbum non parit . Gorræus putat hoc argumento voluisse Fernelium pituitam non committere arthritin , & rationum machinas in Fernelium struit . Sed errat toto cælo Gorræus . Nec enim hoc placuit Fernelio , alioqui sui planè dissimilis foret ut qui acriter defendat omnem arthritin a pituita frigidoque humore esse aut ejus sero . Sed hoc voluit Fernelius tuendo pertinaciter suam sententiam , a cerebro necessario defluere humorem frigidum qui malum committat : Quia si humor qui ab interno corpore aut per venas , aut per arterias , aut per alios aquæductus in tibias cruraque natus esset generaret arthritin , maxime id fieret in copia succi crudi ac pituitosi , qui etiam redundat in tibiis & brachiis hydropticorum . At hic humor non id facit .

Sed respondeat Fernelius : Numquid qui fluit ac refluit in tibiis hydropticorum

Com. n  
part. 3.  
sect. 4.  
Epidem.  
& in  
part. 3.  
lib. 6. E-  
pidem.  
Apho. 65.  
lib. 5.  
In Coat.



picorum pituitosus humor si in articulum influat potest facere dolorem & arthritim? Si idem humor & natura & ingenio, & numero a cerebro manaret, numquid arthritin posset committere in articulum illapsus? Quid impedit quominus id faciat? An quia per venas & arterias influit? At tu ipse fateris per alios ductus quam per venas fluere. Numquid iidem sunt ductus occulti per quos & humor a cerebro deflueret? An quia iste humor non a cerebro est? Quasi vero humor crudus aut vitiosus ab hepate malo & male officium faciente non æque dolores excitaret ac qui a cerebro est? Quasi vero in cerebro istam idiosyncrasiam, indolem, naturam, ac proprie talem acquirit qua dolores arthriticos efficiat? Cur ergo in tumentibus tibiis virginum fædos colores patientium dolores etiam in vacuitate quadam febris quotidie observamus acerbiores? Numquid idem humor qui fusus dolores in tibiis excitat, si idem in articulum quempiam incideret, articulum quoque divexaret? In ictericis quibusdam fuso ab hepate & interno corpore sero humorum acri ac maligno implacabiles dolores comperimus, nihil etiamnum hepate ad id conferente. Hippocrates auctor admirabilis obscure quidem rationem videtur dedisse cur in hydrope quum multus circum articulos humor sit qui distentionem faciat (distentio autem maxime dolorem in articulis facit, ait Galenus) dolor quoque non adsit: in arthritide autem quum paucus humor sit, tanta doloris sit acerbitas. Ita autem scribit postquam de hydrope locutus est: *Si modicus fluxus fuerit (respectu magni fluxus qui in hydrope fit, unde repente intumescere & detumescere partem videmus) coxendicum & articularum dolorem facit quum fluere cessaverit. Nam ut modicus & undequaque ab omnibus partibus fortioribus depulsus ad articulos refugium facit.* Tamen non videtur hæc ratio satis. Nam si paucus humor arthritin facit, cur non multus faciet? In cachexia & hydrope multus est. Frustra igitur & temere Fernellius affert tumorem istum cachecticorum ut doceat necessario a cerebro affluere humorem, quia qui ab aliis partibus emanat humor natus esset dolores arthriticos parere, id maxime fieret in copia succi crudioris. Pace tanti viri dicam, idipsum non intellexit. Atque dicendi confutandique initium ab ipso Hippocrate sumam. Et quia mancus in hac parte est, cetera supplebo. Tria requirit loco superius adducto ut fiat dolor articularis, ut sit modicus fluxus, ut fluere desinat, ut refugiat ad articulum: quartum & addemus, quod vim quoque suam habet, ut a partibus omnibus fortioribus ad articulum depulsus sit. Vis in eo ponitur, quod dicit paucum esse & depulsam a partibus omnibus fortioribus; nam si multus est, æqualem quamdam intemperiem facit, immo sua mole obruens indolentiam affert. Et quibus intument tibiæ, brachia, artus quoque ipsi (ut *ἀναρτοί* dicantur) ii stuporis sensum habent: sed quum paucus & effusus in nervos cum mole sua non obruat, satis quid ejus possit qualitas ostendit. Deinde quod a partibus pellatur satis indicat sua qualitate adeo molestum esse, ut necessarium sit aliquid virulentiae habere, declarat acerbitas doloris, orgasmus. Nam nunc hic articulus obfidetur, nunc ille: & totius manus & pedis, modo hic digitus, modo ille,

Lib. de  
locis in  
hom.

Com. in  
aph. 49.  
lib. 6.

Lib. de  
locis in  
hom.

le, modo veterem sedem occupans in ea consistit & furorem exercet. Unde videmus sæpe magnos esse cruciatus quum nil tumens & dissimile appareat, nil lacunosum, nil salebrosum. At in leucophlegmatia quum intumeat corpus totum præ copia crudi humoris, & in cachexia quum redundet humor serosus & malus, sæpe a dolore vacuitas est quædam. Secunda conditio est ut humor fluere desinat; quod bifariam audiendum, vel ut jam actu consistat fluxio, alioqui dolor non adesset, nisi fugax fortassis, vel ut per nervosum genus, non autem per venosum humor vagetur. Quod ad prius attinet, falsum est dicere non excitari dolorem nisi consistat fluxio: oportet quidem materiei partem consistere, aut omnino fluxionem cessare non oportet. Sed ut dolor perseveret, humor consistat oportet. De posteriore ita dicam: Hippocrates primus docuit morbos venarum leviores esse, fugaces, contra nervorum obstinatos ac contumaces. Et hic locus maxime conferet ad eorum intelligentiam, perspicentiamque quæ dicimus. Ac primum audiatur Hippocrates: *Quicumque morbus a venis oritur debilior & levior est quam qui a nervis. Diffluit enim una cum humore qui in venis inest, & non quiescit. Et natura venis in humore est in carnibus, Græcè & ἡ φύσις τῆσιν φλεβῶν ἐν ὑγρῷ ἐστὶν ἐν τῆσιν σαρκῶσι. Nervi autem sicci sunt, & cavitates non habent, & ad ossa consistunt, & maxime ab ossibus nutriuntur; nutriuntur autem & a carnibus, & colorem inter carnem & ossa medium habent, & humidiores sunt ac carnosiores quam ossa, sicciores & magis ossei quam carnes. Quicumque morbus ad nervos ipsos pervenerit, firmatur, & quiescit eodem loco, & difficile est ipsum educere.* Qui locus docere potuit Fernelium quæ causa sit cur sæpe tumeant detumescantque partes, quum tamen dolores non excitentur in articulis. Humor enim in venis continetur, non in nervis, aut saltem non consistit quiescitque in nervis. Oportet autem quietem habere antequam ibi dolorem creare possit. Et antequam ultra progredior, quoniam ille locus obscurus est quo ante paullo dixit, & *natura venis in humore est in carnibus*: & nonnullis difficultatem negotiumque dedit, illam explicabo. Comparat genus venosum cum nervoso. Nervosi generis nomine & membranas & tendines, & ligamenta, & periostium intelligit, item & nervos proprie dictos qui musculos proprie dictos contextunt. Nam caro simplex, nervi & venæ musculus condunt. Et dum ita comparat nervos cum venis, vult venarum naturam humidiores esse duabus de causis, tum quod ratione suarum cavitarum humores contineant, qui quum ὑγρὰ dicantur, & consistentiam liquidam habeant, & humectent corpus cui insunt, & quod sæpe perfluunt & perluunt: tum quod venæ in carnibus ipsis sint quas enutriunt: Sic quum dicit, *Natura venis in humore est in carnibus*, idest, proprium est venarum, ut & humorem contineant, & in re humida sint, idest, in carne. Et nisi multiplex earum tunica impediret, facile rumperentur. Sic nervi venis dicuntur duriores, (quamquam multiplex sit tunica) quod cavitationem non habeant, quod tendines sint, quod ligamenta, membrana, venæ molliores ob cavitationem, quia in carne molli sunt, quia continet rem fluxilem. Sic metonymicis res continens di-

dicitur mollis & humida ratione & rei quam continet, & rei in qua continetur & fovetur. Vel quum dicit, Natura venis est in humore, in carnibus: ut nomen illud, *carnibus*, sic explicatio nominis, *in humore*. Caro enim res humida est, sic vena in humore est, idest in carnibus, in quibus & sedem, & firmitatem, & augmentum, & munus habet vena. At nervi siccis sunt, quia non sunt in carnibus, & res humidas non continent ut venæ, & a rebus siccis oriuntur, idest, ab ossibus, quod ipse Hippocrates docet dum ait, Nervi ad ossa consistunt, & maximam partem ab ossibus nutriuntur: Quamquam sunt & alii qui a carnibus nutriuntur, ut qui musculos componunt. Et ut omissa interpretatione illius periodi quam obiter explicavimus, ad rem redeamus, ideo morbi qui in nervis sunt, firmitur quod dura eorum consistentia sit, qui in venis, idest, a venis sunt, fluunt fugacesque sunt magis: quod hac ratione maxime demonstrat Hippocr. *Communicant omnes vena & confluunt inter se mutuo, alia sibi ipsis committuntur ac coincidunt, alia vero & venulas e venis extendunt.* Ac de distinctione morborum nervos occupantium ac genus venosum initio illius libri de locis in homine ita scribit: *Quod siccus est morbus magis recipit, & magis dolet a natura: humidum vero minus. Morbus qui in sicco est stabilitur ac consistit, qui in humido est, diffluit, & alias aliam partem occupat, & transmigrans quietem facit, & citius sedatur ut pote in humido non stabilis.* Quem locum de intemperie humida & sicca intelligunt, sed male: Vere enim hic locus pertinet ad alium qui sequitur de morbis nervorum ac venarum. Sed hæc relinquamus.

Lib. de  
locis in  
homine.

Tertia conditio ex his quas proposuimus, est ut ad arthritidis generationem humor in articulum, aut saltem partes proxime articulum ambientes, & exquisito præditas sensu, incurrat. Quod miror non animadvertisse Fernelium, qui indistincte proponit in cachexia non oboriri arthriticam, quum tamen sit humor crudus: proinde necessario a cerebri manare. Adeone ignarus Fernelius ut non fateatur oboriri dolorem articulare si qui redundat in cachecticis humor in articulum descendat, includatur, atque ibi interceptus interclususque corrumpatur? Nam non omne excrementum quod in partem impingitur statim dolorem parit: sed alias quum sua natura efferum est & mordax primo quoque tempore dolorem infligit: alias non nisi temporis successu acrimoniam, aut dolorificam aliam qualitatem nascens eundem infert dolorem: itaque pace Fernelii dicam nil quicquam efficit quod de humore cachecticorum objicit. Siquidem si pituita sit *ἀπυρος*, si tantum sit crudus humo infra sanguinem, sed qui proxime in sanguinem degeneret, si calor esset melior, non est necesse a tali humore, dolorem excitari. Nullas enim molestias exhibet, ut nec sanguis.

Nam in hydropicis quoniam hepar aliqua ex parte est refrigeratum, sanguis quoque aliqua ex parte refrigeratus est, & crudus: sed incoctus non dicitur. Aibi autem ex Galeno distinximus *ἀπυρος* & *ἀμύρος*. Et talis semicoctus sanguis dolorem non creat. Hinc leucophlegmaticos non videmus laborare in cachecticis quibusdam & iis præsertim virginibus quas foedus deturpat

pat color, dolores capitis, artium & furarum intolerabiles videmus. Ee quemadmodum ex muccis & pituitis quæ a capite descendunt aliæ tusses excitant alias humidas, alias siccas, nonnullæ nullas tusses proritant, aliæ statim negotium dant pulmone eumque ulcerant, ut quæ sunt effera & ichore prædita, aliæ etiam ingenti copia nil incommodi afferunt, sed postquam moram aliquam in pulmone sine ulla molestia egerunt, coctæ crassefactæque facillime extunduntur: Idem iudicium est de humoribus qui in artus dilabuntur. Nam quum tibiæ intumescunt humore, aut brachia, & articulo- rum loci, non statim dolor fit, ne si quidem in articulum humor influxerit, sed requiritur certa quædam qualitas qua humor donatus repente concitat dolores atroces. Et in hoc disputationis cardo vertitur. Proinde docuimus ante ex Galeno in libro 6. Epidem. pituitam quidem torporem inducere, sed si aut salsa sit, aut acida ea atrocissimis cum doloribus sese prodit. Quod & in doloribus colicis usuvenit. Quot sunt enim quorum intestina multa pituita sunt oblita obsitaque, quos nullus coli dolor cruciavit? At si gypsea est pituita, salsa, acidaque, aut vitrea; ea suæ præsentia excitandis gravibus doloribus notas ac argumenta edit. Et hæc adversus Fernelium de loco, quamquam pluribus res explicari posset: obiterque de humoris qualitate & conditione diximus, sed rem totam negotiumque de humore accuratius sumus jam pertractaturi.

De humore qui causa est arthritidis, ita sentit Fernelius: *Humor continens arthritidis causas tam varius non est atque traditur: nec enim sanguineus, nec biliosus, nec melancholicus est umquam, sed omnino vel pituitosus, vel serosus.* Tam graviter iterum peccandi, & hoc contra veteres asserendi occasionem dedit illa aliæ erronea opinio quam paullo ante explosimus, de origine arthritidon omnium cerebro, quod aut pituitosum solum humorem, aut serosum cerebrum suppeditet. Sic duas illas erroneas opiniones ita complicavit, ut alia alteram pepererit, & toti antiquitati opposuerit. Si enim humor unus foret pituitosus tam sævi articularum hostis auctor, quid veteres practicos in eam opinionem adduceret, ut pro arthritidon distinctione & causarum, remedia quoque distinguerent? At remedia institunt ad biliosam arthritin, ad sanguineam, ad serosam. Ergo verum est tot esse species, alioqui in rem ægrorum gravissime peccaretur. Atque ante jam refutavimus argumenta eorum qui negant fluxionem ullam esse sanguineam quæ arthritin quoque sanguineam creet, quod necesse esset in pus sanguinem verti. At sanguis quidem quum dicitur suppurari quum in ventrem erumpit, verbum suppurari generalius pro corrumpi sumitur, ait Galenus. Et aliud est in ventrem, aliud in articulum irruere. Quamquam & in articulo suppurat, idest corrumpitur, malam alienamque qualitatem accersit, unde in sua generatione, & in loco, a quo mittitur, laudabilis ex eventu mala qualitate insignitur. Deinde sanguis in carnibus corrumpitur quidem ac suppurat proprie, sed non in articulis. Immo quum in articulum incidit, recrudescit quodammodo, & suam maturitatem amittit. Quod forte imposuit Fernelio, quod videat inflammationes in articulis nonnisi intra 40. dies solvi, & pituitescere quodammodo omnes qui in articulos fluunt humores; immo

Actius  
tetrab. 3.  
sermo. 4.  
14. 15. 16

Lib. 3. de  
morbis  
cap. de  
pleuriti-  
de ex  
dorso.

immo si prius calidi forent, ob loci naturam incrudescere. Quod mirum n̄ sit. Nam & Hippocrates in libris de morbis scribit contingere, ut a pulmone ipso pus in thoracem erumpat, & tamen antequam eruperit maturum sit, tamen dies aliquot expectari vult donec rursus pus ipsum maturescat: Sic mutatione loci maturitas puris exolefcit, aut saltem diminuta retunditur tamquam materia perfrigerata.

Comm. in  
part. 15.  
sect. 3. lib.  
6. Epid.

Similiter in febribus materia cocta mitificataque in partem aliquam relegata recrudescit. Et in sexto Epidemiorum quum loquitur Hippocr. de concretionem lapidis in vesica, ait Galen. frigiditate vesicæ, tamquam corporis ex sanguis lapidis coagmentationem variari. Itaque fieri potest ut frigiditate articuli sanguis, aut alius humor eo influens, licet sit calidus, facile suum calorem amittat. Non tamen ideo frigidus humor arthritidis causa est. Ideo Hippocr. dicebat sanguinem esse natura frigidum, quia quum sit de genere aqueorum, facile suum calorem amittat. Sed ad hujus rei de qua agitur demonstrationem conferet plurimum ea demonstratio quam attulit Galen. in Aphor. explicans cur inflammatio in podagricis intra dies quadraginta cesset, & non ante. Quod forte pro Fernelio faciet. Nam inflammationem quæ arthritidi supervenit ex eventu tantum contingere ait, nempe vi doloris. Ita autem scribit, *Quæ carnosas partes occupat inflammatio morborum acutorum subjicitur termino, quoniam carnis substantia mollior est & rarior natura ligamentorum. Unde & tardius inflammantur chordæ ac nervi si vulnerati fuerint (Grece τρωδιῶν, Leonicens vertit, ex ἰλλῦ) & longiori tempore ad consilientiam inflammationis perveniunt & tardius sanantur. Quæ enim ratione vix aliquid externi in se recipiunt, quum dura sint ac densa hujusmodi partes, hac ipsa ratione vix a se dimittunt. Quapropter solutionis terminus est dies quadragesimus, quia quum in articulationibus humores sint, & ligamenta amplexantia ipsas oportet evacuari æquodis, idest, in modum vaporis. Mirum autem est cur dicat tam ægre admitti humores a membranarum & ligamentis, & a nervis quum videamus eos qui articulari dolore tenentur facillime modo hanc partem, modo illam laborare. At si tam ægre admitterent humores, non tam subito dolor inde surgeret. Quin etiam facillime & tremores, & convulsiones in febribus videmus excitari: si nervorum ea est durities & tendinum & membranarum, quomodo tanta est aptitudo? Nam videtur æquum esse ut idem fiat, quod & in pleuritide fieri scribit Galenus: dum enim confert pulmonem cum membrana costas succingente, ait pulmonem ratione suæ mollitudinis paratum esse ad recipiendum quemvis humorem, non item membranas, quod hæ non ita facile admittant humorem quemvis, sed biliosos magis: unde major pleuritidon pars ab humore est bilioso. Si articularum ea comparata ratio est ut eadem horum sit natura, atque membranarum succingentium costas, oportet necessario, aut tenuem & biliosum, aut plane serosum humorem qui arthritides faciat, aut falsum est quod in hoc atque illo articulo tam subito dolor excitetur. Duræ sunt partes, humor est frigidus & pituita, ut vult Fernelius: immo negat, aut esse bilem, aut sanguinem, quomodo tam facile humor admittitur? æquum non videtur. Quomodo enim tam crassus hu-*

Lib. de  
corde.

Comm. in  
Aphor. 9.  
lib. 6.  
Aphor.

hu-

Comm. in  
Apho. 33.  
lib. 6.

hu-

humor in cavitatem & locum διαρραϊσας, subiret, quum lentor & pigrities id impediatur? Quamquam possit quis respondere imbecillitatem partis quamdam dissectionem asserere, & aptitudinem ad fluctionem facile admittendam. Accedit quod humorem in orgasmo esse oporteat: orgasmum autem adjuvat ichor quidam malignus qui animat, impellit, ciet, & movet humorem sua natura segnem & pigrum. Atque articulares dolores etiam a valde calida causa oboriri testatur Gal. ubi docet morbos connutritos in senecta relinquere: interpretatur de calida hemicrania, calido renum affectu & articulis doloribus a calida causa abortis, quibus omnibus obrepens senectus tamquam frigida remedio existit. Nec dissentanea docet in Aph. dum ait dolores articularum in squaloribus a fluxione non fieri, quod quum tempus siccum sit non videtur natum ad superfuitates generandas quæ arthritin committant: Sed si caliditas immodica fuerit ab acris humoribus possunt arthritides excitari. Itaque miror quomodo Fernelius tam longe a veterum dogmatis desciverit, ut præjudicatam suam opinionem tam mordicus defendat. Etsi enim magna arthritidon pars, sive per defluxum id fiat, sive per congestionem, ab humore frigido est, tamen errore non vacat asserere omnes ab humore frigido esse eoque a capite emananti. In quo graviter in ægrorum commoda peccatur: Nam est ubi calidis utendum remediis, est ubi frigidis, est ubi moderatis. Quod si omnis a pituita esset, ad calfacientia perpetuo esset recurrendum. Item aliud est agitare medicamentis caput eique consulere, aliud aliam partem. At si solum caput auctor existeret, ad id unum dirigendum esset omne consilium nostrum: Itaque magni inter est ad curationem morbi, & ad ægrorum salutem multo ante constituere an soli capiti malum acceptum sit ferendum, an sola pituita aut ejus serum in vitio sit. Quamquam ut ante dictum est forte imposuit Fernelio quod humor qui actu in articulo continetur quadamtenus frigidus, aut frige factus sit, quod ita sit comparata ratio articularum, ut quia multas habeant partes spermaticas & frigidas, affluentem humorem etiam natura calidum, & a calido loco derivatum infrigident ac incrudent, ut ita loquar, quod ex Hippocrate demonstratum est. 9 Cum itaque & experientia, & ratio, & auctoritas Hippocr. 10 quam supra non meminimus asserere, quæ statuit aliquas arthritides a bile esse, dicet præter pituitam alias esse causas arthritidis, & aliam auctorem mali partem quam caput, relicto Fernelio amplecti oportet methodum medendi aliorum, ne mala rei opinione inducti male remedia alia pro aliis usurpemus: Ac facile mihi persuadeo, ideo sæpe articulares dolores invalescere magis, ac ægrefcere medendo ægros, quod audito arthritidis nomine statim ad calida remedia deveniamus eaque impense calfacientia & digerentia. Quod si semper materia frigida foret, non esset verisimile, ita malum insolescere, ac furere, quum contrariorum curatio per contraria legitime instituat, nisi forte dicas (quod etiam probabile est) dolorem quoque augescere, quod usu rerum ita calidarum quibus statim utimur sine judicio & distinctione quod morbi nullæ sine induciæ, sæpe fluxiones irritentur, qua irritatione dolor quoque increfcit. Dum enim humor turget fluitque nil est deterius quam fotibus, aut emplastris ex

Com. in  
part. 6.  
sectio. 5.  
lib. 6.  
Epid.

Com. in  
Aph. 10.  
lib. 3.

Gal. ad  
Aph. 2.  
lib. 6.

Hippocr.  
lib. de  
internis  
affectionibus

## 354. CONSILIORUM MEDICINALIUM,

rebus calidis uti: Vel etiam usu nostrorum remediorum saepe dolor auge-  
tur, quod materia sit *ερεπτογενής*, ut quod remedium uni humoris parti  
convenit, alteri plurimum obsit, ut quod remedium primo loco usurpan-  
dum duxeris, illo relicto statim ad aliud confugas. Accedit quod humor  
qui arthritides efficit, maxima ex parte venenati cujusdam feri naturam resi-  
piat redoleatque quod per se pepasimum. mitificationemque non admittit.  
Immo usu remediorum, nisi valde fiat anodyna, incandescit ferocisque ma-  
gis. Nec mirum est si saepe irrita sit opera nostra, morbusque iste medi-  
corum nuncupetur opprobrium. 11. Ceterum contra quam senserit Fernellius  
certa sunt signa quibus dignoscas a capite humorem subtus cutim, aut per  
spinalem medullam defluere, aut ab hepate & visceribus per venas & arte-  
rias derivari. Et quæ defluxiones a capite sunt, magis sunt sinceræ, quæ  
a visceribus, minus sinceræ sunt, quod humores promiscue in vasis coerce-  
antur ac confluant. 12. Quod miror Fernellium non animadvertisse. Signa  
ista diagnostica & Aetius & Rondelætius sunt persecuti. Nos illa omitemus  
& si quando usus inciderit, existis venabimur, ne si illa adjiciamus, in mo-  
lem oratio excrescat.

Quum iniretur consilium pro Forcerii mercatoris cognato cui dolores ar-  
thritici sunt familiares, & autumno & vere repetunt maxime, creditum est  
ferum maxime putre a visceribus manans, causam reducis istius mali esse. 13.  
Declarat curatio. Nam nulla habita capitis ratione quum primum expurga-  
ta regio prima ventriculi & educti multi serosi humores electuario diacarth.  
& syrup. rosarum solutivo, præripiebatur occasio reditus: Ac quaesitum est  
si humor frigidus & pituita arthritidis auctor, cur pituitosi non sunt podag-  
rici, quum peculiaris iste humor redundet?

*Lib. de  
glandul.*

Si a capite est, cur qui charadas habent, quarum origo maxime tribui-  
tur ab Hippocrate, non sunt podagrici, aut alia specie arthritidis laborant?  
verisimile id esset si caput auctor esset mali. Nil obstat objicere tophos qui  
in arthritide apparent ut doceas materiam esse phlegmaticam: nam biliosus  
humor & alius a pituita usu refrigerantium, aut digerentium nimium, aut  
a parte frigida frige factus tophos inducere potest.

Multi olim arthritici liberati sunt morbo, sed epileptici, aut apoplectici  
interiere: repertum est cerebrum aqua plenum, sic verisimile est a cerebro  
malum esse.

Si semper a frigido humore esset arthritidis, eoque a cerebro labente, char-  
radas efficeret, aut dolores in transitu excitaret, aut præeuntem haberet gra-  
vitatem capitis, aut nucae colli. At saepe nil tale apparet, unde colligas  
aliunde plerumque esse.

Ad præcautionem tam gravi mali, & evacuationem feri illius putris morbi re-  
lapsum committentis visum est ut uteretur hieme decoct. foliorum senæ cum her-  
modactylis, & saepe syrup. rosarum pallidarum cum succo mercurialis.

Vere pilulæ commendantur sine quibus, de hermodacty. & scetidæ. Au-  
tumno & vere si quid suadeat, tundatur vena, vivat abstemius.

Partibus dolentibus adhibeatur unguentum de limacibus; aut maceant  
panni in mucagine limacum.

Ur-

Urgentibus doloribus folia hyoscyami coëta in lacte cum capitibus papav. & floribus chamameli adhibeantur parti.

A N N O T A T I O N E S.

1. Hipp. lib. de dieb. Decretoriis docet Ischiadicos dolores esse a conge-  
stione & concretionem humorum in acetabulis præsertim post incalificationem a  
sole.
2. Gal. Com. ad Aphor. 49. lib. 6. ita ait, fluctionem arthritin facien-  
tem primum suscipiunt loca dearticulationum, deinceps circumstantia om-  
nia ad cutim usque. Et quia implentur articulationes etiam qua circumja-  
cent ligamenta extenduntur. Nervi & chorda illic non inflammantur, sed  
tantum dolent quum dearticulationes extenduntur.
3. Gal. Comm. in Aphor. 49. lib. 6. tanti doloris in arthritide causam  
ad distensionem revocavit.
4. Fernelius hic valde ratione nitetur, quod si humor biliosus arthritin  
committeret necessario inflammationem faceret. Cur enim membrana in tho-  
race tam facile inflammantur in pleuritide, & in arthritide tam egre si ea-  
dem est materia?
5. Et in 2. Epid. 1. sect. 3. splenis & viscerum tumores & inflammatio-  
nes in articularum morbos desinere scribit: Et in sectione 7. lib. 6. Epidem.  
Tusses in articularum morbos desinunt per translationem, ut credere est.  
Maxime vero sunt sicca tusses, quia alio materia præripitur. Et sub finem  
sect. 8. lib. 6. Epid. in suppressione mensium dolores & rubores articularum  
nascuntur: ergo id est ab interno corpore, non a capite. Et quod majus,  
in ulceribus articularum & partium externarum si tumores sint rubicundi,  
& statim evanescent, dysenteria cruenta oboritur, vide consensum externo-  
rum cum internis, ut a capite id non fiat.
6. Locus est præclarus cap. 12. Sermonis 4. Tetrab. 3. Aetii ubi docet  
multas causas ob quas suppuratio in articulis non fiat.
7. Hippocr. lib. 2. Epid. part. sive historia 3. docet quomodo tophi in  
arthritide generentur.
8. Anno 1575. qui siccus & squalidus erat maxima fuit articularum do-  
lorum ubertas.
9. Hic locus est valde notandus: et contra Fernelium facit, idem in  
cerebro visitur: nam substantia cerebri vaporem calidum et refrigerat.  
Quod si quis neget illum librum germanum esse librum Hippocratis, legat  
Aphorismum 25. lib. 5. Aphor. ubi vult auctor affusione aqua frigida arti-  
cularum tumores et dolores tollere, tum ob revocationem caloris, tum propter  
inductionem torporis. Quid respondebitur Galeno qui in coxendicis dolore in  
malleolo arteriam secuit quum affectus esset ab humore calidissimo? sub fi-  
nem lib. de sanguinis missione. Quid diceret Fernel. quum plerique acerbis  
articularum doloribus vexantur, quum nullos aut exiguos dolores, aut in  
capite, aut in collo senserint? Quasi vero tam effera materia et serum a  
capite manare queat, et non excitare dolores transeundo? fieri id non pos-  
set.



set. Si nitrosa et salsa fluxio a capite tantos in transitu dolores excitat, immo et in metaphreno, et qua transit quamdam inducit phthisin; an credibile materiam qua guttam facit pepasmi ex se expertem, opinionem Ferneli per tot partes subtilis et cuniculose transmitti, et nullos sane dolores excitari? Sic credendum est imbecillitatem naturalem partis, aut acquisitam, quia omnis dolor in parte digestivam facultatem et coctricem debilitat, et propterea facilis sit proventus excrementi loco vera nutritionis, facile ad arthritin facere, ut si qua depuratio et defacatio sit sanguinis, eam facem facile admittat. Nisi Fernelius dicat in sua generatione non esse tam malam materiam, sed tempore et mora eam acquirere malignitatem. Quod idem dixit Gal. de tussis materia qua in scrotum descendit par. 12. sect. 1. lib. 1. Epid.

11. Si cruditates, crapula et similia ejusmodi arthriticos efficiunt, quid causa est cur caput accuset?

12. Quid impedit quominus dicamus nec a capite esse materiam arthritidis, nec forte ab interno corpore, sed eo modo per dispositionem articularem generari in habitu corporis quo elephas in aliis, et chærades in aliis. Nam in habitu ipso vitium est, et cancrosa et chæradica dispositio, et articulosa, ut sic dicam.

## CONSILIUM XCV.

### De Gonorrhœa virulenta.

**Q**UEMDAM fœda Gonorrhœa detinebat. Quum eam negligere, nec medicorum consilio satis diligenter audiret, suppressa est, & ea contingere de quibus paullo ante dictum est. Imprudenter & parum sciens quid tam virulentæ materiæ suppressio vehat uxorem suam compressit. Medio graviditatis tempore dysentericum & serosum profluvium mulier patitur, quo vix liberatur. Ac prudenter Medici non censuerunt statim suppresso isto profluvio, laboranti consultum iri. Audiuerant enim nonnihil de mariti diversione ad alias mulieres & quævis impura prostibula. Ideo in eam suspicionem venerunt, ut contractum hoc malum a portione virulenti feri crederent. Ac, opinor, ea forte in luem veneream incidisset. Nono mensē fetus educitur purus & incontaminatus. Quod mirum fuit quum fatus esset patrē adhuc semen tam diri veneni continente. Sed non diu impune tulit innocens hæc proles impuritatis paternæ luens pœnas. Nam quum forte matri propinatum esset pharmacum aliud rei causa, & iustum esset lactari infantem etiam medio purgationis tempore: Repente multis corporis partibus argumenta certa luis & scabiei Hispanicæ paruerunt. Continuo vocari medicos & Chirurgos, iniri consilium, rem reformidari, metui matri nutrici. Ablactatur infans nondum duos menses natus. Parvo lacte pascitur ex vitreo vase collum gruis habente. Provisum puello hoc remediolo:

*H. burg.*

℞. butyr. recentis non salsi lauti in aq. salvia ℥ iiij. argenti vivi exstincti aq. eadem salvia ℥ ij. facta subactione in mortario diligenter, paretur linimentum.

Ad arcendam autem luem veneream quæ vere eam posset tandem adoriri, ita matri providetur:

℞. Limatura ligni sancti ℥ iiij. salu. beton. chamapit. stæchados utriusque, meliss. morsus & scabios. an. m. j. s. Absinth. centaurii minoris buglos. borag. an. m. j. rad. ireos florent. scordij, tormentil. tunicis & dictamn. an. ℥ j. s. seminis cit. card. sesel. sileris monta. pæonia an. ℥ s. radice pæonia & angel. an. s. gentiane ℥ iiij. theriac. veteris & mithrid. an. ℥ i. s. Opiata Fernelii ℥ i. s. madeant omnia in vino albo odorifero, adde succi pomorum ℥ iiij. pul. diamarg. frig. letit. & diarrh. abb. an. ℥ j. aqu. nenuph. lib. s. concludantur omnia alambico, & fiat distillatio.

℞. Conf. flo. nenuph. bugl. anth. an. ℥ j. conserva acori ℥ s. cort. citrij. cond. ℥ ij. pul. el. diamar. coral. rub. carab. seminis angel. & rad. bistort. an. ℥ j. marg. elect. ℥ j. elect. diarrh. abb. triasant. an. ℥ i. mithrid. ℥ iiij. cum syrup. conserv. citrij fiat opiata, utenda ad ℥ ij. hora somni.

℞. aq. theriac. scab. cardui. an. ℥ iiij. s. passentur per manicam Hipp. cum sacch. & pauco cinn. cap. cochle. duo jejunos a somno excitatus.

℞. Sarseparil. q. x. meliss. stæchados radicum omn. aperit. scordij, mercur. salvia, beton. an. m. j. rad. acori, eryng. aristo. ang. an. ℥ s. enul. camp. m. j. frusta pomorum redolentium, fumar. absinth. an. p. j. bipinell. m. j. poly. passul. an. m. j. seminis pæon. sesel. an. ℥ s. fiat decoctio ad lib. j. infunde foliorum sena ℥ iiij. adde express. ℥ j. s. agar. trochis. infuse in aqu. beton. & sal. cum ℥ ij. cinnam. & ligni aloes ℥ j. adde syrup. ros. pallid. ℥ iiij. & sacch. sufficiens.

℞. conserva stæch. sal. beton. meliss. anth. an. ℥ j. s. cort. citrij. conditi. ℥ j. zinzib. conditi. ℥ ij. conser. accori ℥ i. s. myrob. emblic. & confectionis alk. an. ℥ iiij. conserva buglos. ℥ ij. theriaces ℥ iiij. opiata Fernelij ℥ j. s. excipiantur omnia cum syrup. conservationis citrij.

℞. Ambra gris. ℥ j. pul. let. de gemmis archonit. an. ℥ s. diarr. abb. & diamarg. frig. an. ℥ i. cinnam. gr. 4. pul. radice angel. & tormentilla. an. ℥ j. cum sacch. soluto. in aqua card. infusionis ℥ s. ligni aloes, fiant tabella pondere ℥ s. utenda.

℞. Theriaces, mithrid. an. ℥ ij. confectio Alkermes ℥ 6 elect. de gemmis ℥ s. limatura interioris guajaci. ℥ iiij. seminis pæonia & citrij. an. ℥ 6. conserva viol. & buglos. an. ℥ i. s. succi pomor. odorifero. & aqu. nenuph. an. lib. s. Ponantur omnia in alambico & utatur ea aqu. intrando in laconicum.

Item ℞. rad. enula, angel. tormentil. capparum. Eringio. apij, petro poly. an. ℥ ij. meliss. scab. bipinel. plantag. an. m. ij. lupul. buglos. scolop. ceterach. an. m. j. fumar. primul. veris. an. p. j. semin. bomb. dictam. citri. an. ℥ ij. conf. enul. camp. acori. meliss. an. ℥ i. s. pul. elect. de succo rosarum diamarg. frig. an. ℥ s. decoct. ℥ iiij. guajaci, & ℥ ij. china ℥ ij. decocti plantag. ℥ iiij. theriac. & mithrid. an. ℥ i. j. Adde aquarum cordialium lib. ij. Ponantur omnia in alambico.

Ballonii Oper. Tom. II.

Z 3

CON-

**C**ONSULIS Amorræi filia annos duodecim plus minusve nata sæpe animo deficitur, immo alias putat sibi præcludi fauces, alias halitum nescio quem sentit cum cardiogmo, capitis dolore, præsertim in anteriore parte. Dolor non est pertinax. 1. Coloris est vicissitudo in facie, modo cum pallore quodam rubescit, modo pallet solum, suffusa alias aliqua ex parte est facies. Argumenta sunt fœdorum colorum: destillatio tenuis est in pulmones, aliquando spirandi difficultas. Metuebatur illi ne periculoso aliquo tandem cerebri morbo tacta intereat: ut ejus sorori contigit, quæ Cataleptica post febres erraticas, interiit.

2. Inicum consilium prophylacticum potius quam therapeuticum calido & sicco hepate erat, adeoque calido ut partim alimentum corrumpere, (unde illud 6. Epid. *qui ventre sunt calido, carnes habent frigidæ*) partim aliquid attraheret, reliquum media veluti via in lactibus resideret. Nam quoties repurgatur, pulci simillimam excretionem facit biliosam, olidam, vermium parentem; unde & aliquando vermium molestiam sustinuit. Sic obstructio id ipsum juvat. Quod autem obstructio sit eaque cruda, declarant urinæ in calidiusculo corpore aqueæ existentes. At nec ratione corporis, nec ratione febriculæ quæ sæpe apparet, nec ætatis ratione tales apparere debent. Nam in pueris aqueæ urinæ ab Hippocrate damnantur in prognostico. Quamquam in nostris Epidemiorum libris animadvertimus ex Hippocrat. *In erraticis febribus aqueas urinas splenicæ esse*. Quod forte in hac contingit puella. Mutationem colorum ad elationem vaporum fugacium referebamus, nec non ad animi imbecillitatem & caloris, qui facile intro recurrat. Hippocrates hujus quidem rei generalem rationem dedit, *Colorum mutationes fiunt corde constringente se, aut laxante*: laxante quidem fiunt bene colorati & rubicundi, constringente vero pallidi & virides. Et illa *ἀσθδης*, quæ aliquando apparet, in malis poni potest, aut homonymas bona est. Caloris in pulmonibus majoris indicium esse potest. Videtur quidem dolor iste capitis symptomatice esse, tum quod fugax sit (quamquam si dolor capitis per protopathiam sit, necessario non existat stabilis) & videatur tantum per vaporis, aut exhalationis elationem fieri. Nam punctioem morsumque in ventriculo præsentit. At verendum tandem ne dolor iste ita jus vindiciarum in caput habeat, ut non amplius per sympathiam, sed per protopathiam fiat. Nam quum partes laborant per consensum, id fit aut quia facultas non suppeditatur, aut materia ut in respiratione, aut per vapores. 4. Quum prioribus duobus modis fit id, actio quidem læsa est, sed pars a qua suscipitur actio illæsa est, sed quum pars aliqua per consensum laborat ob summissos vapores, actio quidem partis læditur, & ipsa pars laborans per sympathiam afficitur: sed ita afficitur, ut si dispositio in parte aliqua fiat, jam non amplius secundo, sed primario pars labore ipsa. Ac probabile excitari ichores a partibus inferis. Porro opinione Galen. ichores tribus de causis in ventriculum incidunt, aut propter maiores,

*In Coacis.*

*Lib. de Cordis.*

mārōres, aut dolores, aut infirmitatem ventriculi: Accedit & longa abstinentia, & compassio. Ac revera statuere oportet in hoc corpusculo caliditatem & siccitatem cum squalore, unde magna excitandorum humorum occasio nata est. Quemadmodum enim excedens humiditas immoderato calori juncta corpus languidum & decoctum reddit, necnon effeminatum; ita calor acer mordaxque dum humores accendit, acuit, irritat, excitandis vaporibus magnam ansam porrigit. Post unam atque alteram purgationem Syrup. solennis est institutus ex bechicis, thoracis, splenicis, folliculis, fena, agarico preparatis, & coctis ut decet. Item hæ tabellæ institutæ.

℞. Seminis pœonia gra. ʒ. marg. el. corall. utriusque spod. trochiscorum e carabo. an. ʒ. j. eboris, cornu cervi an. ʒ. s. ossis de corde cervi pulveris coriandri & diarrh. abb. an. ʒ. j. cum sacch. in aqu. card. soluto, fiat tabell.

℞. Conserv. beton. stœchad. ros. buglos. an. ʒ. j. conserva anthos ʒ. ij. corticis citrij conditi ʒ. iij. rasura eboris, cornu cervi an. ʒ. j. sberiaces ʒ. j. fiat opiata cum syrup. conserv. myrob.

℞. Pulveris hieræ ʒ. j. agar. troch. & rhab. an. ʒ. j. cap. ʒ. j. aut ʒ. s. hujus massa.

Utatur quotidie jusculo mane in egressu lecti: astate lacte asina: Paretur pulvis ex lumbricis terra & chalybe preparato si utile videatur.

### A N N O T A T I O N E S.

1. Febris ista lenta est & continua, & symptomatica qualem Fernelius describit libro de febribus cap. de symptomaticis lentis.

2. Huc pertinet locus cotamemorabilis lib. 2. de Dieta acutorum part. 22. Quod Hippocrat. velut concoctionem esse elixationi similem docet, tamquam coctio fiat a calido non sicco squalentique, cujusmodi est febrilis, sed humidio & vaporoso, cujusmodi est qui in animalibus secundum naturam existit. Fernelius cap. 13. lib. de urinis istis tenuibus, & aqueis abunde satis.

3. Arculanus cap. de Cephalæa, ait, qui dolores capitis sunt per sympath. sepe cum periodis, & cum paroxysmis fiunt prout sunt causa periodi, in membro communicante. Quamquam hoc non verum est perpetuo. Nam etiamsi in capite humor sit qui morbum per protopathiam faciat, tamen non perpetuo vexat, sed suas habet periodos: Id ut intelligatur, quoniam difficile est admodum, legendus est commentar. ad Aphorism. 28. lib. 6. Aphorism. Et de hoc diximus lib. 2. nostrorum consiliorum in hist. de fratre hujus puella.

Nam Galenus comm. in Aphor. 19. lib. 2. de Chronicis morbis disputans, ait illos a crassis humoribus fieri, & paucos ex his per sympathiam fieri, & absque loco affecto, utpote venis equaliter humores corruptos continentibus. Sed diudicior vovidus, ut in hemicranis longis contingit, possunt esse sine humoribus illis crassis. Sic aliud est, χρόνος νόσος, aliud

*ἰατρικῆς ἕνεκα.* Ceterum quum dolor est per propriam affectionem est magis continuus quam quum est per sympathiam. Et vis ponenda in verbo, magis, id autem fit, ait Arculanus, aut quia membrum, longo dolore debilitatum facile aliarum partium excrementa excipit: aut quia per dolorem spiritibus resolutis digestiva & expulsiva facultas languet, unde non probe conficit alimentum, nec superfluitates quæ in qualibet digestionem refecantur, debite expellit, &c.

## CONSILIUM XCVII.

## De Pleuritide notha.

**J**OANNES LE MIRE, mercator quum Meloduno Parisios lintre de-  
vectus petit rigente admodum hieme, vi frigoris ita calor intro cogi-  
tur, ut inde horruerit valde, deinde calorem ingentem conceperit. Me-  
dia nocte cœpit queri de dolore fixo ac pungente ad nothas costas.  
Magna nothæ pleuritidis suspicio est. Is narrabat sæpe se ea in parte do-  
lores quos colicos vocabat, solitum esse sentire, qui fomentorum usu non  
ita multo post levarentur. Ac primum ei credidimus quum tamen apud  
nos potius valeret opinio ac suspicio pleuritidis per congestionem aliquam ex-  
citata; quam narratio de vetere dolore, coegimus ut alvus enemate sub-  
lueretur. Ac dolore perseverante, ut urgeretur occasio, tertia pomeridia-  
na bolum cassiæ addita confectionis de dactylis portiuncula ne medica-  
mentulum ignavum maneret, exhibuimus: hujus usu multa corrupta ad-  
modum educta sunt. Sequenti die relicta sede priore, dolor ad orifi-  
cium ventriculi pertinebat. Tunc nos pœnituit, quod non die præceden-  
te venam secuissemus, ut ne inflammatio ad aliam nobilem partem, uti  
contigit, serperet, ac oberraret. Valdeque timuimus ne in ventriculo ma-  
lum figeretur, gravioraque omnia nascerentur. Quod aliquando a nobis  
observatum est in vitriarii filio: Qui quum per tres dies de dolore later-  
is questus esset, & neglecta iterum esset phlebotomia, repente malum  
regionem ventriculi ad xiphoidem cartilaginem obsedit, vomendi deside-  
rium; febris *αἰσθητική*: lipyria, mors repentina. Per tres dies continuos  
venam ter secuimus: purulentus sanguis detractus est, ne guttula qui-  
dem puri sanguinis: viribus metuebatur ob ætatem ingravescentem. Do-  
lor non erat fixus. Thoracem dilatare omnino non poterat. Respiratio  
alioqui erat facilis, nisi quum magnum respirare cogereamus. At tum nar-  
rabat se aliquid imis costis inhærens sentire quod respirationem elideret. Si-  
tis & febris erat ingens, omnia cruda. Nam nec alvus nisi sollicitata fere-  
batur, nec quicquam ex facili e pulmone educebatur. Dubitabamus an dia-  
phragmatis esset inflammatio præsertim in parte concava, præsertim qua at-  
tingit nothas costas, si inflammatio foret illius partis cur non deliraret, quare-  
bamus. Suspicabamur collectam ibi illam materiam & præsertim serosam  
(quod dolores vagi apparent) quæ olim colicos dolores excitarat. Idque eve-  
nisse arbitrabamur ob ambientem impense frigidum, unde suppressio nata fo-  
ret.

set. Ad id cogitandum situs partis dolentis incitabat. Tamen quærebatur, si ea in parte inflammatio esset cur non ad claviculas dolor pertineret? Sed sectio corporis post mortem omnia de quibus dubitabamus aperuit. Ergo quum circa finem diei quarti dubitarem an quarto secunda vena esset in tanta siccitate morbi, febre, difficultate spirandi, dolore: Ecce primarius medicus videns nostras sectiones inutiles, ratus collectionem esse quamdam (uti ante monuimus) ad catharticum confugit idque vehemens admodum, ut vi deturbaretur humor qui infra diaphragma consisteret. At quum humor nullus esset infra diaphragma morbi auctor, irritum medicamentum fuit, & duabus post horis hypercatharsin induxit, perturbationem tantam ut brevi ægro interendum fuerit. At ut Hippocrates scripsit: *Turpis est calamitas dato medicamento eodem die agrum interire*. Erat infra subsistendum.

Lib. de  
medica-  
mentis :

Quamquam hic difficultas magna est. Nam novimus mulierem cui post phlebotomiam quum datum esset medicamentum sequenti die, quia inane fuit medicamentum & non potens satis, statim delira facta est. Vehementia febris a tam valido medicamento debebat dehortari, item virium infirmitas, tum ratione ætatis, tum multa venæ sectione inducta. Potius sequendum erat Gal. consilium cujus verba ad unguem tenenda sunt: *Ubi non solum acutus morbus fuerit, cujusmodi est pleuritis, verum & cum febre vehementissima, multo magis vitanda purgatio, atque per sectionem venæ vacuandum magis etiam si ad hypochondrium dolor finiatur. Nempe & si minus quidem auxilium quam per purgationem venæ sequatur, securius tamen multo existit. Immo nullum periculum impendet ex eo quod sit per sectionem venæ, eo discrimen maximum subeunte quod per purgationem tentatur, maxime si laborantis naturam non fueris expertus. Si enim naturam non noveris, metus est ne plus justo vacues, aut nullo pacto naturam moveas, aut si moveri, non sufficienter vacues. Quæ omnia magnis in morbis offensas pariunt: quod non facile ut in iis qui non febricitant, emendatur. Quum igitur febris non fuerit vehemens, & naturam laborantis expertus fueris, ad medicamentum purgans te conferes, iis quæ ab Hippocrate dicta sunt usus. Atque hoc in loco tria animadvertere oportet, dum sectionem venæ antefert purgationi: primum est quum meminit febris vehementissimæ, ut vehementia febris dehortari debeat purgationem, præsertim & quum adsit inflammatio: febris autem vehemens & inflammatio purgationem dehortatur, quod medicamentum calorem sit adaucturum: Secundum quod minus auxilium a sectione venæ sequatur, quam a purgatione: Tertium, quod securitas sit magna in sectione venæ, non item in purgatione.*

Com. ad  
part. 11.  
lib. 2. de  
Diætâ  
acut.

Quæ tria sunt diligenter animadvertenda, ne forte sententia Galeni male intellecta nos valde munitos putemus, quum alioqui gravissime erremus. Quid enim obest illud quod objicitur de febre ardentissima? nam in pleuride ea præsertim quæ occupat hypochondrium: (de ea enim illo loco agit, quamquam & generaliter illud intelligi potest) non est tanta febris: si non tanta febris, & si minus auxilium affert sectio venæ quam catharsis, ut idem fateretur Galenus, omni ratione amplexanda est purgatio, non autem purgationi præferenda sectio ut securius eonsilium, & remedium.

Quor-

Quorsum enim ista securitas, si non profit remedium? Præterea si febris vehemens, possumus dare medicamentum non ita eradicans, non calfaciens, non agitans. Item quod ad eum calorem quem præbitum medicamentum afferet, jam respondit Galenus in Aphor. medicamentum quidem calfacere, sed majus sequi commodum ex evacuatione humorum morbificorum, quam incommodum ex ea calfactione & febris auctione. Denique si purgatio in vehementia febris nocet, cur non & sectio venæ? Relinquamus Arabas qui in biliosis morbis phlebotomiam reformidant, sequamur ipsum Galen. Is Com. in part. 6. Prorrh. ait resiccatos, nec rigorem, nec vacuationem insignem, nec simile quid ferre. 2. Ac exsiccatorem nomine & biliosos audiemus, & eos qui biliosissimis & siccis morbis tenebuntur. Pleuritides maxima ex parte biliosæ sunt ex Galen. Quum ergo siccus sit morbus biliosus, & ratione *πρόξενος*, & quia sæpe nil excernitur præsertim initio, & febris juncta est, affectus & siccus, & siccans, an locus erit vacuationi per phlebotomiam? Præterea si ex Hippocr. in mulieribus biliosis etiam naturalis mensium eruptio formidabilia affert symptomata, ut ipse eo loco docet, frequens sectio venæ conferet? Quamquam in Comment. in Aphorif. 23. lib. 1. in biliosis & ardentibus febribus non reformidat sectionem venæ, etiam ad leipothymiam usque Galenus. 3. Ad superiora uno verbo respondebimus. Omnis inflammatio facile juvatur & tollitur sectione venæ. Nil enim est quod tam facile refrigeret corpus, & inflammationis occasionem tollat. At pleuritis inflammatio est. Quod autem medicamentum daretur, illud suo calore febrem & augebit & corpus siccat, & vix de inflammato loco quicquam educet. Quum dicit minus auxilium a sectione afferri, sed securius, illud intelliges de inferiorum costarum inflammatione. Nam si de inflammatione superiorum intelligeret, hoc falsum esset. 4. Non enim liber est exitus ad excretionem materiæ per partes infernas. At quum pleuritis inferior est, quum fiat à congestione potius, & quæ infra diaphragma sunt purgatione per inferiora potius exigi debeant quam alia arte, libero etiam existente exitu, potius ad catharsin accedendum est. Sed ignoratione naturæ ejus qui purgatur, & metu incrementi febris vult nos impediri ne tam audacter purgemus, ac venam secemus. Jam vero hoc loco statuendum est purgationi potius intendendum esse in pleuritide & dolore occupante nothas costas, si tria illa animo comprehenderes: Si medicamentum non sit perturbans & calfaciens multum, si febris non sit intensa: si inflammatio non sit magna, sed potius dolor a congestione quadam humoris. Unde graviter hodie peccatur ab iis qui festinanter nimis audito nomine doloris ad latus (ubicumque is dolor sit) statim ad sectionem venæ confugiunt. Immo etiam si nulla adsit febris, aut exigua, etiam audacter venam secant, persuasi illa sententia Galeni superius adducta, quod securius sit remedium phlebotomia, minus tamen auxilium. At nosse debent illas condiciones quas attulimus, & quas nisi noverint, non sunt digni medicorum nomine. Itaque quemadmodum tardos nimium esse non oportet in sectione venæ celebranda, ita festinatio probro est. Multi enim dolores

dolores pleuritici mentiuntur, in quibus aut solum fomentum, aut leuiuscula purgatio abunde erit: ut ita in humano sanguine fundendo liberaliores non simus. Nec nos ad sectionem venæ iterato immo pluries faciendam incitabit impuri sanguinis effluxus: Quod plerisque occasionem porrexit celebrandæ phlebotomiæ sæpius, & virium frangendarum non sine magno vitæ periculo.

Aperto cadavere ægri nostri ren sinister plane putris & corruptus reperiendus est. Inveni duo in vesica calculi, qui suppressioni urinæ in progressu morbi occasionem dederant. Morbi mortisque causa erat hæc: Pulmo erat admodum amplus, thorax angustus. Semiputris erat pulmo: Et ita contumaciter ad latus dextrum adhærescebat, ut vix avelli potuerit. Abscessus in ea parte erat. Et sua mole & magnitudine ad nostras fere costas descenderat. Erat inflammatio mediæ partis pulmonis, præsertim ejus quæ abscessum fovebat. Adacto cultello chirurgico putris & foetens sanies manavit, cujus portio dum decurreret per membranarum continuitatem, dolorem excitabat: & quum esuebat, dolor cessabat. Ut mirum non esset, si modo pars doleret, modo non doleret. Et quoniam osculum alvi medium diaphragma transcurrit & secat, dum per gibbas diaphragmatis ferum decurreret a parte putrefacta manans attingeretque osculum ventriculi, non mirum si dolorem in ventriculo sentiret, ac si in capacitate ejus malum foret. Quamquam non erat inflammatio in ventriculo; tamen adeste videretur. Hippocrates in libris de morbis falsæ, ementitæque illius pleuritidis descriptionem facit: *Fiunt suppurati si a capite delapsa pituita ad latus agglutinata fuerit & putruerit: Tunc enim latus ut plurimum inflammatur & patitur eadem qua & ex pleuritide suppuratus.* Et quod de pituita a capite delapsa, dicit Hippocrat., idem potest audiri de pituita cui localis est in pulmone generatio, maxime vero in senibus, aut quibus pulmones non bene perspirant ob crassitiem, ut in quibusdam visum est, quorum pulmonis substantia caseo duriusculo erat assimilis. Aut propter immoderatam vitæ rationem. Quod huic ægro nostro contigerat. Nam majorem suæ vitæ partem in venando occupabat, in cibo & potu, quum nulla vitæ ratio ejus animum alio revocaret. Inter cetera hepar erat maxime vitiatum, & præsertim pars ejus superior erat friabilis, & *ὄτρον ἰσχυρόν*. Actum Calend. Febr. 1575.

Lib. 1. de  
Morbis .3

#### A N N O T A T I O N E S.

1. Hip. lib. 2. de morbis mulierum, ait futurum fluorem mulieri evenire quum exhaustus per alium fluorem sanguis biliosus sit: unde patet evacuationem sanguinis bile facere humores, & reliquum quod adest. Sic in biliosis pleuritidibus frequens sectio non confert. Et ut dicam conferre nunc ad malumurgens, dum biliosior est factus sanguis, major est in pleuritici incidendi occasio.
2. Si Arabum opinio valeret, minus tuto in pleuritidibus vena secaretur, quod omnes fere sint biliosa declarat periodus. Immo Hippocr. lib. de locis in homine nomine bilis pleuritici intelligit.

3 Hippocr.



3 Hippocr. part. 74. lib. 4. acutor. in pleuritide sanguinem ad leipomy-  
miam mittit, si dolor acutus fuerit. At acutiem morbi bilis facit. Ergo  
præsente bile leipomyia sectione induci potest. Gal. non probat omnino illud  
Hippocratis, aut quidem plus sanguinis vacuari debere quod dolor sit acu-  
tus, sed quod liberius sinamus fluere, non ab acutis sumitur indicatio, sed  
si vires valent, si atas floruerit, sanguis abundarit, laborantis natura den-  
sior, & minus perspirabilis si consentit tempus anni.

4 Manardus ea de re disputavit copiose satis Epist. 5. lib. 12. Sed &  
locus est apud Galenum in arte parva ubi scribit, ubi corpus plenum est  
universum per partem affectam vacuandum non est: quo ex loco possis re-  
prehendere sectionem vena qua fit in pleuritide corpore universo pleno, aut  
quum pleuritis per regurgitationem sanguinis fit ab hepate. Tunc enim  
ἀντιπνευσis necessaria foret; hunc locum adduxit Scaliger in comm. de in-  
somnia docens sectionem qua fit in parte opposita necessariam esse. Vide Com.  
Akakia in locum prædict. Idem Akakia com. in lib. 2. ad Glaucon. diffi-  
cultates istas proponit constanter defendens opinionem de sectione vena ex eo-  
dem latere. Sed mihi videtur falsum attexere, quod inflammato utero sit  
potius demendus sanguis ex malleolo.

## CONSILIUM XCVIII.

### De Ischiade.

**D**uos exercuere dolores ischiadici, alii quidem oborti per humoris ἀπόθεσιν  
sub finem febris longæ: alteri vero media hieme per decubitum mate-  
riæ in musculos natium. Atque ad utriusque dolores compescendos, tum ad  
causam morbi amovendam, multa remedia sunt instituta, inter quæ nonnul-  
la huc transtulimus.

℞. Massa pilul. de agar. cocciarum, & sine quibus an. ℞ j. malaxentur  
cum infusion. ℞ j. turbit. gummosi. infusi in hydromel. cum zingib. fiant  
pilula.

Item ℞. pulveris diacarth. ℞ iij. pul. aromat. rosati, & triasantal. an.  
℞ j. cum sacch. soluto in aqua cuscuta infusionis. ℞ iij. foliorum sena mun-  
datorum. fiat elect. per lozangas.

℞. Summitatum fœnicul. aneth. & centaur. minoris. an. p. j. baccarum  
lauri. ℞. s. seminis anisi & cumini. an. ℞. s. yva arthrit. hyperici. an. m. s.  
salvia majora. an. m. j. rad. capp. ireos, eryng. an. ℞. j. fiat decoct. in-  
fundendo agar. optimi, & turbit. gummosi. an. ℞ ij. ol. aneth. dissolu. ad  
℞ ij. & mel anthosatum cum diaphœnico: fiat clyst.

Aliquando bulliant. in decoct. clysteris folia sena: hermodactyl. pulverizat.  
Apozemata ex salvia, hyssop. stœchade foliculis & agar. conferunt.

℞. Rasura ligni guajaci ℞. j. passul. ℞. s. coriand. ℞. iij. infunde per horas  
sex in libris sex aqua: fiet decoct. ad medias: coletur cum cinnam. capp.  
℞ 6. mane ad sudores provocandos.

℞. Mal.

℞. Mal. bifmal. pariet. flor. chamemeli summitatum anath. an. m. j. s. seminis anisi & fœnicul. an. ℥ j. fiat decoct. in sacculis in aqua & vino pro fotu locorum dolentium.

Sunt qui ceroneum applicarunt ex emplastr. philagr. de melilo. ceroneo, & oxycro. diachylo. alb. gummi elemj. pulv. hermodactylo. ereos & baccis lauri.

℞. Rad. alt. cucum. agrest. cyp. calam. arom. an. ℥ s. folio ebul. yva rathr. & herba paraly. an. m. j. chama. m. j. semi. anis. fœnic. seseteos. an. ℥ iij. absinth. ros. an. p. j. fiat sacculi. bulliant ad forum.

Linatur pars oleo lilio. lumbricorum cum aliqua parte olei de salvia.

℞. Rad. camp. bryonia, sigil. beata Maria an. ℥ j. mal. bis. pariet. yva, hyper. salv. beto. meliss. majo. an. m. j. chama. p. j. rad. cyp. calami arom. schannanth. an. ℥ s. seminis lini. alth. & fanig. an. ℥ s. fiat decoct. pro fotu.

℞. Eadem materialia pistentur. adde facis vini ℥ iij. pone in stupis comabinis macerandis in aqua vita.

℞. Rad. lilio. cocta cum vino alb. ℥ iij. axung. huma. & suill. an. ℥ ij. ol. chama. ℥ ij. fiat litus.

℞. Empl. de melilo. & cerati philag. an. ℥ iij. pul. rad. ireos florent. & cyp. an. ℥ s. sol. lumbrico. ℥ ij. cera nova, quod suff.

℞. Picis nigra ℥ 6. terebinth. Veneta ℥ ij. cera nova ℥ iij. sulphuris vivi. ℥ s. rad. ireos pulv. ℥ ij. fiat emplastr.

Post usum causticorum hæc sunt admota.

℞. Unguenti martiati & comitissa an. ℥ ij. emplastr. palmei ℥ j. de melilo. & mucag. an. ℥ s. ol. myrt. & irini. quod suff.

Ad confirmationem ventriculi hoc electuarium præscriptum est.

℞. Pul. elect. triasant. ℥ ij. rasura eb. cornu cervi margarit. elebarum coral. rub. an. ℥ j. rhub. ℥ ij. sacch. dissolut. ℥ iij. fiat elect. per tabell.

℞. Cassia ℥ iij. catholici & manna an. ℥ j. pulpa sebest. ℥ s. foliorum sena pulver. ℥ j. cum syrup. violato. fiat opiata.

## CONSILIUM XCIX.

### Pro carcinomate uteri.

**M**ULIER Xantonensis carcinomate in utero laborabat : ita consultum est a medicis.

Purgatio sit blanda corporis per intervalla, clysteres anodynii, fotus, infessus ex anodynii, injectiones in uterum ex lacte asinino, vaccino tum per se, tum ex succis plantag. folatri, hyoscyami si dolores urgeant addito etiam momento Philonii.

Post injectiones insuffletur pulvis lithargy. pompholigos, myrrhæ, aristoloch. lotæ in aqua folatri & ficcata, fiant pelli ex unguento diapompholigos inducto super linteam, & immisso in uterum per specillum ut proxime contingat tumorem filo appenso, ut extrahi queat. Vitentur calidiora.

Ratio

Ratio victus euchyama. Utatur vino rubello subadstringente. Provideatur robori partium principium elect. conditis, epith. His remediis non curationem quæ sperari possit, sed paullo longiorem vitam & dolorum levationem speramus. Id apud Jo: Gorraum felicem & primum medicum fuit decretum.

## C O N S I L I U M C.

*Ad destillationem in pulmones.*

**Q**uidam difficultate spirandi detinebatur: necnon catarrhus in pulmones cum infestabat. Consultum illi est cassia & catholico in boli forma, hordeatis, syrupis promoventibus sputum & suspendentibus catarrhum.

℞. Rad. gram. poly. passul. gly. an. ℥ss. agrimo. beton. hyssopi semini frigid. an. ℥ij. jub. sebesth. an. m. 6. ficus pingues & dactyl. num. 4. florum. p. j. fiat decoct. ad lib. j.

℞. Prædicta decoct. medium infunde foliorum senæ ℥j. infunde in col agarici trochisc. ℥ss. dissolu. syrup. viol. & capil. ven. an. ℥. ij. sacch. candi. ℥ss. fiat ut syrup. coctus, in reliquo dissolve diatrag. frig. ℥. j. diatr. simpl. ℥ss. syrup. capil. ven. ℥ij. fiat syrup. utend. loco lobor.

℞. Salvia major. flor. nenuph. an. m. j. rosarum. p. j. cinn. ligni aloes caryo. an. ℥j. ponantur simul pro cucupha.

℞. Succu bras. rub. ℥iiij. sacch. candi. ℥j. oxymel. ℥j. fiat lobor.

℞. Rad. acor. pæonia, aristolo. rotun. poly. petro. aspa. an. ℥ss. foliorum beton. samb. agrimo. meliss. scolop. an. m. j. flor. læch. rorism. sal. an. p. j. passul. glycy. thamar. an. ℥iiij. scylla præparata ℥ss. fiat. decoct. in qua infunde folio. senæ ℥ij. s. agar. ℥j. santal. citr. ℥. ij. rhub. ℥ss. diss. sacch. lib. j. syrup. de prassio, & de læchade. an. ℥ij.

## C O N S I L I U M C I.

*De febre continua.*

**Q**uidam annos natus 20. Delphinus a multo labore in febrém incidit. Tempus erat æstivum & australe, febris insignis, corpus squalidum & macilentum. Tertio die secta vena. Sexto fluxit sanguis e naribus liberaliter: perseverat toto die ac nocte. Fit tum symptomatica. Nulla arte compesci potuit. Qui aderat medicus sinebat fluere sanguinem, id e natura esse ratus. Quum tamen minuerentur vires, sistendo illi incumbitur, fit pessus in nares ex fimo asinino in oxycrato lauto, nihil non fit, sed in palatum estuxit, & ut credibile in ventriculum. Singultiebat: ac dubium erat an singultus esset ab inanitione, an a grumo sanguinis in ventriculo, de utroque suspicio erat: hoc præscribitur.

℞. Terra sigil. boli arm. an. ℥ss. corall. rub. lapid. ham. an. ℥i. oxysacch. ℥ss. cum aqu. ros. fiat potus.

℞. De-

℞. Destill. restaur. lib. s. succi granat. ℥ j. qu. plantag. & ros. an. unc. s. cum sacch. fiat. julep.

Litus regio: ventriculi ex ol. rosato de absinth.

℞. Confectionis alhermes. ℥ s. diamarg. frigid. rasur. eb. coral. rub. an. ℥ j. theriac. ℥ s. cum syrup. granat. fiat opiata.

℞. Conserva ros. viol. bugl. an. ℥ ij. diamarg. frig. ℥ s. corall. ℥ j. theria. ℥ s. fiat bolus cum syrup. granato.

Ad nonum diem tremulus erat, delirabat, cogitabundus, melanchol. urinæ perturbata, nigricantes, in visceribus incendium erat, & xaxoi des. Medici negabant convaliturum, ne si centies essent coctæ urinæ: alvus fœtida deijciebat, nigricantia. Parotides futuræ prædicebantur, nisi hæmorrhagia avertisset. Et quid mirum circa diem 13. rudimenta parotidon apparuerunt, dolorque pone aures surgere incipiebat.

Injecti sunt clysteres refrigerantes.

℞. Aqu. ros. scabios. mornenuph. an. ℥ ij. succi lymonum crudi. unc. ℥ j. passentur per manicam cum ℥ s. santali.

℞. Unguenti rosati refriger. unc. ij. succi semperu. & lact. unc. j. contundantur omnia in mortario cum aceto ros. pro unctiōne lumborum, & spinæ dorsi: Decimo septimo interiit.

## CONSILIUM CIL.

### De Dysuria.

**G**Ratius querebatur de ardore urinæ & dysuria. Putabat in vesica calculum esse quod tenues urinæ, deinde subalbida fluere: necnon aderat desidendi cupiditas, & penis pruriebat. Rerulit tum demum se prima hujus mali rudimenta sensisse quum critice post ardentem febrem multa urina fluxisset. Et quum ille indulisset veneri multum, non mirum si partes illæ debiles facile ulcerata fuerint profluvio urinæ criticæ. Quæ autem causa effecit plurimum, est quod diureticis sæpe usus fuerit, falso persuasus calculum esse: usu eorum provocata urinæ & partes calfactæ ulcerari potuere, verisimile quoque parastatas suo glutinoso humore destitutos, ut facile vim transeuntis & seminis & urinæ non sustineant. Res ad catheteris fidem revocatur. Nullus lapis deprehenditur: immisso cathetere purulenta fere urina profluxit. Sic suspicio erat ulceris. Asperitates quædam in collo vesicæ deprehenduntur. Ac illud non omittendum perennem fuisse defluxionem falsa pituita a capite. Quod facile irritationem in vesica excitabat. Nam facile ventriculus laxabatur: alvus irritabatur, & eodem filo in vesica stranguria excitabatur. Narrabat se nocturna seminis excretionem intolerabilem dolorem sentire, anodynis fomentis perinæi somnus conciliatus est: usu hydromelitis aquosi initio pastus & intermissione vini provisum est. Ventriculo consultum.

℞. Mastiches. ℥ s. corr. citr. major. absinth. cyp. an. ℥ i. j. nucis mosscate, caryoph. galang. an. ℥ j. Cum oleo de absinth. fiat scutum.

Item usus tabellis roborantibus stomachum ut artis est.

Magna

Magna erant argumenta ulceris aliqua in parte latentis. Tamen dicebat se numquam renes laboravisse. Imperata sunt ea quæ humores mitigarent. Aliquando excernebatur per urinas materia pituitosa lenta, ductilis & longa instar filamenti. Dominus magnus dicebat duo esse in eo incommoda, exulcerationem orificii vesicæ, & contractionem. Hæc facit ut fere indefinenter urina ad excretionem tendat, immo & involuntaria aliquando seminis sit excretio. Illa vero ut dolorem urina transitu ipso inferat. Sic censuit utendum decocto falsepar. alias, alias lacte asinino. Ad vigilias assiduas & dolores ei provisum est usu philonii rom.

## CONSILIUM CIII.

*De mola & fluore uterino.*

**N**OBILIS mulier querebatur de mola, & uterino profluvio, ut nulla esset conceptus spes, hæc sunt præscripta.

Molæ & uterini effluvi tam frequentis causa videtur nimia sanguinis humidioris copia, qua semen & ejus vis prolifica obruitur, indicio sunt menstrua copiosiora, & a molæ excretionem tamquam puerperia per mensem integrum, coque amplius fluentia. Itaque corpus siccabitur victus ratione, medicamentis, & iis quæ provocant urinas & sudores, corporis exercitatione, fame, pauciore victu, & jusculorum abstinencia. Particulatim verò siccandus uterus, tum fotu, tum ceratis quæ eam vim habent, nec menses movendi. Vere & autumno uteris decoctio. rad. schinæ. Aliquando e basilica sanguis parcius adimetur. Si vero humidior temperamento videbitur, semenque habere humidius, eadem ratione victus utetur. Parcius sit venus, qua tamen commode utetur tribus aut quatuor diebus a mensium eruptione,

## CONSILIUM CIV.

*Ad animi defectionem.*

**J**OANNI RIVIERE, sine febre frequentes animi defectiones, præsertim si animo moveretur: Erat enim oxythymus, frigidiusculo temperamento præditus. Ei consultum est infuso rhei ad corroborationem ventriculi, & sequentibus pilulis.

*℞. Aloes lota in aqu. endiv. ℥ ij. rhub. ℥ i. s. specier. aromat. ros. ℥ s. cum syrup. de absinth. fiat massa.*

*℞. Rad. cichor. ℥ i. s. fiat decoct. in qua infunde absin. pont. p. s. in col. ad unc. ij. dissolv. vini alb. unc. s. fiat potio arom. cinn. & dulcorata.*

*Data opiata ex confectioe Alkermes & conservis.*

*Fotus est ventriculus decoct. solenn. herbarum stomachicarum.*

CON-

## CONSILIUM CV.

*Ad facilem uteri gestationem.*

**M**ULIER ægre ferebat quod uterum gestare non posset, ei post purgationem totius corporis iis remediis consulitur.

℞. *Galiopseos. matricar. calamenti, puleg. an. m. j. major. p. j. cyp. calam. aromati. an. ℥ j* fiat decoct. pro foetu, vel semicupio.

℞. *Picis cedrina ℥ iij* ladani, stiracis calamitha, benjoing. artemis. & florum melilo. an. ℥ j. cum ol. & cera fiat empl. pro ventre & osse sacro.

Contineat se in lecto, & utatur syrup. capil. vener. cum decoct. artemisia & galiopseos aromat.

℞. *Galanga & ammo. an. ℥ j.* involvatur baculus crassus ad longitudinem sinus uteri: ex iis solutis cum cera & pulvere majorana fiat pessarium.

## CONSILIUM CVI.

*Pro ulcere in regione pubis.*

**N**OBILIS mulier Xantonensis annos nata 40. laborabat ulcere in regione pubis. Aliquando foetens materia instar facis exercebatur illac. Quum hic tumor & ulcus multis de causis oriri possit, vel in ipsis inguinum glandulis, vel ab intestini, aut omenti prolapsu, vel ab utero in eam incumbente partem, vix resciri potest unde hoc sit, quum non rescriptum fuerit an ante tormina præcesserint, an menses suppressi fuerint. Itaque nullis apparentibus signis, aut male affecti uteri, aut intestini majoris, aut ilei, verisimile est in inguen prolapsam esse cæci intestini apophysin, quæ tandem computruit & sinum effecit: Ea apophysin ita affecta non est necesse ea sequi symptomata quæ consequi solent in aliorum, aut tenuiorum, aut crassiorum intestinorum affectu, ut sunt volvulus, alvi profluvia, vomitiones. Remedia non alia sint quam quæ ad detergenda ulcera conveniunt, ut sunt injectiones frequentes, immo & usus lactis asinini. Si male affecti uteri signa aderunt, huic providendum.

## CONSILIUM CVII.

*De urine incontinentia.*

**V**IRGO jam matura viro urinam continere non poterat, quod i parentibus valde molestum erat: Ea arte illi occursum est. Abstineat omni jusculo, præsertim in quo radices ureticæ inerunt. Institutus syrupus laxativus ex agarico, folicu. & rheu. additis in decoct. myrobalan. addito quoque syrup. rosarum pall. & addita in coquendo plantag.

*Ballonii Oper. Tom. II.*

A a

℞. Sal-

℥. *Salvia major. orig. calam. prima veris, lavandula, ruta, an. m. j. acori cy. an. ℥ j. flor. chamem. p. j. absinth. p. j. medii corticis quercus & balaust. an. p. j. fiat saccu. qui bulliat in aquis partibus vini adstring. & aqua fabror. foveatur extremo pars spina.*

℥. *Ol. costini, & ol. samb. an. ℥ j. s. de hyperico. ℥ 6. pul. cyp. ireos florent. an. ℥ ij. pul. balaust. ℥ s. fiat litus. Item valet emplastr. contra rupturam.*

℥. *Ossium omnium myrobal. assarorum & exstinctorum aceto. an. ℥ j. seminis nasturt. coriandri preparati exstincti succo omphacii. an. ℥ i. s. ambra citrina, cupul. gland. nucis cupress. an. ℥ iiij. cum sacch. suff. fiet pulvis adde cinn. & corall. rub. an. ℥ j. pellicula interioris stomach. gall. ℥ iiij. utetur jure lentium coctarum.*

*Utatur clysteribus ex carminativis cyp. acoro, calamo arom. sul. majorana melle anthosato, & confectioe hiera.*

## A N N O T A T I O.

*Ea de re caput ab Hollerio conscriptum est cap. de iis qui noctu permejunt lectum, lib. de compos. Medicamentorum.*

## CONSILIUM CV.

*Ad visus imbecillitatem.*

**C**UIDAM annos undeviginti nato non ita acutus erat visus, sed in rem intuenti acius imminuebatur, sentiebatque tenebricosum quid ob oculos obversari: Quod potius ad vitium ventriculi cruditate laborantis relatum est. Itaque his remediis providetur:

℥. *Specierum hiera picra dupl. aloë, massa pilul. sine quibus. an. ℥ ij. fiant pilule cum aqu. euphrag. utatur saepe dragea communi a pastu.*

℥. *Aqu. fœnicul. chelid. ruta. an. ℥ 6. aqu. ros. & berb. an. ℥ j. misce pro ablutione oculorum.*

℥. *Seminis fœnicul. aceto macerati & exsiccati. ℥ j. pulv. euphrag. coriandri prepar. an. ℥ s. cinnam. & malt. an. ℥ j. seminis end. mel. & citrii mundati. an. ℥ ij. diarrh. abb. & diamarg. frig. an. ℥ j. sacch. ros. quod suff. fiat pulvis utend. a pastu.*

*Frictiones capitis, cucurbitula, jussus mandere caryophyl. zedoariam, fœticulum dulce.*

℥. *Specierum aromat. ros. ℥ j. seminis fœnic. dul. pulveris euph. an. ℥ j. cinnam. ℥ j. macis gra. 4. sacch. ℥ iiij. fiat pulv.*

CON-

## CONSILIUM CVI.

*Pro quodam qui jam per tres menses integros laborarat, ut tante diuturnitatis causa in medicos tacite referretur.*

**D**UO maxime hoc loco quaeruntur, quæ tam diurni hujus mali causa esse videatur: & an ars nostra tantum possit, ut qui morbus, tum ratione sui, tum ex eventu forte protractus est, is brevior artificio nostro reddatur. Nam hoc videmus in tacitis eorum, qui huc venire, & qui ægro adsunt, aut amicitia gratia cum invisunt, eo maxime animo ut si aut re, aut alia ratione juvare possent, id ipsum lubentissime præstarent ne amici deessent officio: tacitis, inquam, animis, & mirum & latens esse, ut frequentiore & crebriore medicorum, & coitione & consilio promptius aliquod diurni languoris præsidium expectent. Quasi factum sit, aut incuria medici qui quotidianam diligentiam præstitit, aut artis defectu, ac impotentia, ut qui morbus & specie, & natura longus futurus erat, talis forte redderetur. Ac primum & veterum auctoritas, & ratio ipsa, & medendi usus jam confirmavit necessario morbos existere chronicos, in quibus potius ægrotantis miseri patientia tolerantiaque leniendum est desiderium, quam ut se sinat flagrantiore sanitatis (cujus absentia extabuit pene ac afflictius est) cupiditate languescere ac consumi. Ut iis contingit qui rem aliquam voluptate impulsu depereunt, tantoque magis affliguntur ac languent, quanto id ipsum quod tantopere expetunt, longius abesse opinantur. At iis minuenda levandaque opinio. Quum Hippoc. scribit, *Natura morborum Medici*. Duo maxime proponit, & in morbis plerisque naturam cum arte concurrere ad oppugnationem morbi, & etiam sine arte, idest, sine artis manifesto ministerio, naturam morbos tandem evincere ac superare. Non quod hoc de natura elogio Hippocrates artis medicæ dignitatem, offendant, aut tollat, sed ut & naturæ & arti, duobus morborum oppugnantibus, quæ debetur in evictione morborum gratia referatur. Nam si sola hæc natura morbis mederetur, cur tot se fregisset laboribus in arte excolenda quæ multis profuit? An tamquam quid fortuitum, & in fortunæ inani conatu positum? Scio enim id quod a Celso scribitur: *Quum in morbis multum & fortuna conferat, eademque sæpe salutaria, sæpe vana sint, dubitari potest secunda valetudo medicina, an corporis beneficio contigerit. In his quoque in quibus medicamentis maxime utimur, quamvis profectus evidentior est, tamen & sanitatem, & per hac frustra queri, & sine his reddi manifestum est. Sicut in oculis quoque deprehendi potest, qui a medicis diu divexati, sine his interdum sanescunt. At in ea parte, qua manu curat, evidens est omnem profectum (ut aliquid ab aliis adjuvetur) huic tamen plurimum trahere.* Et Aetius disputans de melancholiæ hypochondriacæ curatione & essentia, monet, ut sæpe desistamus instituto; utpote operam ludentes & temere validis medicamentis nullum operæ præcium afferentibus miseros ægros fatigantes & vexantes. Ut jam infinitorum morborum cura relinquatur, magno medicorum dedecore: Immo & plerique contumaces

6. Epid.  
part. 1.  
sect. 5.

Cap. 1.  
lib. 7.



tumaces morbi magna cum eorum vituperatione, medicorum vocentur opprobrium: ut jam in iis tantum morbis sese jactent venditentque medici, qui sua sponte soloque naturæ adminiculo facile sanarentur. Sed quorum morborum abstrusior est cognitio & paulum ardua curatio, eos pro derelictis & conclamatis habent: in quibus tamen ( si quis artis medicæ, & honos, & usus, & profectus esset ) suam industriam & acere & explicare deberent.

Atque idem fere medicis contingit quod & navium gubernatoribus. *Qui navem regunt in tranquillitate, si forte aut deficiant, aut delinquant, non sunt manifesti: quum vero deprehenderit ipsos ventus & tempestas, palam jam conspicui sunt omnibus hominibus quod & ignorantia & culpa erroris sui navem perdidierint. Sic sane & multi mali medici quum curant homines nil grave patientes: in quos etiam si quis graviter delinquat, nil grave faciat. Sunt autem multi tales morbi, & multo sæpius quam graves hominibus accidunt. In talibus sane delinquentes non sunt manifesti hominibus idiotis: ubi vero obtigerit magnus, & fortis & periculosus morbus, tum ipsorum delicta, & ars omnibus in conspicuo sunt. Nec enim longe absunt singulorum*

Hippocr.  
lib. de  
veteri  
medici-  
na.

Aetius  
cap. 10.  
Tetrab.  
2. serm. 2.

pœna ac cruces, sed brevi adsunt. Hæc Hippocrates. Atque his docet & artis vim, & medici industriam maxime elucere in magnis morbis, quum & leves morbi facile per se ipsi sanescant, & si quid in iis satagat medicus nihil tamen operæ pretium faciat, quum nulla hic artis vis vigeat. Atque Aetium loco prædicto audiamus: *Multi melancholici ex efficacioribus vomitoriis male habuerunt. At proinde operæ pretium est nosse, quod multi sic agrotantes in tempore curationis parum commodi perceperunt. Dimissa vero curatione restituti sunt, natura ante curationem prevalente contra morbos debiles ex medela factos. Quapropter natura remissionem dare oportet. Videtur enim una cum curationibus affligi: in quiete vero invalescere & superare morbos jam attenuatos. Quum itaque morbi, aut breves, aut longi sint, & in brevium curatione nil habeat quod ostendet medicus præsertim si leves sint, quum etiam solus sudor extemporaneam afferat medelam, longi autem solo naturæ adminiculo tollantur: immo plus sæpe ars ipsa officiat quam profit: videndum an non casu & fortuna sanitas contingat. Ac primum: idem olim in artem medicam omnium præstantissimam & apprime ad humani generis salutem facientem conjiciebatur quod & nunc. Nam primum quod desperatis salutis artis ope restitui nequeat, id vitio arti tradunt: quod autem restituantur aliqui, id a fortuna pendere contendunt. Ac si cæcus & temerarius fortunæ conatus in hac maxime arte spectetur: Hippocr. a talibus convitiis artem, utpote innocentem, quibus olim illam verberabant, vindicavit. Ego, ait, non privabo fortunam tamquam nihil operæ pretii afferat. Puto enim morbis qui male curantur infortunium accedere, qui vero bene, eos bonam fortunam nanciisci. At eo loco multam commendationem arti attribuit, quam ipsi fortunæ detrahit. Alioqui agris laborantibus erat ad fortunam confugiendum, non ad artem. Contra tamen faciunt: ac sic orationi factum dissonat. Idem Hippocr. superius dictum amplius confirmat: *Non est quod amplius aliquis eorum qui sine medico convalescerunt casum spontaneum vero sermone vehe-**

de Arte.  
Hipp. lib.

Ibidem.

re possit tamquam sanationis causam. Spontaneum quidem nihil apparet ac deprehenditur. Omne enim quod fit propter aliquid fieri comperitur: atque etiam in singulis adeo propter aliquid fieri videtur, spontaneum autem nullam essentiam habet, sed nudum nomen est. Medicina & essentiam habet, & de industria aliquid agit. Et alio in loco preclarior multo docet: Medicina tota inventa esse dicitur quæ sic habet & docet singulas consuetudines & occasiones. Qui sic medicinam novit, minime fortunam respicit, aut exspectat, sed & citra fortunam, & cum fortuna recte facit. Constans enim ac firma est medicina, & doctrina in ea optime composita minime fortuna egent. Nam fortuna sui juris est, & nullius imperio subest, nec optantis est ad eam pervenire. Si enim morborum medicamenta clara sunt, non exspectant sane fortunam ad sanandos morbos.

Lib. de  
locis in  
homine.

Sed est ubi medicus fortuna uti videtur, est ubi non videtur; Ut si quum dat pharmacum ad unum finem tendens, & duo sequantur felices exitus, fortunatus dicitur: Contra si dum datur medicamentum iuste & legitime, & loco & tempore præscriptum, & in purgatione ipsa casu forteque vena rumpitur, aut abscessus, quum hoc minime medicamenti viribus tribui debeat, tamen δυστυχία, dicitur infelixque eventus. Quæ omnia plenissime ab Hippoc. describuntur in libris de morbis, & sub finem libri de locis in homine.

Lib. 1.

An fortuna partes aliquas in arte medica teneat disputatum est eo modo quo Galenus dicit fortunam: Sæpe medico non contemnendam acquirenda laudis occasionem porrigere, quæ tamen ob imperitiam vulgus medicorum nisi nescit: Nunc duo breviter explicanda sunt, prius an artis defectus sit aliquis quod deploratis morbis nil opis adhiberi possit, posterius est ut quæramus de morborum longitudine, & cur ars ipsa non possit sæpe cursum tam diuturni morbi intercipere, quin aliquando annui, aliquando septennales morbi reperiantur. De priore Hippocrates abunde egit contra artis medicæ juratos capitalesque hostes, qui illius artis, quæ tot ante sæculis exulta, salutarem hominibus opem adunxit, laudes obterere ac labefactare etiam Hippocratis ætate conabantur. At εἰρωνικῶς Hippocr. in eos invehitur, dum ait, Qui ideo rejiciunt artem medicam quod ea victis a morbo suppetias non ferat, si medicis indignarentur quod ipsorum talia dicentium, ut delirantium curam non habeant, magis hercle merito succensere debeant; quam justam artis reprehendenda occasionem habeant. Si quis enim ab arte potentiam in ea qua non proficietur, requirat, aut a natura facultatem in ea ad qua natura non est exigat, is ignorat insaniam potius dementia quam ignorantia convenire. Quare artis vim magis ex merito admiremur, si quem ex clandestino morbo agrum restituat, quam si impossibilibus & desperatis opem aliquam ferre studeat. De priore satis hæc sunt. Nunc ad posterius.

Cap. ult.  
lib. 5. de  
locis aff.

Hippocrates mirus brevitatis auctor, sed magnarum & sublimium rerum & adumbrator, & scrutator, passim duos humores constituit, bilem & pituitam, & eos, τὰ συγγενότα vocat: hujus hæc sunt verba, ἢ μὲν χολὴ ἔ τὸ φλέγμα & γνομήμισι τι συγγένεται, ἔ ἐστὶν ἐν τῷ σώματι ἢ πλεόν ἢ ἐλασσόν: idest, nascentibus nobis & bilis, & pituita congenerantur, suntque in corpore plus minusve.

Lib. 1. de  
morbis.

Ballonii Oper. Tom. II.

Aa 3

Eisdem

Eosdem humores solos duos statuit aliis quoque locis. Libro quarto de morbis quatuor τὰ συγγεγότα, constituit bilem, pituitam, sanguinem, hydropem, sive aquam. Galenus com. in Aphorismos dictum illud Hippocratis de duobus humoribus interpretatur: immo nomine τῆς χολῆς, omnes fere humores laconice intelligi docet: Eandem sententiam libri de morbis adumbrare videtur in epidemiis dum ait: *Si hominem calor corripiat, non a bile aut a pituita, sed a lassitudine, aut alias febriat, aqua multa irrigato &c.* Ac si Hippocr. omnem morbum humoralem, aut a bile, aut a pituita nasci doceat. Sed non abs. re hoc scripsit Hippocrates. Nam quum videret morbos omnes aut breves esse, aut longos, duo statuendi sunt humores qui illorum morborum causæ ac principia existunt. Non quod adeo jejunos fuerit Hippocr. ut præter duos illos nullum alium subesse docuerit. Verum ut experientia manifestum facit omnis mos, indoles & ingenium morborum, aut pituitam, aut bilem facile respicit.

Nam sanguis facile in bilem degenerat, immo & videtur Galenus dicere pituitam, per putrefactionem bilis naturam redolere: succus autem melancholicus & pituita aliquid habent συγγεγῆς, ut Galenus demonstrat in Aphor. com. Itaque qui duos humores constituit, aliorum vim quodammodo adumbrat, & satis indicat duo summa morborum genera, unum acutorum, alterum longorum. Atque illorum κρίσις est & repentina mutatio litisque contestata diremtio, horum vero λύσις, ut in libris de crisi- bus demonstrat Gal. Itaque ex humorum natura qui interna sunt insitaque nostræ generationis principia necessario statuere oportet morbos longos, alios breves. Ut omnem vim naturæ generationisque primordia adimere conentur, qui omnes longos morbos, aut breves omnes esse posse credant. Sic humorum vis ipsa & natura pro morborum varietate pugnat. Atque Gal. & Hipp. ex humorum varietate duo ista summa morborum genera duxerunt: *Morbi acuti sunt, ait, quorum natura in humoribus calidis consistit, qui vel aequaliter per omnes partes animalis fusi sunt, vel aliquam partem obsederunt. Morbi vero longi ob lentos, crassos, ac frigidos humores fiunt qui non facile concoqui possunt, & in partibus patientibus impæcti sunt. Ita ut eorum dispositiones magis præduris tumoribus quam inflammationibus similes existant.* Deinde subdit, *morbos istos longos, aut atra bilis, aut pituita naturam habere.* Porro illud verum, quod scribit Galenus omnes morbos diuturnos frigidos esse: quamquam in Epidemiis quosdam affectus calidos diuturnos esse docet, & qui successu temporis conquiescant, ac præsertim ætate senili. Atque hos affectus, νῆσις συντόρησις vocat, nomine τῆς νῆσις, generalius sumto, quemadmodum & ab ipso Hippocrate fames morbus appellatur. Immo generaliter, quicquid homini molestiam ac tristitiam affert, id morbus vocatur. Affectus autem isti diuturni & calidi, tamen sunt renum passiones calidæ & hemicrania: calidæ. Quamquam maxima ex parte succus frigidus morbos longos facit, calidus breves. Quod & Galenus explicat, dum docet quid Hippocr. nomine veteris doloris aut recentis crane oborti velit. Itaque jam apparet quomodo ex parte humorum qui morborum sunt parentes & causa materialis, alii morbi sint longi, alii breves.

Breves. Eodem pertinet ætas, tempus, regio. Nam hiemæ etiã omnes humores pituitescunt. Immo ex Hippocrate si medicamentum etiã quodvis hieme dederis, pituitam multam eliciet, tametsi cholagogon sit, ob dominatum humoris illa tempestate, hinc qui in eam incidunt morbi, longi sunt, tum quia materia est contumax, tum quia vires ad tantam diurnitatem ferendam sufficiunt. Sed præter humores qui causæ sunt aut brevitatæ, aut diurnitatis morborum, est & alia causâ potentissima, nempe *diædrosis* quædam in partibus, quam efficere potissimum vult Galenus relapsum, & circuitionem morborum.

Unde tametsi omni arte curaque effeceris, ut humores pellantur, nihil tamen præstiteris nisi dispositio ipsa penitus sublata fuerit. Ut mirum sit cur post diurnum profluvium quo omnis corporis sentina exhausta est, febres etiã maneat æque pertinaces ac ante. Adeo magna vis ipsius *diædrosis*, ad alendum fovendumque morborum semen. Ac propterea plerisque visum est tantæ in febre quartana diurnitatis causam non aliunde petendam quam ex cancrosa dispositione in corpore lienis. Nam quas quartanas solus humor melancholicus accendit, eæ non sunt ita diurnæ: Sed quum lienis ipsius temperies est mutata, citra inflammationem, aut scirrhum, aut obstructionem (quod de hepatis *κακοπραγία*, docet Galen.) mirum quam protrahantur affectus ipsi. At quum non sit in manu medici situm, istam aut partis *diædrosin*, aut *diædrosin*, aut notam quæ elui non potest, & quæ lanis assyrio colore tinctis similis est, tollere (ut de alterato cerebro loquitur Gal.) non est quoque in potestate illius ut morbos inde natos, fautos, productos & altos tollat. Immo ne impediatur sæpe quominus aut septennis, aut septimestris morbus fiat. Itaque non humori hæc morborum tædiosa prolixitas, non naturæ, non artis impotentiz tribuatur, sed isti partium *diædrosi*, quæ fomitis instar & alit & fovet & renovat morbos fere extinctos.

### A N N O T A T I O N E S.

1 Ideo Hippocr. lib. 2. Aphor. monebat omnia secundum rationem agentis &c. Et Galen. apte ad hunc locum, ut quum gutta lapidem ferit, vix est in lapide sensibilis passio: sic in crudis coctuque difficilibus dispositionibus, in quibus quum aliquid sit cum ratione, non desistendum.

2 Id fortassis mirum fuerit, sed Galen. idem demonstravit, comm. ad part. 17. sect. 2. lib. 1. Prorrh. Ubi docet non proficere quicquam humorum evacuationem, quum jam morbus inductus est.

### C O N S I L I U M C V I I.

De Febre quartana arthritide & variis affectibus.

**J**OANNES FORMAGEUS dum juvenis esset valde famelicus erat & ciborum appetens. Vix famem satiabat. Observarunt primarii medici eos, quibus aut imbecillus est lien, utpote non satis officiose expurgans

hepar, aut putris, voraces esse ac veluti vulgimo quodam generaliter dicto occupari. Ac revera hic de quo nunc agimus splenicus erat, corpore & habitu melancholicus per aduersionem, sed tamen moribus & animo satis festivus & hilaris. Sed litteræ illæ interiores, quibus vitiosissima etiam natura potest emendari ( exemplo Socratis, ) illum ad istam aequitatem & hilaritatem traducere potuerant. At febris quartana longa qua detentus fuerat, & dolor fixus ad hypochondrium sinistrum, & apertio cadaveris satis testantur quale in liene vitium fuerit. Vix enim quis diuturna febre quartana, & nulla arte medicinali detinetur quin vitium sit in liene, & antecedens, & consequens. Antecedens vero vitium infirmitatem, aut in substantia ipsa aliquid latens & contra naturam quod congenerem affinemque morbum accersat, pariat, alat, foveat, & in multos dies ac annos etiam deducat. Si enim quamdam congestionem, humoris melancholici sustuleris, quæ autumnalis, aut hiemalis quartanæ febris auctor esse potest, fere fit, ut diuturnæ quartanæ focum habeant in liene, sed tanto diuturniores fiant, quanto vitium est interius, ut totius substantiæ esse dicatur morbus, & *κακοπραγία*, contingat in parte ipsa. Consequens autem vitium voco, illud quod sequitur ex longa obsidione & occupatione ipsius partis. Nam non potest fieri ut morbus aliquis in parte diutius stabuletur, quin partem ipsam in qua residet infirmet officiatque, immo deterjorem faciat quam antequam morbus ipse eam occuparit. Dolor autem qui illum sæpe affligebat in sinistro hypochondrio, satis indicabat subesse quippiam contra naturam. Si verum illud quod scribit Hippoc. *Ubi dolor & calor, ibi morbus*. Et quum cibum ingesserat, conquiescebat dolor. Sic enim credebatur esse ab inanitione, quod ingesto cibo mitesceret. At palliativa & fictitia ista erat doloris sedatio. Atque eo modo multa fiunt & adhibentur quæ dolorem leniunt, quum tamen ea non sint legitima illius doloris sedandi remedia. Sed id fit *κατὰ τὸ συμβεβηκός*. Aperto autem cadavere putris & semilacer inventus lien, & in magnam molem excreverat, sed corruptione propriæ substantiæ in partes veluti minimas concisus & semiosus videbatur. Præter autem naturale & insitum ipsi lieni vitium, quod corpusculum istud in tantam corruptionem adducere non poterat, sed juvare tantum, causa erat *φρηνιταρτινίη*, quæ noxam magnam intulerat ipsi lieni. Nam quum forte in equum conscendisset, ut eum fingeret & moderaretur, artis equestris parum peritus tanta vi ab equo depressus ac decussus est in solum, ut mirum fuerit cur repente oppressus non sit. Inciderat in latus sinistrum, & pulmo & lien vitium ceperant. Nam lobi pulmonis sinistri adhæserant costis, & in liene sanguis concretus erat qui e propriis vasis effusus, tandem ruptis tunicis quibus concludebatur, inopinatam mortem eo quo dicemus modo, intulit.

Ad medium mensis Martii dolere cœpit pedem dextrum, revera arthritidis erat, eaque residua ex febre illa quartana de qua paullo ante dictum est. Nam narrabat se diurnitatis suæ febris quartanæ tædio affectum omnia remedia undique quævisse quibus posset cito ( sed non tuto ) febre ista defungi. Consultum est ut hauriret cyathum unum aceti destillati aqua diluti.

Iuti. Revera febris visa est exstingui. Sed vice illius totum corpus scabie est infectum, nec non ab eo tempore in magnis temporum mutationibus articularibus doloribus est impeditus. Quum ergo duos integros dies magno pedis articulo laborasset, & ad anodyna more solito confugisset, dum cessat dolor iste, paullo post de doloribus hypochondriorum, & praesertim sinistri conqueritur, in neutrum decumbere poterat. Erecta cervice spirare cogebatur, Murmur erat magnum & flatuum Ilias: dolores istos a flatibus esse putabamus, alii vero ab illius refluxu materiae, & orgasmo materiae antecedentis, quae ejusdem erat naturae cum ea quae dolores articulares committebat. Revera autem, ut multis colligebatur argumentis, contra paradoxon Fernelii dolores isti articulares non a capite erant, sed ab interno corpore, Etenim ante docuimus quomodo cessans quartana febris in arthritin cesserit. Credibile esse putabamus quod Hippoc. in Epidem. scripsisset: *Cui intestinum in dextera parte dolebat & articularum morbo laboravit, erat quietior, postquam hic curatus fuit, erat dolentior*: Hujus in com. duas causas Gal. reddit: Priorem, *quod duobus doloribus una non eundem locum infestantibus, major obscurat minorem*: Posteriolem, *quod humorum in artus currentium impetus ad colon intestinum conversus est*. Allegabatur illud Hippoc. De eo cui pollex in pede affectus tam repentinam mortem intentavit. Et de Calvo cui femur doluit & desinente femoris dolore mentis alienatio subinde est consecuta, & quarto die mors. Ac tam subita spiritus interceptio, tam subitus dolor, & impotentia decumbendi in alterutrum latus, magnam translationis symptomaticae a parte affecta, ad ventrem suspicionem afferebat. Et revera adjuvans causa esse potuit, datum medicamentum ex Catholicone; totus dies quo datum medicamentum plenus fuit molestiarum & leipthymiarum. Quae excernebantur erant virulenta: & istas animi defectiones, a motu istius virosae materiae esse putabamus. Vox faucibus paene haerebat, facies fere hippocratica reddita est repente. Quod omnibus terrificum fuit. Accusabatur medicamentum innocens, quod satius fuisset secare venam quam purgare. Duabus tribusve de causis abstinendum fuisse a medicamento contendebant: prima est in generali illo proloquio firmata, quoties duorum solemnium remediorum purgationis, & venae sectionis usus incidit necessarius, a phlebotomia est auspicandum: quod quum alias ex usu esset, tum maxime in isto casu erat usurpandum. Nam inflammatio, & dolor qui aderat, & orgasmus maxime phlebotomiam postulabant. Sed inter ceteras causas orgasmus. Nil est enim quod efferos, & tumultuarie agitados humores compefcat aequo cito ac phlebotomia. Quod non cito, nec tam facile facit purgatio. Immo purgatio saepe turbat humores, & motu ipso deteriores reddit. Omnis enim humor pravus motus, deterior seipso fit, dum quiescit. Ac praesertim ad sectionem venae festinandum est, quum per vasa fluxus, refluxusque esse videtur. Quod si in ventre humor est ac veluti a massa secretus, tum per alvum, aut aliam commodam viam, apte repurgatur.

2 Alia ratio quae nos ad sectionem venae adducere debuerat, est illud quod vulgo observatur, in articularibus doloribus, & vomitionibus, & cholera morbo,

Part. 2.  
sect. 4. lib.  
6. Epid.

Histor. 9.  
sect. 3. lib.  
1. Epid.

Com. in  
partic. 6.  
sect. 1. lib.  
6. Epid.

morbo, dum humor est in motu, agiturque huc & illuc, a medicamentis purgantibus magna infertur noxa, si tum usurpantur, quum humores efferi sunt, ac tumultuose evagantur. Nam rursus agitati a medicamento efferantur magis, & naturæ vis infertur, ut quæ lædatur valde ob dolores varios quos modo in hac parte, in quam repit humor, perferit, modo in illa in quam suam tyrannidem humor illabens exercet. Immo fatiscit sæpe natura in ejusmodi purgationibus repente factis dum humor *ὀργη* nisi exspectes sedationem aliquam & quietem ipsius humoris. Quod si tibi certo constaret medicamenti usu humorem vagantem variasque in partes deductum, in ventrem librumque spatium impulsus iri, quo natura sese illo facile expediat, tunc tuto purgabis. Sed quia sæpe dum tu intendis avocare humorem, & in alvum intestinaque tamquam idonea & conferentia ad evacuandum loca, intruditur humor in partes inanes & membranarum interstitia, unde crudelissimi oboriuntur dolores, præclare consulunt, ut coquantur humor: id est mitigetur, reprimatur, modificetur; (nam coctio proprie dicta humorum est crassorum, non autem tenuium & efferorum,) ne impellatur, quo non oportet, & majores in ea parte excitet turbas quam ante, & vis naturæ inferatur. Propterea ita audire oportet sententiam istam. Alioqui facile quis persuaderi possit, tum maxime purgationi locum esse quum turbatur & vagabunde incitatur humor. Ideo dum in arthritide dolores implacabiles excitantur; modo in hac, modo in illa parte, propter raptum humorum, conferret (dicit aliquis) humorem purgare: non exspectare donec quiescat, quia forte sero nimis id fieret, & metus est ne dum ita fuerit effrenis humor, nobilem partem obsideat, antequam illam suo virore contamineat quam opem subsidiumque præsens afferre possis. Ratio autem ista versatur in Aphorismo Hipp. *Concocta medicari oportet, non cruda, neque in principiis, modo non turgeant.* Dum addit, *modo non turgeant*, videtur insinuare occasionem purgandi maxime dum jaestatur humor, nec consistit. Ac si dicat Hippoc. tum maxime purgationi locum esse quum impetum humores faciunt, & dolores suo motu excitant: Nam motus iste quodammodo adjuvabit & attractionem & exclusionem. Contra si figi humorem siverimus, & tempore ad eum exigendum opus erit, & majore vi amolendi humorem jam consistentem & fixum. Cui opinioni Galenus subscribit nos admonens, ut primo quoque tempore accingamur ad amovendos vacuandosque humores qui insolenti motu & tumultuario huc atque illuc feruntur: verba Galeni hæc sunt: *Tales humores evacuare convenit, hoc est, qui agitantur, & de loco ad locum moventur, ac transstunt. Eos vero qui sunt aliqua in parte firmati, nec alio auxilio movere oportet, nec medicari ante collisionem. Tunc enim naturam habemus evacuationi adminiculantem, &c.*

Atque ex hoc loco adduci facile possumus, ut in clamoris ipsius arthritidis doloribus corpus repurgemus. Tamen cavendum id est valde: alioqui dum commovebis humores, verendum est ne eos inflames, & in partem affectam incites & impellas, & consistendum in eo quod diximus ante. Si dum purgans medicamentum damus, nobis constaret mitigatum esse & quodammodo repressum humorem qui tantas in corpore excitat tragædias,

In Com-  
ment.

gædias, & liberos esse exitus, tuto id quidem fieret. Sed quum in artus, aut per vasa, aut per inanitates feratur, metus est ne augeatur fluxus: Ideo videndum, ut dolores placentur (quibus infirmum corpus redditur) quos excitat materia conjuncta, & e vasis elapsa, at tuto tum ad antecedentem concurrens. Quamquam concedimus clysmata, aut eccoprotica, non ea, quæ calore suo, & vi incitent magis humores & commoveant. Ac præsertim cunctari oportet, & a valido medicamento abstinere quum materia est valde effera nullumque pepasimum admittit. Contemperanda est potius, deinde contemperata mitificataque impunius evacuabitur. Materia autem arthritin faciens ferre illius modi est. Et eo forte id sensu Hippoc. eos qui pravo utuntur cibo ægre medicamenta fere scribit, nomine eorum qui pravo utuntur cibo iis intellectis, & qui pravo assumunt cibos, & quibus intus tamquam diarium reconditi sunt humores pravi qui nomine *πυρίστροφις*, maxime comprehenduntur Hippocrat. libro *περί τροφῆς*. Sed ista relinquamus.

*Apb. 36.  
lib. 1.*

Mors quæ repente ingruit non fuit (quemadmodum putabamus) recursus illius materiae quæ in pede dolores excitaverat, aut suppressæ materiei virulentæ & antecedentis commotio, sed rupta veluti vomica interiit. Etenim pulsatio erat in hypochondrio sinistro adeo potens, ut quæcumque ei hypochondrio superessent ea subsultarent: & pulsatio talis percipiebatur, qualis in abscessibus ad suppuratum tendentibus. Sed quæstio, unde collectio ista sanguinis. Eam ad casum prædictum referebamus, ut idem ei contigerit quod & Barnabæ Pantho consarcinatori, (de quo ante) qui apostema annum fere fovit ac aluit intus a casu inflatum, quo repente interiit. Et revera casus iste juvare potuit, & infirmitas lieni innata quæ tam diurnam febrem quartanam foverat. Quamquam audio illum solitum esse queri de sinistro hypochondrio ante casum istum. Sed infirmitas & debilitatio partis & mala diathesis maxime effecit, ut res admodum levis, & occasio exigua tam formidandum malum advexerit. Numquam memoria nostra tam alte palpitans pulsansque hypochondrium contigeramus. Ut mirum non fuerit si ei pars hæc doluerit semper, & si ita repentinæ cladis interitusque causam intus foverit. Ac initio quidem tanti momenti rem esse non putabamus. Sed quemadmodum Galenus annotat, *In doloribus ita abortis nec precipitanter timidum, nec temere securum esse oportet*. Ac nos fateri oportet mali essentiam ignorasse deceptosque similitudine tantum. Idem de se confessus est Hippocrates, ait Celsus, more magnorum virorum & rerum magnarum fiduciam habentium, quibus nimirum convenit simplex erroris veri confessio, præsertim in eo ministerio quod utilitatis publicæ causa memoriæ traditur. Quod si cujusmodi eventus rei foret animadvertissemus, nec rem in certa desperatione positam ante novissemus, prognostico (quod ajunt) reliquissemus: Nec illud evenisset, magna artis nostræ quæ multis est auxilio, calumnia, quod contigit: Nam tribus a venæ sectione horis, derepente arteria vasisque aliis, ut credibile est, in lienis regione ruptis interiit. *Turpis autem est calamitas dato medicamento eodem die egrum interire*, ait Hippocrat. Idem de phlebotomia solemnî remedio dici potest. Et quemadmodum præclare

*Com. in  
historia  
5. sect. 3.  
lib. 3.  
Epid.*

*Cap. 4.  
lib. 8.*

*Lib. de  
medica,  
purgam-  
tibus.*



Cap. 26. re scribit Celsus: *Prudentis est hominis primum eum qui servari non potest*  
lib. 5. *non attingere, nec subire suspicionem ejus ut occisi, quem fors ipsius pere-*  
*mit.* Aliaque commemorabilia illic scribuntur: Sed mirum quod contigit:  
Natura conabatur per vas venosum in capacitatem rejectare eum sanguinem  
quia sua copia & quantitate molestus erat: unde adeo intumuit induruitque  
ventriculus, ut saxeus lapideusque esse videretur. Sed, credo, libera non  
erat via qua id præstaretur. Ac plerique eructatione viscerum in ventricu-  
lum aut sanguinis, aut humoris a subita repentinaque morte sunt vindicati.

Cap. 1. Atque eum in sensum ita scribit Galenus de evacuatione sanguinis ex cor-  
lib. 6. pore lienis, eaque naturali: *Lien, ait, hepatis exemplo excrementa ex se*  
loc. aff. *rejecit, itaut & vomitione melancholicum sanguinem aliquando excernat,*  
Cap. 6. li. *qui interdum per inferiora quoque decedit.* Et alio loco ita scribit: *Sunt qui*  
5. De loc. *putent nequaquam fieri posse ut sanguis vel ab hepate, vel a liene effluens*  
aff. *per ipsum evacuetur: similiter de pure ab ipsis erumpente existimant: Ve-*  
*rum per artis exercitationem utramque opinionem contemplanti mihi, visa est*  
*per ipsum ventriculum fieri evacuatio ex dictis visceribus.* Non dicit an id  
Aph. 25. commode fiat, an non. Sed generaliter de his dictum in aphorismis: *San-*  
lib. 4. *guis quidem supra, qualiscumque fuerit, malus, infra bonus.* Tamen aliquan-  
do videmus excerni. Et juvari ægros plurimum tali excretionem, si modo sint  
ferendo: Item si non sit perennis generatio, sed tantum congestio. Quomo-  
do & Galenus docet pravas etiam urinas tum colore, tum substantia, tum  
contentis laudabiles esse ob eam commoditatem quæ inde consequitur. Nam,  
ut ait, tales urinae excernuntur viscere aliquo ac præcipue jecore sese re-  
purgante facultate sua expultrice.

At vero in dextro hypochondrio *παλμός* erat iste & pulsus qui aneurisma  
subesse declarabat. Itaque ne quis decipiatur eadem ratione qua nos decepti  
sumus de aneurismate, palmo & pulsatione valida in parte aliqua, paucis  
est expediendum. Hippocratem dicunt aut numquam, aut raro in libris  
qui exstant meminisse *τῶ σφυγμοῦ*, eo modo quem accipimus 4, & Gale-  
nus ipse accepit in longa enarratione de pulsibus: Sed quoties nomen *τῶ*  
c. 9. lib. 6. *σφυγμοῦ* reperitur in germanis libris Hippocr. pro manifesta & sensibus con-  
De De- spicua arteriarum pulsatione sumitur. Sic in Ep. scribit, *Cui vena in cubi-*  
cretis *ta pulsarit, insanus & iracundus est,* Græce, ἢ φλέψ σφυζα: Utitur ver-  
Hippocr. bo σφυζα. Et in libro acutorum loquens de usu vini meracioris, ait, hoc  
Señtio. 5. autem meracius sumatum *παλμόν ἢ φλεβῶν*, idest, *σφυγμόν σαφία* facit: Et alio  
lib. 2. loco dum loquitur de iis qui plus solito comedunt, *οἱ κρόταφοι πάλλονται*, id-  
Epid. est *οἱ ἀρτηρίαι ἐν τοῖς κροτάφοις κινεῦνται & σφύζουσιν*, arteriæ temporum mi-  
Lib. 2. de cant & pulsant manifesto, nomine *τῆς φλεβῆς ἀντὶ τῆς ἀρτηρίας*, vetuste sum-  
Diatæ arne. Ca. to. Et Hippocrates *τῶ σφυγμῶ* nomine, generaliter *παλμόν* continet *ἢ πα-*  
9. lib. 6. *λμῶδιν κίνησιν*, ut vocat Galenus in Aphorismis (ut paullo post dicemus) om-  
De De- nemque motum cordis & arteriarum, siue is naturalis sit, siue contra na-  
cretis. turam. Quamquam ut proprie accipiatur nil nomen *σφυγμός*, homonymon  
habet ut contra Agathinum disputat Galenus. Agathinus enim nomine  
*σφυγμῶ*, & pulsus proprie dictum, & palpitationem, & vehementem istum  
motum qui in furiosorum hypochondriis percipitur, comprehendebat. Et  
tamen

tamen ea in re Hippocratem forte secutus est Agathinus . Sed debuerat nosse Hippocratem nondum de proprietate τὸ σφυγμὸν statuisse . Galenus vero diligens scrutator doctrinæ de pulsibus , rerum distinctiones diligentius persecutus est .

§ Sed de pulsante hypochondrio , seu palpitante , nunc plenius dicamus , hujus meminit plerisque in locis Hippocrates . Proprie autem palpitans hypochondrium , vel quum pulsus percipitur a medico , aut ab ægro eo modo quo dum contingitur arteria in carpo , vel quum tumultuarie palpitatur hypochondrium , ut idem percipiatur quod in corde dum palpatorio motu agitur vitio vel existente in corde ipso , ejusque ambiente membrana , vel aliunde elata materia subvectaque in cor . Ac primum de Sileno ; *Hypochondrii contentio submollis utrimque promissa ad umbilicum* . Gal. in comm. de contentione illa Hypochon. & de palpitatione assidua ejusdem Hypochondrii loquens , ( nam Hippocr. addit sub finem historix , *Hypochondrii perpetua palpitatio fuit* , ) Ita scribit : *Palpitatio illa perturbationis , vel delirii signum fuit , videtur & aliqua inflammatio fuisse in septo transverso . Dum enim* , ait Hippocr. *Submollis contentio Græce ὑποκόπτιμος , idest , ὑποκωδός , subvacua , idest , citra tumorem qui tumor adest quum hypochondria inflammantur . Sed ubi inflammatione septi transversi hypochondrium per continuitatem sursum trahitur , contenditur absque tumore* . Atque illo loco apparet hypochondrii palpitationem perturbationis signum esse aut delirii . Et hoc in acutis morbis verum est . Hinc Hippocr. in prognosticis ita scribit : *Si pulsus insit hypochondrio , Græce , ἢ σφυγμὸς ἐν τῷ ὑποχορδρίῳ , perturbationem significat , aut delirium , Græce δόρυβον ἢ παραφροσύνην* : pulsus intelligit perceptionem motus arteriarum , aut a medico , aut ægro sine admotione manus . Quidam legunt non pulsus , sed palpitationem , ut legatur eodem modo quo & in historia de Sileno cui erat palpitatio in hypochondrio assidua , eaque aut perturbationis , aut delirii erat velut antesignanus & prænuntia , quam de vera palpitatione hoc non potest audiri : hæc enim a spiritu crasso & flatulento fit . Sed pulsus & palpitationis nomine audienda vehemens & perceptibilis quædam motio arteriarum , aut magnæ arteriæ dorso incumbentis , eo modo quo in magnis inflammationibus , ac præcipue quum ad suppuratum tendunt , contingit . Nec enim omni inflammationi pulsus adest , sed si ea sit ingens , & suppurato proxima , ut ait Gal. Atque apud Galenum locus est præclarus quo docet palpitantem motum in magnis inflammationibus contingere : consentit enim iis qui istum Aphorismum ita interpretantur : *In febribus circa ventriculum , & fortis æstus , & cordis morsus , vel dolor , malum : nomine τὸ καρδίων , audiunt quidam* ( ait Galenus ) *crebrum & velocem cordis motum & præcipue palpitanti similem . Ac tum extremum malum significatur , vim scilicet vitalem maximo incendio laborare* . Ergo pulsus seu palpitatio , seu perceptibilis motus arteriarum in hypochondrio delirium facile declarat & perturbationem : delirium quidem si cetera consenserint . Ideo subjunxit Hippocrates . Sed oculos inspicere oportet , &c. Sed maxime delirium significatur , si inflammatio sit , aut in ventriculo , aut in septo transverso , eaque quæ in ventriculo

serent  
puls.

Histo. 2.  
sectio. 3.  
lib. 1.  
Epidem.

Part.  
cul. 31.  
lib. 1.  
prognost.

Cap. 1.  
lib. 3.  
Method.

eulo satis insignis, ut in commentario scribit Galenus. Jecur & lien, & magna arteria partes sunt in corpore quæ momentanea sunt, & maxime magna arteria, ait Galenus, quæ si inflammata fuerint forte non illud delirium quod aut ventriculus, aut diaphragma inflammata afferunt, inducet, sed perturbationem. Quamquam si insignis inflammatio fuerit, perniciosum & letale est. Et nomine perturbationis Galen. *vult intelligi commune accedens periculosarum omnium affectionum ex quibus non modo ægri, sed & medici perturbantur*: Ut delirium & insania sit quid majus quam perturbatio: sed ipsa perturbatio adest proxime ad delirium accedens. Volunt quidam perturbationem significare timorem quemdam de periculo mortis, & ipsius ægri turbationem, nempe corporis ipsius. Atque duo hic notare oportet, prius cur Galenus dixit perturbationem dici relative, & ad ægros, & ad medicos. Hoc enim ridiculum videtur: Posterius quid sit intelligendum, per verbum *ἐνέω*. De prioribus dicam. Miror cur Gal. dicat pulsus significare perturbationem, id est, ut perturbetur & æger tum animo, tum corpore, & medicus videns ipsum pulsus hypochondrii. Nam idem Galenus ridet similem interpretationem dicti Hippoc. in Perorrh. & c. *Faciei color bonus, & mæstitia multa, malum*. Substant enim interpretes Hipp. qui referebant nomen mæstitiæ ad medicos, & ad ægros: ad ægros quod qui colore rubro saturati sunt facile in melancholiam incidant, dum corpus perspiratione caret, ut docet Galenus *περι ἐξερπίδρων*: & ad medicos, ut qui doleant & terreantur, quum viderint bonum colorem in ægro præter rationem. Posterius est de verbo *ἐνέω*. Utitur enim verbo isto cum magna energia & significationis vi: Significat enim vel pulsus, vel palpitationem profundam, ut excludatur pulsus & palpitatio musculorum abdominis, qui aut pulsantes, aut palpitantes, nec delirii, nec perturbationis signum dant ullum. Præterea in tertio Epid. dum loquitur de Philista ait, dextrum hypochondrium, intro contractum est ac inclinans: & in Com. Gal. ait, Hypochondrii contentio fieri quum septum transversum alias partes convellit: tenditur autem septum per idiopathiam & sympathiam. Per sympathiam ratione pleuritidis ob inflammationis magnitudinem, & ob nervorum ipsius tensionem. Per idiopathiam ob ipsius inflammationem. Denique inflammatio lienis, hepatis, & septi transversi eam contentioem hypochondriorum afferre solet Galeni opinione. Denique ut generaliter dicamus quoties apud Hippocratem legitur, Hypochondrium hoc vel illo modo contentum esse, in eo febrilis affectionis sedem esse oportet, ait Galen. Comment. in histor. de Hermocrate, hist. 2. sectio. 1. lib. 3. Epid. Atque sunt plerique alii loci, in quibus palpitantis Hypochondrii meminit Hippoc. ut in historia ejus qui in Dealcis horto jacebat, lib. 3. Epid. scribit, *Ad umbilicum perpetua erat palpitatio*. Et in Coacis, *Juxta ventrem in febre palpitationes, mentis emotiones inducunt; Sanguinis autem fluxio horrorem efficit. Item, dolores circa umbilicum palpatorii habent & aliquid mentis emotorium, &c.* Ac de ægro nostro hoc verum fuit quod & in Coacis Hippoc. scribit: *Quibus præcordiorum dolores, oris ventriculi, hepatis, partium circa umbilicum, hi sanguine per alvum egesto servan-*

Part. 14.  
lib. 2.  
Perorrh.  
Cap. 7.  
lib. 3. de  
loc. aff.

Histor. 4.  
sect. 2. li.  
3. Epid.

Com. in  
histor. 8.  
sect. 2. li.  
3. Epid.  
& Histo-  
ria ultri-  
ma lib. 3.  
Epid.

ferantur, non egesto moriuntur. Quis enim dubitat quin si per venam a liene in ventriculū tendentem, aut per alvum fluxisset, sanguinis copia servatus fuisset? Atque ad perpetuam memoriam hoc est menti infingendum, quoties quis etiā dum rectus agit de dolore hypochondriorum præsertim profundo conqueritur, oportet non temere securam esse, sed verendum est de re aliqua latente. Declarat hic noīter æger, & Apollonius in Epidemiis cui consuetus dolor erat ad dextrum Hypochondrium, & hic mortis causa tandem fuit, quū levi alia de causa laborasset. Nam mirantur aliqui sæpe nos levi de causa in morbos incidere: at hæc per se non est causa sufficiens: Etenim, ait Galen. sunt quadam qua per seipsa committere morbum nequeunt, qua si ad corpus, morbo opportunum accesserint, totius causam morbi creduntur sustinere.

Duo nunc restant breviter explicanda, prius de sanguine cur non conversus in pus fuerit tanti temporis diuturnitate: posterius de aneurismate. De Priore dicam, Hippocrates ita scribit: Si in ventrem sanguis præter naturam effunditur, necesse est suppurari. Græce ἐκπυρῖται, idest, φθαρῖται corrumpi & in pus verti. Ac primum nosse oportet id quod placet Hippocr. Si umquam sanguis a propria cavitate in aliam quamcumque pervenerit, omnino est impossibile ut sanguis permaneat. Sed an necesse suppurari? Non placet Galeno, quū suppurari nomen sit unius mutationis in sanguine factæ. Itaque generalius referunt ad τὸ φθαρῖται, idest, vitiari. Sed tribus modis vitiatur sanguis, aut enim in pus vertitur, aut livescit, aut grumescit; grumescit autem præsertim si in magnam cavitatem ceciderit. Atque non mirum si in agro nostro non suppuratus fuerit sanguis, sed nigrefactus, & in grumos versus: erat enim magna pars ejus in amplam cavitatem elapsa. Nec necesse fuit in grumos verti quod quibusdam placere visum est. Et Galenus ait, dolor pulsans inflammationis est comes, suppuratio autem magnarum tantum inflammationum comes est. Sic sanguis in ventrem illapsus non proprie suppurat, nisi adsit inflammatio magna. Ceterum in magnis inflammationibus, & phlegmonis sanguis per minimas partes dispergitur in eas cavitates quæ sunt in musculis quas sola ratione contemplamur: sed in ecchymosi in spatia quæ vas circumjacent effunditur, ut ait Galenus. Ac obiter ne quis similitudine vocum decipiat, aliud est, ἐκχύμωσις, aliud, ἐγγύμωσις. Nam ἐγγύμωσις, significat suffusionem humoris non egressi e propriis conceptaculis; (unde τὰ ἐγγεχύμωμένα vocat) ἐκχύμωσις autem significat effusionem humoris e propriis conceptaculis eo modo quī dictus est. Et Galenus vocat τὰς ἐκχύμωσας, ex vasculis effusiones & inanitiones. Sic quamdiu sanguis a natura regitur ac præsertim si in magnam capacitatem effusus fuerit, non vertitur in pus, aut aliquid simile, præsertim si inflammatio, aut ingens fuerit febris, quæ sanguini ut & humori omni facile malam qualitatem accersat, sed manet in grumos versus. Ac in agro nostro multus erat effusus, deinde rursus aneurismatis ruptio repentinam mortem attulit. Sic iste magnus & apprensus pulsus non delirium significabat, sed contineri aliquid contra naturam in capacitate ista, & arteriam dilatatam valde. Ac forte de isto agro audi-

Hist. 13.  
sect. 3. lib.  
3. Epid.

Com. 2.  
part. 15.  
sect. 1. lib.  
3. Epid.  
Et com.  
ad Hist.  
Silen. lib.  
1. Epid.

Aph. 20.  
lib. 6.

Galen.  
in Com.  
Aphor. il-  
lius.

Cap. 3.  
lib. 1. De  
lois aff.

Com. in  
Aph. 20.  
lib. 6.

Et com.  
in part. 9.  
sect. 2. lib.  
6. Epid.  
Lib. de  
humorib.

*Aph. 22.* *lib. 4.* si potest Aphorismus lib. 4. *Quibuscumque ex morbis acutis, ac diuturnis, sive quovis alio modo extenuatis nigra bilis, sive uti sanguis niger desubter exierit, postridie moriuntur.* Sed inter ceteros locos unus est commemorabilis libro primo de morbis: *Sape quibus venarum aliqua rupta est a laboribus, aut exercitiis, quum coaluerit alio tempore iterum rumpitur: Ubi vero iterum rupta est sanguinem fundit, & statim pereunt sanguinem multum fundentes, pus autem per totum diem excernentes, consimili modo pereunt. Veluti in aliis morbis dictum est.* Hæc Hippocrates. Ceterum de aneurismate, aut aneurysmate cum littera *y*, dicendum puto, quod ad tumorum genus relatum sæpe videtur, & tamen de ejus vena essentia nondum plane constat. Galenus de aneurismate, ita agit: *Quum quis secare venam ratus arteriam vulnerarit, ægre confestim sanguis compescitur. Tamen si res optime cadat, perducta nimirum ad cicatricem divisione, tamen aneurisma fit.* Sic ea essentia est aneurismatis, ut dilatatio vulnusque etiamnum ipsius arteriæ adsit, cute ad cicatricem perducta. Magna porro quaestio est, an in aneurismate sit dilatatio solum, pote vena, aut arteria, ob sanguinis impetum valde ampliata, ac dilatata, an reipsa sanguis e vase sensim profluat profiliatque. Et id pertinet ad ea de quibus jam a nobis actum est, dum quaereremus an necesse sit sanguinem e proprio vase elapsum, sed tamen aliqua ratione in capacitate retentum ac cohibitum, putrescere. Si enim in aneurismate sanguis & spiritus e vase effluxit, si corrumpitur, cur non abscessum facit, & pus fit? Quæ ratio impulit Fernel. ut credat id non fieri: *Credi vix potest, ait, per varicem & aneurisma ruptam apertamque esse venam aut arteriam. Si enim sanguis e vena aut arteria profiliens, non amplius illis contineretur, mox corruptus putresceret, tumorque fieret generis diversi:* In quo a Gal. in duobus dissentit. Eam esse aneurismatis naturam statuit, ut scæta arteriæ vulnus maneat, arteria nimirum, nec cocunte, nec glutinata, nec carne obturata: Si vulnus manet, ergo ut sanguis, & spiritus desiliat necesse est. Tamen hoc absurdum esse Fernelius contendit, Posterius in quo dissentit est, quod si sanguis efflueret, putresceret, & abscessum diversi generis faceret. At jam superius ex Galeno docuimus non esse necesse, ut sanguis e vasis suis elapsus putrescat ac suppuret. Alias enim mutationes subire posse sanguinem a pure demonstravit. Tamén probabilitate quadam nititur opinio Fernelii. Si enim maneret arteria aperta, intra dies aliquot, aut intumesceret valde pars, aut si præ conformatione obsequi ampliusque dilatari non posset, creparet diffringereturque media. At aneurisma diutius etiam durasse oculata testatur fides. Aut igitur ita vulneratum vas connivet, ut parum admodum transfiliat ac exsudat, aut si vas apertum hiansque supponitur, breve intra tempus abrumpitur tumor: unde Galenus lib. de sanguinis missione asserit se advocatum esse ut arteriæ vulneratæ mæderetur in malleolo, quod sanguinis cursus non posset cohiberi, credibile est aneurisma fieri non potuisse, quod aperto nimis arteriæ corpore sanguis & spiritus largius coeffunderetur, An vero necessario e vasis propriis effusus sanguis putrescat, alius forte est loci atque temporis. Ceterum aneurisma a varice sejungunt, quod varix ad venæ dilationem

tionem

tionem referatur, eamque a sanguine, aneurisma autem ad arteriam dilatam idque copia spiritus & sanguinis tenuioris. At varix in cruribus proprie intelligitur, quamquam & ad alias partes potest pertinere. Hippocrates dilatationem venarum in pulmonibus veluti varicosam adstruit, idque *αἰματώδης*, vocat *ἀπὸ τοῦ αἵματος*, quod præ dilatatione divellantur membranae præ sanguinis copia ibi inundantis. Et sic in omnibus corporis partibus ob violentum aliquem conatum ille *αἰματώδης*, seu, *κίρσος*, potest contingere. Et eodem modo sese res habet in aliis partibus ac in cruribus. Aetius de aneurismate abunde differit, & ejus interpres communiter vasorum dilatationem vocat: vel quod omnis vasorum dilatatio aneurismatis nomine prehendi possit, vel quod aneurisma æqualiter, & ad arterias, & ad venas pertineat, vel quod quum aneurismatis naturam constituat arteriæ sectio, alia simul vasorum sit dilatatio & explicatio. Atque in omnibus corporis partibus aneurisma fieri posse docet, sed in quibusdam peculiariter. Deinde subdit: *Oritur autem omnino vasorum dilatatio, aut dum sanguis & spiritus ex arteriis persultant, aut dum oscula earum rumpuntur, aut aperiuntur. Sanguis autem & spiritus paulatim excreti sub cute colliguntur. Et tunc signa sunt certa ejus rei, (de quibus eo loco) ut tumor parvus aut magnus, concolor, indolens, ad tactum mollis & spongiosam laxitatem præ se ferens. Digitorum pressui cedit, us fere evanescat, sed amotis digitis statim revertitur: Id quod in aneurismatis quæ sine vulnere sunt apparet. Sed quum arteriæ vulnus præcessit, & deinde coalescente cute vasorum dilatatio contingit, tumor non similiter mollis percipitur. Sanguis enim copiosior spiritu est, qui in grumos coit, & tumorem attollit. Sic explicat clarissime aneurismatis naturam, & paucos animadvertisse credo illius morbi veras notas. Et ex ejus doctrina licet aneurismatis omnis duplex genus statuere, ut alias sit cum vulnere arteriæ, atque tunc plus sanguinis quam spiritus est, coëfunditur enim ratione vulneris: vel sine ulcere est, quod fit, ait, ob conatum, aut causam externam, aut internam. Internam ut in melancholicis in quibus malignitas est sanguinis. Atque fit vera dilatatio, & effluxio spiritus & spirituosi sanguinis per quamdam *διὰ τὴν ἰσχυρίαν*, & quamdam speciem *ἀναστομώσεως*. Quamquam in quibusdam sine apertione manifesta, aut ruptione potest fieri dilatatio eo modo quo in varicosis venis. Quis enim dicat effluere e vasis ruptis, aut erosis, aut apertis sanguinem? Quæ opinio impulit Fernelium, ut crederet non exsilire e vasis sanguinem in aneurismate. Sed errat Fernelius, & quicumque credit, aut in omni aneurismate esse effluxionem reipsa factam, aut numquam effluxionem esse. Uterque enim graviter errat rerum ignoratione & neglecta auctorum auctoritate. Quum Hippoc. ut paullo ante memini & docet in pulmonibus *αἰματώδης* fieri & vasorum *αἰσώμα*, (vulsuram ad verbum Cornarius vertit) ut in vasis sit tamquam quædam varix (Græce *κίρσος*) si ea in parte magna dilatatio fiat, quis tandem non opinetur verum aneurisma fieri? 10. Atque cum arteria dilatata est valde tum in signis pulsatio adest. De aneurismate, quod *ἀπὸ τοῦ ἐπιπέτου*, dicitur quod ampliare, & dilatare significat, ut potius per *τὸ ὑ*, quam per *τὸ**

Ballonii Oper. Tom. II.

Bb

scribi

scribi oporteat abunde clarissimus Gorraeus in definitionibus medicis pertractavit. Atque inter cetera belle explicuit quomodo differant aneurysmata in quibus jam conclusus sanguis est, & in quibus sensim influit ac effluit spiritus in capacitatem coalescente jam carne.

Quod ad partes aneurysmatis pertinet, quum alia externas corporum occupent, alia internas, quum in omnibus difficilis admodum curatio sit, maxime vero in partium internarum aneurysmatis. Quæ in caput & guttur incidunt ea medentis manum non admittunt. Quæ ad internas partes spectant, ea derepente & minime opinantibus medicis ægros ad exitum precipitant.

Quæri hoc loco potest, an si in sinistro hypochondrio lateat, tuto sectio fieri possit. Hippocrates in libris de affectionibus urit sæpe regionem hepatis, renum, & lienis: sed in earum partium aneurysmate minime, hoc tutum non est.

Remedia ægro instituta, quum tamen non ei latenti & incurabili aneurysmati occurreretur, hæc sequuntur.

Injecta enemata carminativa quæ ob dissipationem flatuum quibus ille abundabat, aliquam allevationem attulerunt.

Dolenti lienis regioni fofus ex anodynis ex rad. bryoniæ, scolopendrii, florum chamæmel. baccarum lauri, juniperi, semin. rutæ adhibentur.

Applicantur frequenter cucurbitulæ: & iis remed. allevabatur.

Opiata hæc instituta:

*℞. Myrobolan. emblicam unam minutim concisam, conservarum bugloj. viol. nenuph. & anthos. an. ℥ iij. corticis citrii conditi ℥ ij. rasura eboris, cornu cervi, margarit. elect. an. ℥ j. ossis e corde cervi ℥ s. pulveris diarrhodonis abb. & lelitia. an. gran. 10. ambra grisea gran. 8. cum syrup. conservationis citrii fiat opiata.*

Mirum hoc est, quum remedia a nobis instituta directe non oppugnarent morbum, quum ille medicis incognitus foret, ut eventus probavit, quomodo tam fofuum usu se levare diceret. Cave ne nimium credas ægro, & non interim diligenter animi nervos intendas ad investigationem morbi, ut non cesses quamdiu certis notis morbum deprehendas. Sunt enim plerique qui malum lenientes quibusdam remediis satis ægro factum credunt: atque interea miserrime ægri opprimuntur morteque rapiuntur. At hoc non satis. Et hac una re multi sunt decepti, qui applicito uno remedio videntes dolorem leniri, ab investigatione ideæ morborum desistunt. Quod multos in vitæ discrimen adduxit.

Et hæc Historia a nobis adducta cautiores nos & diligentiores debet redere, ne cum ignoratione nostra juncta sit ægrorum calamitas magno cum artis vituperio, quam tanta hominum coluit celebritas.

Atque ad historiam morbi hoc quoque addi potest, forte usu cucurbitularum & fofuum, & cataplasmaton ex radice Bryoniæ (quæ omnia confuse administrata sunt ut nihil non agere videremur) attractionem majorem factam fuisse, & mortem acceleratam. Quod in primis Aetius commemorat, & hoc loco sicce non est prætereundum, ne sinamus longius manare

manare errores qui quotidie committuntur: Vidisti tu eodem tempore quum fomentum cuidam adhiberetur cum difficulter spirasse omni superfluitate ad praeordia per calorem attracta. Hic itaque mortuus est quum cataplasma-  
ta instar cucurbitae superfluitates ad partem attrabant. Quidam etiam ipsa cucurbita usi sunt in praecordiis, hoc unum ipsi cogitantes ut aliquid cir-  
ca agros agere viderentur. Actum die 12. Maii 1575.

## A N N O T A T I O.

1 Hippocr. sectio. 3. lib. 2. Epid. Narrat quartanam quoque febrem lon-  
gam facto impetu in universum corpus, & tumore qui ad lienem erat eva-  
nescente desisse.

Idem contigit Joanni Meresse, cujus totum corpus lassitudine ὀσσοίοντα  
laborabat facta translatione a centro ad totum corpus. Et 4. Epid. notat.  
De quodam servo quartanario cui febris conquievit quum factus esset πρῶδης  
aut πρῶδης, idest stupidus, vel in totum corpus translata materia, vel  
in caput. Unde comatosam & catalepticam induxit affectionem.

2 Hinc dices in metu arthritidis, nonnisi cum cautione purgandum quo-  
niam irritatur saepe materia: Vide librum 2. meorum Epidemiorum.

3 Hoc adverbio impunius utitur Cicero. 2. de Divinatione.

4 In Coacis dum de lethargo disputat, utitur nomine σφρυγῆς, proprie  
accepto.

5 De palmo summo & admirabili ad umbilicum & os pestinis narrat,  
sed rationem non reddit Hippoc. 7. Epid. initio in historia de filio Erato-  
lai dysenterico.

6 Et Hippocr. notat 5. Epid. Uxori Gorgia pulsum in utero exstitisse,  
idest, motum arteriarum manifestum post menses suppressos. In uxore Phi-  
lini historia 4. sect. 3. lib. 1. Epid. die 14. palpitationes fuerunt, sed eas ad  
crassos & crudos succos in Com. Galenus refert.

7 Magna arteria pars est principalis, comment. in part. 31. lib. 1. pro-  
gnost.

8 In Collegio Rhemensi cuidam sacerdoti aneurisma erat in cruribus.  
Aperto cadavere reperta est magna dilatatio arteria, & sanguis in ea ar-  
teria concreverat indurueratque: Indurationis causa tribuebatur immodera-  
to rerum refrigerantium usui.

9 Multi falluntur in principio aneurismatis a sectione arteria non orti.  
Credunt enim non esse aneurisma, sed tumorem tantum aliquem praeter  
naturam. Si enim a sectione arteria non incipit, non est necesse ut sit ea  
pulsatio quae adesse solet arteria vulnerata.

10 Quaestio est an in omni aneurismate necessaria sit pulsatio, sine hac  
enim ne aneurismatis quidem rudimentum esse posse contendunt.



**N**obilis vir D. de Cervenay, ad insigne crucis viridis quum accubisset uxori suæ exanthemata patienti, in febrem degenerem incidit. Erat continua, sed exacerbationes habens noctu. Dolores quidam erant circum nothas costas, sed ii adeo parum erant molesti, ut medicos non adduxerint ut eis mederentur. Corpus erat plane bilé ac ictero infectum: Præcalida habebat viscera, & ante quartana annua laborarat. Pulsus erat parum elatus, non febrili, ac calori, ac linguæ respondens. Qui sanguis detractus est biliosa sanie plenus erat & corruptus, dejectiones plane biliosæ. Et quod nos terruit quinto aut sexto die inopinato sputum reddidit permixtum sanguine & bile, & parum nigricans. Pleuritim esse dicebant quod febris esset, & tussis: At ista tussis erat a collecta corrupta ista materia in pulmone. Revera si pulmonia aut vera pleuritis eum adorta fuisset in tanta materiei in pulmone collectæ corruptione, intra paucos dies interisset, accedente maxime pulmonis imbecillitate. Sed quoniam nondum aderat occasio, ut aut costæ aut pulmones laborarent, febris tantum continua occupavit vera & essentialis. Dicat quis, quid illa sputa tam prava & horrenda designabant? Si sputum album esse debet, & omnis expers tincturæ, si vomitiones humorum qui colores alienos habent, aut graveolent malæ sunt, cur non & excreatio alieno colore imbuta? revera si ista colorum pravitas inflammationis comes fuisset, aut si actu inflammatio pulmonemprehendisset (ut ante dictum est) vix ulla vitæ salus sperabilis fuisset. Sic erat excrementum collectionis, non subitæ generationis, aut inflammationis consequens. Atque in hoc maxime ægro, ut & in filio Noei fabri lignarii verum comperimus quod scripsit Hippocrates, *απει ἀποχρηστικῶν*.

*Aph. 47. lib. 4.* In febribus quæ non intermittunt excreationes sanguinolenta, liventes, graveolentes, biliosa, omnes mala sunt. Si bene procedant, bona: eademque ineunda ratio in iis quæ per album & urinas feruntur: Quid? fieri ne potest, ut quantumvis facile cedant sputa cruenta, biliosa, graveolentia, liventia, ea ad salutem pertineant? Sunt enim malæ ut signum, quod partium a quibus manant vitium & corruptionem significant. Nam non modowidendum quam bene procedant ista, sed ut in qualitate tantopere non peccent. Galenus in com. *Ait, Hippoc. debuisse potius dicere omnes malas excreationes, si facile fiant, bonas esse excretionis modo, non qualitate, non loco, non materia, non causa. Nam omnes mala excreationes pravarum signa sunt dispositionum; & sunt eo modo quo in ulceribus putridis quibus ichores saniosi defluunt, nil dispositioni conferentes. Nonnumquam vero ita sicuti pus ex abscessu disrupto bene expurgans partem laborantem. Indicia vero quod bene excernatur, maxima sunt, & coctia & æri tolerantia, item morbi species, tempus anni, regio, ætas, naturaque ægotantis.*

At sæpe coctionis argumenta non apparent, quum ea materia quæ excernitur non sit morbi ullius, sed tantum congesta sit in parte, ut de instituto in ea mitiganda regendaque Natura non fuerit occupata. De excretionibus  
e pul-

e pulmonibus multa Hippocr. in prognosticis, sed tum de apparentibus pulmonum morbis, ut de pleuritide aut peripneumonia loquitur. *Inter cetera, Part. 44. ait, permixta appareat flava bilis admodum screatione oportet. Screatione lib. 2. flava si sincera est, cum periculo est, candida vero, glutinosa & rotunda, progn. inutilis est. Si viridis & spumans admodum est, mala est.* Numquid hic alienos colores, alienamque qualitatem in ptyalissimo vituperat? & tamen docuimus & ex quarto Aphorismorum, & ex historia quam hoc loco narravimus excretiones e pulmone pravas aliquando bonas esse propter eam utilitatem quæ consequitur ex tali excretionem, quod interea partes liberantur ea corrupta materia qua præpediebantur. Tametsi enim materia mala sit, per accidens tamen ratione finis & boni qui inde secutus est eventus, bona dicitur esse. Sic tametsi Natura fluxum sanguinis per hæmorrhoides non instituerit, tamen quia inde commoditates ad sanitatis & custodiam & morborum repulsam consequuntur, fluxus iste opus naturæ ex instituto paratum dicitur e Galeno.

Ac duo sunt celebres loci, & omni memoria digni apud Galenum, ut jubeamus valere & exfulare imprudentem quorundam temeritatem & crassam ignorantiam quum vident pravas aliquas excretiones: Prior est in lib. de locis affectis: *Sape, inquit, hepate robustiore aliqua ex parte effecto pessima Sub fe- nem lib. 5. dejectiones & colore & consistencia apparent, item & urina. Unde decepti medici putant gravissimum morbi periculum subesse. Sed errant. Nam quibus sine ratiocinatione rudis dumtaxat experientia suffragatur, de iis qua raro accidunt, experimenta habere nequeunt, veluti eorum qua saepe accidunt, facile meminerunt.* Alter locus quo explicat illum Hippocrat. locum. *Omnis screatione mala qua non sedat dolorem, qua vero sedat dolorem, omnis melior est. Sape valuit natura, (ait Gal.) pravam vin- Part. 51. lib. 2. cens affectionem expurgare corpus: & in hoc terrentur multi adspicientes pro- secreta vitium materia, nequaquam cognoscentes utrum id symptomatis fiat ratione, an quia natura pravam materiam foras expellat.* Atque excretionis bonæ & utilis notas assignat levationem doloris (quamquam id non sufficit Galeno) & in primo Aphorismorum, *εὐφορίαν 2.* Atque ut id terminemus de quo dictum est: Notanda duo sunt, prius Com. in Apho. 2. lib. 1. cur Hippocrates usus sit nomine ἀποχρέμσεως, non πτυέλων, ut in progn. aut πτύσεως: posterius, cur dixit, in febribus non intermittentibus. Quasi vero in febribus essentialibus (nam nomen εἰς πυρεθῶν, absolute positum febres essentielles notat) excreatio alicujus sit momenti, propriumque sit excrementum febris, quum ejus materia sit in majoribus vasis clausa non in pulmone. Nam quemadmodum in morbis thoracis parvi penditur urinarum inspectio, quod non sint proprium pulmonis excrementum: Ita in febribus ipsis veris non valet sputorum inspectio, nisi auctoris vice. Quia si ad bonitatem actionis ipsius materiei febrilis sputorum appareat adjungaturque bonitas & facilis eductio, bonum id signum. Ego vero conjecturas aliquas afferam quibus adductus forte fuit Hippocrat. ut τῆς ἀποχρέμσεως meminerit. Ac primum id docere voluit ut iis occurrat qui præpropere ac præcipitanter de morbis judicant, & quum vident aliquid alienum

Ballonii Oper. Tom. II.

Bb 3 c parte

e parte, ac praesertim e pulmone excerni, quod non viderint, statim male de morbo ominantur, ac sinistrum eventum praedicunt. Immo putres esse pulmones dicunt, ut si contingat agris mori suam inscitiam (cum forte male curaverint febrem ipsam essentialem) excusatione ista tegant. Aut dixit hoc, ne relicta febre ad excretionem istas malas convertant se, quum tamen male id fiat. Collectio tantum erat per transfudationem ichoris a cacochymia traducti in pulmonem. Aut monet hoc Hippoc. ne terri medici inspectione eorum malorum sputorum aegros deserant tamquam conclamatos. At, tamen si materia ista mala sit, bona tamen est si excretionis modus adsit legitimus, quod vis naturae paruerit in desiccanda materia, quae ob moram talem corruptelam contraxerat. Nonne etiam videmus integra fruente sanitate mungentes subviride saniosum, *δυσώδης*; Et tamen quum mala sit materia, bonum est quod virtus expultrix valeat in excernenda ista materia, quae alioquin maiore mora partem labefecisset. Quod si pleuritis adesset, aut morbus proprius pulmonis, & tale sputum appareret, forte non tam securum esset, quam si in essentiali febre appareret. Quare? Quoniam si vigeret morbus pulmonis cum tali sputo, generationis perennis talis sputi suspicio foret, quod malum est. Sed quum inopinato in febre essentiali talis mala *ἀποχρέμλις* apparet, non tam generatio est, quam veteris excrementi collectio, ut ista mala qualitas & coloratio non tam nata sit ob alienum calorem, quam moram longam in pulmone. Quamquam non dubium est quin si illa putresceret inflammationemque accerseret in pulmone, malum deterius inveheret, quam si alius esset coloris & consistentiae. Unde in prognosticis spumantem & viridem ex pulmone excretionem vituperat & maxime si sincera sit excretio. Praeterea duo notari debent cur dixerit *ἀποχρέμλις*, & febres non intermittentes, quod utrumque (si potest conjectura aliquid) non citra rationem adjectum est. Nam quum nomine *πυρ ἀποχρέμλις* utitur, non autem nomine *πυρ πύελυ*, videtur significanter notare non tam esse materiam thoracis morbificam quae excernitur, quam excrementum aliarum partium, quod in pulmonem influxit, & ob moram aliquam alienum colorem accersivit. Quum autem significatur vera excretio e pulmone, si quis affectus instrumenta respiratori devota tenuerit, utitur voce *πύσσις*, aut *πύελυ*. Ideo dixit, *in febribus non intermittentibus*: ut declaret ratione praesentis cacochymiae & vi caloris humores fundentis, & per modum attractionis ipsius pulmonis a partibus inferis, aut per modum transfusionis & transfudationis colligi in pulmone materiam alienam, quae aut tussi, aut alio modo expectoratur. Et sic de pulmone male affecto non oportet nos male ominari. Per quamdam anastomosin, aut similem passionem cruentae possunt fieri excretiones e pulmone agitatibus humoribus, & ob suam acrimoniam vasa reserantibus. Si enim facile in febribus continuis, auctore Hippocrate, & inflammationes cerebri, & pulmonis facile possunt succedere; numquid pars materiae febrilis a pulmone potest attrahi jam per se maligna, & *κακώδης*, & alieno colore imbuta, quae sputa ordinaria potest tingere, ut inde excretio derepente immutetur? Unde

Lib. 2.  
part. 46.

o. de  
morbis.

Unde dubium esse non debet, quin, si materia illa diutius moretur ibi, pulmones inficiat, ac labefactet. Itaque peropportune excernitur, bonoque est si ejus facilis fiat eductio, & sola fiat ἀπόχρησις, idest, per simplicem excretionem sine vi, sine tussi, sine violento motu aliquo ὑπερτίως, ut loquitur in libro ἀποχρησίων, eductio fiat. Sic nomen ἀπόχρησις, facilitatem excretionis declarat, ac si materia ipsa in os occurrat eo modo quo quum a capite ῥίμμα descendit sine tussi, sed solo linguæ motu expuatur & excreetur id ipsum quod occurrit. Et non mirum si ἀπόχρησις fuerit biliosa; nam totum corpus erat biliosum, cacochymum, & ἰκτερίως. Et quum Hippocrates ait ex signis mox apparentibus de morbo judicandum esse, ut in qua pleuritide mox sputum apparet, ea brevior & securior dicatur, hoc debet intelligi de morbi excremento, non autem de illa materia extraordinaria. Nam multos pulmonicos & pleuriticos vidimus qui primo die morbi e pulmone rejecerint quibus & protractus morbus & mors ingruit. Quoniam educebatur non id quod morbum faciebat.

Aph. 12.  
Lib. 1.

### A N N O T A T I O N E S.

1 Error medicorum qui quum sputum, aut cruentum, aut subcruentum, vident, putant esse aut pleuritid, aut peripneumoniam. Quæ opinio etsi opinione Gal. & Hippoc. paullo post confutata est, quod ex pulmone sæpe prava fiant excretiones, ut florida (idest cruenta) nigricantes, pallida, quum tamen nec sit inflammatio, nec pleuritis, nec peripneumonia. Inter cetera locus est commemorabilis in historia de Pythione, lib. 3. Epid. part. 4. sect. 1. ubi docet sexto die varia Pythioni, & cruenta sputa apparuisse, quum nec peripneumonius, nec pleuriticus foret, nec a capite malum esset, sed a defluxu tantum materia quæ non erat tanta, ut inflammationem pareret, aut forte in pulmone congesta, sed quæ incendium non conceperat.

2 Huc pertinet locus præclarus lib. 2. Epid. sect. 2. ubi loquitur de eruptione Terminthorum in febre continua, & ait, eger autem erat subsplenicus, ac si dicat istam eruptionem non fuisse propriam morbo, sed corpori.

3 Ad hunc locum pertinet historia lib. 5. Epid. de Hippothene: is ceciderat luctans: cruentum ἔχουσις, ait Hippoc. & addit, ἐν τῷ σάλω. Non erat sputum: quod notandum, erat quidem ἀπόχρησις, sed non erat πτύαλον, seu σάλω. Ideo dixit, Videbatur medicis esse peripneumonia, sed non erat. Sic cave ne quid in his erres. Et puto nomen σάλω, pro πτύαλον sumsisse. Quamquam σάλω significat tantum salivam, non sputum.

### CONSILIUM CIX.

De cordis palpitatione.

UXOR LYSÆI annos 22. nata palpitationes cordis persentiscit quas formidinem appellant, alii tremorem & improprie quidem. Quidam

Bb 4

cx

ex veteribus imperite infundunt cum cardiogmo & cardialgia, maleque tremorem vocant. Etenim facultatis animalis imbecilla symptoma non est, nec motus est mixtus naturæ & morbi, & pars loco non dimovetur: quod trementi parti contingit. At tantum elevatur & deprimitur pars. Tamen quod ægri putant cor e loco moveri, ideo tremoris nomine improprie donatur, quo modo & singultum ventriculi convulsionem dici demonstravimus. Conatur enim cor excutere id quod ei molestum est: & cordis elevatio depressioque definitur subinde præter naturam facta. Cardiogmos autem, & παλμός, iidem affectus non sunt, quamquam aliquid affine habent. Ante exposuimus Aphorismi illius particulam, *In febribus circa ventriculum & fortis æstus, & cordis morsus vel dolor, malum*. Miror cur Gal. in comment. iis assentiatur qui nomine τὸ καρδιωγμὸν, intelligant crebrum, velocem & palpitationi similem motum ipsius cordis ob incendium ingens in corde ipso: ex qua Galeni opinione conficiunt incendium ac phlegmonem in corde τοῦ παλμοῦ causam esse posse. Quod a ratione alienum videtur quum Galenus ipse alio loco (sed nondum occurrit locum istum legere) a causa frigida repetat palpitationem. Declarant frigida remedia quæ ad hunc affectum instituta videntur. Ac primum magna est absurditas statuere idem esse καρδιωγμὸν ἢ παλμὸν, quum cardiogmos ad os ventriculi pertineat maxime, palpitationem autem cordis affectio est, quamquam per aliarum partium, & maxime ventriculi consensionem nasci potest. Item καρδιωγμὸς, in cholera morbo & febribus continuis ob morsum ventriculi a flava bile frequens esse solet, ut propterea non debeat numerari inter alia symptomata mala. Quid vero est dicere cardiogmon significare vehementem quemdam motum palpitationi similem? dicam quod sentio. Nomine τοῦ καρδιωγμοῦ, non intelligit affectionem ventriculi ob morsum, sed symptoma quoddam consequens suum æstum in febre, sive æstus sit simplex, sive ob ebullientem flavam bilem in tunicis ventriculi: ut vult in commen. Galenus, ut ὁ καρδιωγμὸς indicet cordis ipsius affectionem cuius affinis est motus quidam palpitatorius, ut quasi unum ex alio consequatur. Et idèo illi veteres καρδιωγμὸν non palpitationem significare dixerunt, sed motum vehementem palpitationi similem. Unde ægri dicunt sibi palpitare cor & quasi ardere præ ingenti æstu quo conflagrant. Hoc quod diximus ne conflagere videamur, confirmabimus auctoritate Hippocr. qui admirabili quadam explicandi vi docet quænam symptomata consequantur erysipelas pulmonis. Atque inter cetera sunt vomitus bilis & pituitæ, nec non deliquia animi. Quod mirum esse potest, quum erysipelas pulmonis propria sit affectio. Sed admirabilius est id quod dicit de causa cur deliquia animi sequantur pulmonis inflammationem, propter *sanguis transmutationem derepente contingentem*. Idèst, quum inflammatus est pulmo duo sequuntur horrenda, nam spiritus cordis inflammantur: immo & aer attractus dum pulmonem transmittit ita incalescit, ut nullum solatium refrigerii afferat, sic cor languere, & languide moveri contingit, & dum crebriore & frequentiore motu cietur, aliquid παλμῶδης contingit; Item attractio

fit

fit sanguinis & spiritus major ob ardorem, nam incendium attrahit, ait Hippocr. Et ob istam attractionem subita fit transmutatio sanguinis quæ palpitationis aliquam speciem affert. Sic vides, in magno æstu & deliquia evenire & palpitationi aliquid simile, ut & deliquium & elevatio depressioque pulsus, & crebra mutatio conjungantur. Immo & in morbo, & per sanitatem quum evariat pulsus, ut e magno in parvum, e frequenti in rarum, e veloci in tardum mutatio fiat, palpitationis magna sunt argumenta. At dum æstus ingens in corde est, præsertim si de repente magna fiat attractio spiritus & sanguinis, & mutatio pulsus & palpitationis occasio facile incidit. Ergo quum ingens aliquod incendium est, & aliquid est palpitan, ob similitudinem quamdam cum palpitatione, motus iste *παλμώδης* dicitur. Ceterum, ut ante dictum est, volunt ex Galeno veræ palpitationis causam esse frigidam. Quod si verum est, cur veteres practici alia remedia instituunt calida, & phlebotomiam præscribunt? Nam in causa frigida venam secare tutum non est. 4 Galenus omnem palpitationem juvari venæ sectione auctor est. Et qui Galenum interpretantur, ideo locum sectioni venæ dant etiam posito quod causa frigida palpitationem inducat, quoniam aut minuat plethora, aut obstructio sectione venæ liberetur, aut revellatur cursus materiei flatuosæ. Supponit enim Galenus a crasso vapore palpitationem fere omnem oriri, ideo non est dubium quin & ad divertendum revellendumque cursum phlebotomia, & ad attenuandum attenuans victus conferat. Mesuæus de sectione venæ loquens in palpitatione ex hypothesi loquitur, Arculanus etiam ad syncopen usque exclusive in palpitante sanguinem mittit. An propterea imitando istorum senum consilium audacter sanguis mittetur? Nequaquam. Nam eorum qui palpitationi sunt obnoxii ita comparata ratio est, ut *βραχυβίον* sint, ac sæpe in phlebotomiis ipsis & purgationibus opprimantur & moriantur: Quod quum calamitosum sit, prudentis est medici diligenter inspicere ne suspicionem subeat ejus, ut occisi, quem sua sors peremerit. Mesuæus ita de phlebotomia in palpitatione scribit: Si cum cordis tremore fuerit pulsus velocitas & febris, æger ex basilica minuendus est. Ex dextra quidem, ait Arculanus, ad minuendam plethoram, ex sinistra ad removendum repletionem vaporosam. Melius enim Arculanus sentit, meo judicio, de sectione ista venæ partim ex sinistra, partim ex dextra quam Avicennas & Arabes, qui ideo dexteram secant, quod palpitationem a sanguine esse credant, sinistras, quod quum a vapore orietur, commode id fiat. Vix enim evenit ut sanguis hunc morbum pariat, sed a vapore est potius, aut a causa consimili. Quamquam sunt qui venam in cruribus, aut poplite fecerint, si præsertim ab hypochondriis malum est, ut per arteriam celiacam a parte sinistra, præsertim vero e lienis regione vapor crassus, quem in cor elatum facultas ipsius partis tamquam subsultantem hostem nititur expellere. At erroneum hoc est. Siquidem si hoc valeret, quum palpitationum pars major ab hypochondriis sit, venas poplitis, aut malleoli utique aperire conveniret. At hoc non fit. Sed exclusa ista ratione tamquam parum probabili, duabus de causis inferiorum venarum referatio

Lib. 5.  
loco aff.

ex

ex usu futura est, prior est si suppressio, aut mensium, aut hæmorrhoidon in causa sit, posterior autem si revellendi studium est: Alioqui brachiorum sectio profutura est potius.

Quod autem attinet ad sectionem venæ ad leipothymiam usque, videtur ea nocens esse, præsertim quum, ut ante dictum est, palpitationi obnoxii fere dum evacuatur, inopinata præcipitique morte eripiuntur. Accedit quod palpitatio cordis, ut annotat quidam in Arculanum, dispositio quædam media sit inter pulsum & debilitatem & syncopen. Quod si verum est, & ideo metuatur iste morbus quod connatam in se debilitatem, & quasi annexam syncopen habeat (quæ quidem syncope morti finitima est quum nomen invenerit *ἀπὸ τοῦ συγκόπτειν*, quod vitæ nostræ filium concidat ac defecet) quid attinet nostra larga sanguinis evacuatione, in qua spirituum magna sit dissipatio, accersere syncopen, & ita mortis periculum creare? Sed Arculanus ut acutus & optimus auctor, unam tantum rationem affert, quæ nos inducere possit ad tam luculentam & copiosam in palpitatione sanguinis effusionem, ut pote quum in sanguinis copia & orgasmo, & ad cordis arcem raptu metuitur, ne derepente in corde inflammationis subitæ sint argumta quæ ipsius palpitationis causa sit. 6 Aut etiam si inflammationis subitæ sint argumta quæ ipsius palpitationis causa sit. 7 In isto enim casu, quoniam insignis & subita refrigeratio requiritur, ne brevi tota ipsa regia inflammætur ac conflagret, nullum præsentius auxilium venæ sectione eaque conferta & copiosa. In ceteris a largis istis evacuationibus temperandum est. Ac de causis illius morbi, qui per se terrificus est, dum cetera sedulo lectori legenda relinquimus, breviter percurramus. Aliquando in corde ipso affectionis causa est, & tum periculosior existit: aliquando a partibus vicinis est, aliquando a remotioribus, ut ab utero, a maligno tibiæ ulcere. Tuberculum in corde, abscessus item affectionis causa esse potest, multus sanguis obstructionem faciens, intemperies calida, vermes cor vellicantes, subita evacuatio, imprægnatio. Quemadmodum enim mulieres quædam veteribus affectionibus prehendi solitæ, quum utero conceperunt iis liberantur & miraculo absolventur, edito vero fetu repetunt, ita quoque prægnantes mulieres, insolentes morbi possunt invadere, ut palpitationes & Epilepsia, dentium dolores implacabiles, & capitis gravitates. Præter causas commemoratas inflammatio, aqua tunica cordis inclusa, item si tunica, aut humorem putrem ac male olentem in se contineat, aut lapillos, palmum inducit. Item venenata qualitas, spirituosus, aut crassus halitus, vel ab arteriis, vel a corpore cordis, aut a pulmone, aut a liene aliave parte, aut propinquiore, aut remotiore elatus: Constrictio major, decubitus in renes & dorsum, præsertim si magna arteria perreptans spinam prematur, a succensis putribus lignis elatus vapor, ductus & attractio spiritus auræque pestilentis. Adhæsiō pericardii corpori ipsius cordis, quod in duobus hydropticis observatum est, 9 Mucus per quædam colliquationem in cor illabens, (unde dicunt vulgo quosdam repente interire quod adeps colliquatus in cor influxerit, ac tum quum colliquationis modo mucus iste

in

in cor labitur falso asthmatici creduntur agri. Si palpitationem aut inflammationem aut erysipelas committit, febris ingens est, pulsus durus & veluti ferrans. Si a venenata aura inferne in cor surgente, fugax est malum. Quum a venenata aura in pestilente statu, præceps virium omnium lapsus est. Quum a muco per modum colliquationis in cor fuso, æger fit anhelosus, parva & densa spiratio est. Vidimus palpitantem affectum ob aneurisma in liene, quod si in corde ipso aneurisma sit, letalis est affectus. Quæ palpitatio syncopen veram junctam habet, insanabilis est. Quæ ab adhæsu pericardii est, letalis est. Quæ a colliquatione est, insanabilis quoque est: Item & ea quæ a venenata aura est. Atque inter ceteras palpitationis causas una & communis & vulgaris est, intemperies frigida ventriculi, & jecoris calida. Dum enim ventriculus non bene suum facit officium, & secundam coctionem tamquam correctionem & emendatricem sui prima non agnoscit, jecur calidius rapit crudius alimentum, hinc anathymiasen proventus multus, obstructionum ilias, & ab istis obstructionibus palpitandi occasio. Quod hypochondriacis solenne est, cachecticis, & virginibus sæditate coloris infectis usu-venit. Galenus horum demonstrationem videtur asserere tamquam aliud agens com. in istum Aphorismum, *Qui regio morbo laborant, non multum ventosi sunt*: Nam ventorum flatuumque generationem a duabus causis repetit, una est materies ipsa, altera est partium corporis earum præsertim quæ ad ventrem attinent, debilitas. Materia est erudus, pituitosus ac frigidus humor qui facile in flatum solvitur. Atque quum regio morbo laborantes calorem habeant acrem, necnon bile potius abundant quam phlegmate, credibilis est flatuosos non fieri quum desit materia. Sed debilitas ventriculi & primarum venarum flatus potest esse parens ob cruditatem. Cruditas autem ipsa idem fere præstat, quod ad generationem ventorum spectat, quod & pituitosus humor. Quamquam diverso quodammodo id fit. Sic icterici, & qui calore abundant acri fere in tympanitem incidunt, speciem hydrophis a flatuum copia nati, non ratione phlegmatis in flatum soluti, sed ob debilitatem ventriculi, & cruditatem & corruptionem alimenti ob dominantum caloris acris omnia corrumpentis, & tetros halitus flatusque in chylo corrupto & intercepto mediis viis excitantis. Ut mirum sit cur dicat Gal. *Non admodum contingere, ut oí' ίκτεριώδεις, partium ad ventrem attinentium habeant imbecillitatem*. Nam tales icterici sæpe corrumpunt alimentum, coquunt quidem sed male. Quum enim Hipp. ait, *θερμοκοίλις*, carnes frigidas habere, numquid *θερμοκοίλις*, & *τοὺς ίκτεριώδεις* confundere possimus? Quamquam ita Galeni auctoritatem audire possumus, ut dicamus ictericos raro habere imbecillitatem partium ad ventrem attinentium, præsertim quod ad munus coctionis attinet: coquunt enim facile etiam *δυσπεπτότατα*. Non quin dicamus male coquere, idest, inducere pravitatem quamdam in cibum, unde eos videmus subviridia, & biliosa facile & vomitu, & per alium excludere, sed non est ea debilitas, ut male coquat, idest, imminute. Ac si dicamus, icterici, & *oí' θερμοκοίλις*, quum calore multo, sed eo quodammodo alieno abundant, supra chylum coquunt,

Aphor.  
ultimo  
lib. 5.

Com. in  
Aphor.  
ultimum  
lib.  
6, Epid.



quunt, & plus biliosi humoris in massa sanguinis generant: quibus debilitas est ventriculi infra chylum coquunt, & imminute. Hic est quaedam *βραδυρυσία*, & chylus dicitur *αμύος*, illic *δυσρυσία*, ob excessum qualitatis, & chylus *ἀπερτος* dicitur: idest, eo modo affectus ob qualitatem, ut in laudabilem succum non vertatur. Atque ex iis facile est demonstrare valde credibile esse eos palpitationibus obnoxios esse quibus ventriculus, & hepar contrariis fere prædita sunt temperamentis, ratione cruditatum quæ hinc oriuntur.

Ergo quum palpitatio motus sit cordis præter naturam, medio veluti situs inter pulsum, debilitatem & syncopen, quo referri debeat, videntum 11. Quatuor omnino motus contra naturam generantur, convulsivus, tremulus, concussivus & palpitans. Tremulus & palpitans causam morbosam sequitur: quamdiu quis palpitat, tamdiu se jucunditati tradere non potest. Si quid incidat impediens vicissitudinem systoles & diastoles, attractionem & exclusionem spiritus, id causa esse potest palpitationis. Porro quum quæritur, an quia cor dilatatur, impletur, an vero contra, respondendum est, quum cor bene affectum est, quia dilatatur, impletur, at quum male habet, quia impletur, dilatatur, quod quum maxime in palmo contingat, a causa solum morbifica palpitatio pendeat, necessum est.

Ac de palpitatione plura non scribemus, quum operosum hoc foret, & plenam opinionibus ex aliorum scriptis desumptam tractationem conscribere ridiculum esset, tantum aliquot remedia huic Damisellæ, cujus ergo hæc Commentatio suscepta est, instituta adscribemus. In ea maxime duas causas palpitationis agnoscimus, unam latentem quamdam arteriæ dilatationem in corpore ipsius lienis, quod verisimile, quum in regione ipsius lienis palpitans pulsatio percipiatur. Ac id contingere potuit ob diurnitatem quartanæ febris qua est confictata. Quartana autem aliquid semper residui facit. Alteram, ventriculi imbecillitatem ob caloris imbecillitatem, & jecoris calidam temperiem: quod ex excrementis, & colore, & actionibus facile collegimus.

*℞. Melissa, buglos. foliorum cardui, scabios. calendula. an. m. j. scolopend. ceterach. chamadry. an. m. j. agrimo. scariol. an. m. ij. seminis endivia melonum, citri, card. an. ℥ ij. fumiter. absinth. pont. an. p. j. seminis angelica & pæonie. an. ℥ j. fiat dec. ad lib. j. s. Infunde in col. foliorum sena. ℥ iij. seta in Kermes tinta ℥ s. granorum Kermes. ℥ ij. bulliant ad lib. j. In col. dissolve sacch. ros. lib. j. expressio. ℥ ij. rheib. & ℥ s. agar. in nodulo positi, cum ℥ j. s. cinna. infusorum in parte decocti: fiat syrup. mediocriter coctus. 12*

*℞. Meliss. foliorum lauri, calamenti, chamam. anethi & melilo. an. p. j. seminis cum. baccarum lauri contusa. an. ℥ s. rad. bryonia takolatim secta capp. an. ℥ j. sabin. p. ij. fiat sacculus bulliat in aqu. chalyb. cum vino rub. pro foru lienis cum spongiis: adde santala.*

*Adhibeatur cucurbitula magna, post forum ante sequentem litum.*

*℞. Ladan. soluti in aceto, benioing. & stiracis solutorum in succo amygdal.*

dal. dulcium. an. ℥ ij. express. nucis moscata. ℥ ij. pul. nucis cupress. santalorum, rosarum & cyperi. an. ℥ j. cera nova, & ol. de capparib. quod suff. fiat litus ad regionem lienis.

℥. Conserva meliss. buglos. nenuph. an. ℥ j. elect. diamarg. frig. ℥ iij. confectionis alkermes. ℥ j. theriacis & mithrid. an. ℥ j. cum syrup. de pomis: fiat opiata.

Institutus Syrupus ex succis in quo madet seta in Kermes tincla.

## A N N O T A T I O N E S.

1 Galenus aliquando sumsit nomen τῷ τρέμει ἀντι τοῦ παλμοῦ. Quae causa fuit nonnullis cur existimarent tremorem & palpitationem idem esse. At differunt longe & ipsa definitione, & aliis multis: Nam palpitatio motus est momentaneus, tremor diu affligit. Is porro nascitur ex diversis causis qua facultatem possunt laefacere: & pro varietate causarum, varie curatur. Palpitationis una causa est, una curatio, nempe flatus discussio, hac Josephus Struthius in arte sphygmica. An sint vera, considerato. Aristotelis interpretes παλμοῖν pro tremore accipit cap. 4. libr. de respiratione, vide libr. 2. Epidem. meorum.

2 Savonarola tremorem cordis & palpitationem confundit cum cardiaca passione. Aliud tamen longe est. Et id desumpsit ex comm. Aphorismi de quo hac in pagina, in quo Galenus videtur καρδιωμοῦν confundere cum ea affectione cordis in qua crebra & vebemens est pulsatio palpitationi similis. Quod si ita est, nomen καρδιωμοῦν cum cardiaca affectione confundit.

3 Istud languide moveri non est accipiendum quin sit vebementior cordis agitatio; sed ea agitatio est cum crebritate quadam, & quasi cum extremo conatu cordis. Immo quum est iste aestus in pulmonibus & erysipelarodes dispositio, dum pulmo vebementer attrahit, sese sanguine implet, & agri obruuntur concalcato in pulmone sanguine: & est ea affectio qua a Gordonio sanguisugum dicitur, egerque sanguisugosus nominatur. Quamquam proprie sanguisugum dicitur quum non potest pra obstructione, aut densatione aerem foris attrahere, intus e partibus propinquis sanguinem & spiritum attrahit & sanguinem pro aere veluti sugit & eo impletur, unde praesens suffocationis est periculum.

4 Pulsus palpitantes aliquando in senibus observantur: sed id nihili fieri debet. Si enim per totum corpus alia arteria palpitent, deterius multo est. Atque huc pertinet quaestio, an cor palpitare potest, & arteria naturaliter moveantur? Struthius enim observat contingere, ut cor ex irritatione edat maiorem pulsum, celeriore & vebementiore quam qui in arteriis appareat. Et qui agrotant, de pulsu, aut salute cordis conqueruntur. Hoc autem contingit in febris continuis phlegmaticis quum vena & arteria crudis & frigidis resercentur humoribus:

La-

Interea tamen cor contentis suis calidum est, arteria frigida. Et caliditas cordis, frigiditasque arteriarum dum concurrunt, moderatum quendam pulsum (saltem quod ad sensum pertinet) efficiunt: Et tamen cor ipsum aliter multo afficitur & movetur quam arteria ipsa. Unde medici hinc decepti putant tales egrotos non febricitare, quum tamen periculose febricitent.

5 Si natura ad motum palpitatorium concurreret, palpitatio ipsa esset affectio non a solo pendens morbo, sed a natura. Tremor quidem & morbi est & natura, at palpitatio solius morbi effectus, si hoc verum est, quare vaporem palpitationis causam tamquam hostem natura nitetur expellere?

6 Si enim ratione etiam cujusdam doloris irriteretur fluxio in partem aliquam, & metu majoris raptus commode vena percutiatur, cur non id fiet, in metu raptus & sanguinis, & spiritus ad cor?

7 In omni palpitatione cordis est flatulentum quid & ἀνεμία. At ad hoc valet maxime phlebotomia, ut scellio. 5. lib. 2. Epidem. Hippocrates. Contra multorum opinionem facit. Horum praclara est demonstratio, lib. de flatibus. Et quodam in loco scribit, Hippocrates. ἐπι μελαγχολικῶν διὰ φλεβῶν πνεύματος ἀπολήψις ὅταν ἐῶσι φλεβοτομῆν λύει.

8 Ut in juvenibus excedentibus ex ephebis quibus debet esse frequens haemorrhagia, si ea desit, palpitatio potest contingere. Idem & non menstruis virginibus potest contingere remeante ad superiores partes sanguine.

9 Causa potentissima palpitationis est metus. Unde etiam dum quis metuit, ei videtur cor palpitare. Et vidimus quendam bajulum qui forte in grassantium manus inciderat, cui pra metu tanta immutatio in pulsum incidit, ut per longum tempus pulsus palpitans esse videretur.

10 Omnes Hypochondriaci specie cruditatis laborant: Unde non mirum si graviter conflitentur, & si facile in palmum cordis incidant.

11 In iis qui palmo cordis sunt obnoxii manifestus arteriarum motus percipitur & micatio: & hujus micationis manifesta causam dicunt plenitudinem humoris: quamquam in iis qui fædos colores habent, & in melancholicis, flatus melancholici resolutio potest facile istam micationem & pulsationem venarum inducere. Aristo. cap. 4. lib. de respiratione, de palpitatione suo modo philosophatur. Legendus iste locus si forte de eo dicendum sit.

12 Rhabarbarum hic in palpitationibus cordis ratione morbi non quadrat, sed ob ventriculum qui cordi maxime consentit, & ad vehementiam morbi augendam facit.

## CONSILIUM CVI.

*De febre continua cum multis & gravissimis Symptomatis.*

**S**ANGERMANUS annos 50. natus plethoricus tum quia desidem maxime vitam ageret, tum quia avide & multum comederet, ut pote magnis præditus visceribus, in febrem incidit. 1. Ea primis quidem diebus blanda visa est, ut propterea eam negligeret, & a consuetis & muniis, & cibis non abstineret. At satis ex historia quadam Hippocr. in Epid. patet quantum periculi attulerit intempestiva cœna, quum alioqui febris subobscura tantum foret.

Quanto vero magis illi viro pravis & multis pleno humoribus nocuit quadriduana morbi tolerantia, & cœna satis liberalis quum noctes febriles forent? 2. Ut non mirum sit, si inde mortis periculum adventarit. Morbi hæc fuit historia. Quum quatuor jam dies morbum tulisset, de repente suffocatorius dolor oboritur, & peripneumoniz, necnon cuiusdam hepatitidis magna adsunt argumenta, frequens erat respiratio, pulsus ferrans, vibrans, & durus, lateris dextri & scapularum dolores erant, & sensus ponderis in sterno: non poterat thoracem dilatare, falso putabant esse pleuritiam, quum, ut ante monitum est, peripneumoniz & sterni, & laterum, & scapularum dolores habeant familiares, immo tamquam quid παθογνωμονικόν. Poterat quidem & esse fluxio a partibus superis. Hujus rei fidem faciebat, & quod superioribus temporibus gravissimis doloribus ob fluxionem a capite prehensus esset, item quod ne minimum quidem manus appulsum ferret, in partibus metaphreni. Quamquam & inflammatio ista interna facere poterat. Sed maxime suasit hoc quod eo tempore vagarentur morbi similes, quos partim a descensu latentis materie effera & nitrosa, & pepasmi incapace oriri credebamus, partim a resudante sero tenui & maligno a genere venoso in nervosum, unde ulcerosus fuit sensus in multis, & ὀσκόπος adeo incredibilis, ut blandæ manus appulsum ægri non ferrent. Sic in ægro crudelis hujus affectionis causas & a descensu materie repetebamus, & a genere venoso pleno seri maligni (quod ex phlebotomiis illius temporis maxime intelligere potuimus) transcolationem, & raptum a visceribus. Nam pulmo inflammatus attrahit, & incendium quod inerat abdomini valde inflato orgasmum facit materie. Et illud est quod Hippocr. scribit, *Venulas are-* 4. *Acute factas ichores a partibus attrahere.* Febris erat assidua, alvus non reddebat nisi ὕδατόχροα, licet alvus aliqua ratione medicamentis irritata flueret, non levius habebat, nec subsidebat abdomen, inæqualitates multæ erant, mox manus temperatæ erant, mox æstuabant, morbus erat plane siccus, urinæ non satis tinctæ, nec morbo, nec redundanti humori analogæ, difficilis spiratio manebat, non aderat dolor capitis. Septimo die sudor diaphoreticus. At quartus tantum dies erat decubitus & apparentis exacerbationis, aliis enim diebus se narrabat ἀπὸ τοῦ ἔργου: manus refrigerantur & pedes: vesperi mors. Noctes erant inquietiores & insomnes: vix loco consistebat: Reduplications

*Histor. 2.  
12. sect.  
3. Epid.  
lib. 7.*

plicationes vesperi fiebant, pulsus durus, vibrans & ferrans manebat: detractus sanguis perfecte corruptus erat & χλωρός.

Hoc vero loco tria aut quatuor quæri possunt, quorum cognitio plurimi sit momenti. Primum quid significarent istæ inæqualitates, an purulentum quid, an materiæ ἀνωμαλίαν ἢ τὸ ἑτερογενές, an caloris naturalis paupertatem, dominatum vero caloris contra naturam, an aliud præterea. Secundum an in febribus continuis παροξυσμοὶ esse possint, an non potius τοῦ παροξυσμοῦ nomen ἢ ἀνδιπλώσεως, ad febres interpolatas referatur. Tertium, quum tanta humorum saburra foret eaque tum medicamentis, tum clysmatis agitata, cur alvus non fuerit soluta biliosis excrementis, aut plane adstricta ob phlogosin. Quartum accedet, an non ad inflammationem lactium & ventris contulerit frequens & quotidianus usus hydromelitis quum esset μεγάλωσπληγχος. Quod non abs re in quæstionem vocatur ne temere iis assentiamur, qui quoniam hoc vel illo potu delectantur, promiscue omnibus ægris illud propinandum putant quod illis in deliciis est. At ut concedam vinum, aquam, hydromeli, oxymeli, absinthites & sexcenta alia, magnas habere opportunitates, habent quoque & sua incommoda. Sic in usu, in arteque medendi alium cibum poculumque pro alio substituere ignorantia, & inscitia plenum est, ut & indistincte hunc ea re interdiceret, alium vero ad eandem invitare temeritatem redolet. Ut non abs re quosdam ætatis suæ medicos redarguerit Hippoc. qui absolute pronuntiabant vinum bonum esse, caseum malum, & id genus alia, quorum aliquis usus foret, & incommoditas quædam, prout vel loco, vel jure, vel tempori in usum aptarentur.

*Libro de  
retere  
medici-  
na.*

Ac de inæqualitatibus, de quibus primo duximus agendum, jam supra aliquatenus satis esse factum puto, non abs re fuerit tamen nonnihil attingere. Multis modis videmus in febribus etiam dum æstus adest horrores feves incidere, ac si novi paroxysmi nova foret occasio: Item & manus videmus alias moderato calore perfusas, alias veluti incendio confragare. Quæ duo aliquando simul incidunt aliquando seorsim visuntur. Visuntur simul in ingenti cacochymia, quum non modo in mesenterio, quod est totius corporis sentina, verum etiam in genere venoso corruptio est humorum & sanguinis, & qui detrahitur sanguis purulentus est: Hinc & vulgares dicunt se malum sanguinis cursum sentire. Quod non abs re dictum, Etenim secta illis bis aut ter vena, eductoque sanioso sanguine & subviridi, sensum punctiois quem habebant, & horrores illos parvos amplius non habent. Domina a Chalmontio hoc docuit satis: Nam per totum cursum morbi perpetui fuerunt horrores (quod forte numquam visum est) & sanguis omnis in massa sanguinis contentus putruerat atque exalbuerat. Aperto corpore quicumque e venis effluebat sanguis merum pus erat. Quod ob dominatum caloris contra naturam omnia corrupentis contigerat, nec non corporis interioris intestina cacochymia toti sanguinis massæ ita communicata, ut inde totius corporis corruptio infecuta fuerit. In Vicario sancti Gervasii sensus deambulationis formicarum quem in brachiis & metaphreno percipiebat, & quædam inæqualitatis sensio, non  
aliun-

aliunde erat quam a sanguinis corruptela per venas fusi. Declaravit curatio. Nam ista cessarunt misso ter aut quater sanguine satis cumulate.

Horum demonstratio peti potest ex lib. 6. Epid. Ubi Galenus scribit, *Omnes cacochymos, quum repente incalescunt, inhorrescere*. Testatur & quotidiana experientia. Nam si quis pravis scatens excrementis in sole versetur, statim inde redibit inhorrescens. Sic calor febrilis dum agitat humores putres idem præstat quod & solis calor. Inducit enim rigores & horrores, nam humores corrupti incalefacti seipsis acriores fiunt, moventur & ita lancinant atque feriunt membranas, item & ichor excitatur a calore agitante qui sensum horroris, morsus, & inæqualitatem invehit. Atque eorum qui in febribus ex facili horrescunt multa genera reperio a variis causis nata, ut non sit temere pronuntiandum, de hac aut illa causa si quis inæqualiter horreat. Nam quidam quum vident istos horrores & inæqualitates sæpe incidentes, de suppurato verentur, ac sæpe eo recurrunt, at falso. Inter cetera videmus istos rigores & horrores (nam rigores parvi de quibus sæpe in Epid. Hipp. non differunt ab horroribus, ut doctè explicavit Galen.) initio paroxysmorum contingere, de iis non loquimur. Aliquando per totam febrem adsunt, quod de semitertiana intelligit Gal. in qua horrores per omne tempus & particulare, & generale febris percipiuntur, sive intensio (Græce ἐπίτασις) faciat reduplicationem, sive ascensus fiat inæqualis, ideo φεκάδης, dicitur κατ' ἐξοχλήν. Hoc efficit materiæ diversitas in qua febris accenditur, Etenim ex duobus humoribus contrariis simul mixtis fit, bilioso & pituitoso, atque dum biliosus incanduit, calfit pituitosus, & sic ascensus inæqualis fit, idemque contingit quod & initio paroxysmorum, quo præsertim tempore urgent horrores. Quia enim inæqualiter & calfit & movetur humor unus: ideo inæqualitas contingit & horror. Quum totus humor æqualiter affectus est, desinunt horrores, & tum incrementum & vigor adest. Quod si in uno humore interpolatam febrem committente fit, multo magis in duobus confusus fieri potest. Immo & febris τετανοφύης, de qua sicuti & de hemitritæo amplissime diximus in nostris definitionibus medicis, ab humore bilioso fit majoribus vasis concluso, eoque, ut ait Gal. & pigriore ad motum, & coctionis difficilioris, & quia a sua natura ita bilis degeneravit, horrores quoque junctos habet: Immo & ea ratione φεκάδης appellare possemus. Nam de ea loquens ita disputat, febres erant continuæ, uno die temperatiores, altero acerbiores, rigores parvi (idest horrores, ait Gal.) erant omnibus sine ordine, & erraticæ, ac minimi in his febribus fuerunt. Quod dixit ut non confundatur τετανοφύης cum hemitritæo: quum in hemitritæo sint horrores magni & velut cum ordine. Quod mirum quomodo febris τετανοφύης, si unum humorem habet, nempe biliosum motum pigriorem habentem, idest biliosum quodammodo pituitifacium ita continenter horrores inducat. De hemitritæo quidem minus mirum esse debet, quum hic agnoscat auctorem sui duplicem humorem biliosum & pituitosum simul confusum. Ac dicere oportet duplicem esse τετανοφύης febrem, una est quæ duplicem habet quoque humorem, sed non paribus gradibus affectum, ut est in hemitritæo,

Com. in  
part. 23.  
sectio. 2.  
lib. 1.  
Epid.  
Com. ad  
part. 5.  
sectio. 3.  
lib. 1.  
Epid.

Loco supra allegato.

Part. 25.  
sectio. 2.  
lib. 1.  
Epid.  
Vide  
Hippocr.  
lib. 1.  
Epid. in  
Historia  
Sileni.

Ballonii Oper. Tom. II.

Cc

altera

altera unum habet tantum nempe biliosum pituitosorem . Quæ duplicem habet humorem, ea fere confunditur cum hemitritæo; quæ unum habet, ea longius ab hemitritæo differt . Quo in sensu audienda sunt quæ ab Hippocr. & Gal. dicuntur . Nam quum uterque vult distinctionem duarum illarum febrium asserre, utramque confundit, & in causa, & in specie, & in more . Nam quodam in loco tu leges *τριταίφου* febrem agnoscere unum humorem, alio duos; quod difficile est ad cognoscendum, quum ista ex adverso pugnent . At dicemus ( ut rerum distinctio audiatur: ) ideo in tritæophyca febre, tametsi humor unus statuatur, horrores contingere posse quod & multus sit humor circum majora vasa conclusus, & quum sit unus, habet in se partes quasdam *εσπεροσπεις*, quarum ratione horroris inducitur sensus, ac præsertim dum calor extraneus sese insinuat in materiam istam . Quod dum æquabiliter in omnes materiæ partes non præstat, ideo inæqualitatis sensus adest . Sic tres causas istas animo concipies, ut distinctionis notas comprehendas . Prima est de multitudine humoris ad concipiendum incendium & putredinem parati . Secunda, quod unus humor diversas partes contineat . Tertia est de calore . Quod ad multitudinem humoris spectat, id verisimile: Nam in febribus interpolatis pauca est materia, & longe a magno foco semota, ideo tota digeritur in accessione, dum manet interea empyreuma, quod concurrentibus aliis causis, novæ accessionis auctor existit . In tritæophyca multus est humor, majoribus vasis contentus, cujus quum pars digesta est & evicta, dum continenter calor agitat, fit anadiplosis, & novus veluti paroxysmus, ut quod semel fit in febre intermittente fit ob paucam materiam eamque sub finem paroxysmi dissipatam, id fiat sæpius confusione quadam paroxysmorum . Nam pars evanuit, & exhalavit, pars putredini obnoxia, affecta, mota, irritata, novam affert exacerbationem . Quamquam remissio aliqua præcesserit remissis ac temperatis partibus materiæ quæ vigorem & incrementum suum materiæ suæ proportionatum habuerant . Galenus enim uni humori duplicem inesse posse substantiam statuit, unam crassiorem, tenuiorem alteram . Quis enim dubitat a materia putrente in majoribus vasis non eripi ac surgere tenuem aliquam & halituosam partem quæ dolores in capite & partibus propinquis excitet, quum alia pars crassior in intestinis deses sui generis alia pariat symptomata? Sic tenuior pars materiæ biliosæ multæ, pituitifactæ quodammodo, pigrioris, coctu mitificatuque difficilioris quæ *τετραίφου*, facit accessiones, facit momentaneas, dissipabiles, quia materia ista tenuis exhalat facile ac digeritur, alia crudior pars & crassior continuitatem facit, & per calorem pars alia attenuata similes prioribus accessiones inducit . Sed in semitertiana quum duplex sit materia confusa ( quamquam duos focos statuunt quidam ) mali moris dum calidior febrem acutam accendit statimque discutitur, & dum corpus tenetur ista acuta febre contingit interea frigidioribus corrumpi ac putrescere, & sic accendi ex illa remissione, quod est veluti requie & imminutione febris . Quod & Galenus de tritæophyis dixit, sed ut ante dictum est, tales *τετραίφους* proxime ad semitertianas accedunt & in motu, ingenio, specie, causa &

con-

Com. in  
part. 48.  
iudicio. 3.  
lib. 3.  
Epidem.

consimilibus affectionibus. Ergo inæqualitatis una & maxime præcipua  
 causa est humorum varietas, ac præsertim eorum qui genere & natura  
 dissident, ut sunt pituita & bilis, ut quoties inæqualitates, varios insul-  
 tus, rigores parvos & horrores audias, toties de varietate ista materia  
 non dubites, tantoque magis metuere oportet, quanto in febribus conti-  
 nuis frequentius id evenire conspexeris. Addam & illud, frequentia ista  
 horrorem & reduplicationum mala est, ut signum & causa, ut signum  
 quidem, quoniam declarat varietatem materiæ putredinem concipientis.  
 At quo plures humores vitium contraxere, eo multo plus metuendum:  
 & quo plures humores negotium dant, diversisque temporibus, eo natu-  
 ra plus habet negotii, & malo victa potius succumbit: Ut causa, quo-  
 niam naturam dum proritat ad pugnam plus illi molestiarum infert, &  
 quum natura post unam atque alteram pugnam vires colligere vult, id  
 non facile potest, quoniam nova est in procinctu materia, quæ naturam  
 rursus ad conferendas manus provocat jam jam fractam debilitatamque  
 priore discrimine. Interea quum alterna requie & induciis, quibus sese  
 paullulum colligat ac erigat, carere videatur, non mirum si langueat ac  
 victa succumbat. Ideo Hippoc. dicebat, *Quoquomodo febres intermiserint,*  
*periculum abesse significant.* Et quod Galenus dixit de febribus quas vocat  
*τετανοφύεις*, more malignorum morborum, diebus criticis deteriores fieri,  
 idest, deterior status & conditio est. Signa cruditatis repræsentantur, quo  
 loco signa coctionis adesse deberent. Atque eo modo possumus id inter-  
 pretari, quod meo iudicio est difficillimum, & a nullo, quod sciam,  
 animadversum, nimirum, quare proprium sit febrium *τετανοφύειν*, quem-  
 admodum & malignarum, ut diebus criticis deteriores fiant, possumus  
 (inquam) interpretari eo modo quo & Gal. explicat, *Circa initia & si*  
*nes omnia esse imbecilliora, quum vero consistunt, fortiora: symptomata*  
*quidem & accessiones in vigore fortiora esse multo, quam aut in fine, aut*  
*initio, sed dispositio morbi in iis qui salvari debent, melior est multo quam*  
*initio:* Idest, symptomata graviora, quoniam iudicium instat, & in pro-  
 cinctu res est, sed si morbus funestus non sit, quoniam cruditatis signa  
 non adsunt, dispositio morbi melior est. Ut, dum in apostemate febris  
 augetur ob suppuratum quod actu jam fit, symptoma quidem augetur,  
 & ratione symptomatis in vigore omnia fiunt fortiora, nempe & dolores,  
 & febres, sed morbi dispositio melior est, quia evicta putredine & crudi-  
 tate, sævitas, æqualitas, & albor in pus inducitur, qui sunt legitimi  
 characteres bonæ materiæ, & melioris factæ per naturæ victoriam. Sic  
 in febribus continuis, iis præsertim in quibus naturæ multum negotii da-  
 tum est ob varietatem materiæ, ob continuitatem, ob malignitatem mor-  
 bi, quum diebus criticis symptomata quidem sæviora esse debeant, & ob  
 materiæ coctionem dispositio febrilis & morbifica melior esse debeat, tunc  
 dicuntur omnia esse diebus criticis deteriora, idest, dispositio morbi dete-  
 rior est, quum alioqui melior esse deberet ob signa coctionis apparentia.  
 Dicam id quod ego observavi in plerisque laborantibus febre continua  
 qua ipsi interierint; septimo & nono & undecimo die febris videbatur  
 remif.



remissior, urina, quæ notas coctionis paullo ante habebat, crudior erat ac turbata magis, & sic omnia fiunt *ὄσπον ὀσπότερον*: Quandoquidem febris & alia symptomata vehementiora esse debebant, urinæ coctiores esse quoque debebant: Sic dispositio morbi deterior est, symptomata remissiora sunt & imbecilliora: Atque meo quidem iudicio, hoc est, in febribus *τεταισφύσις* & malignis, deteriores esse criticis diebus morbos, id est morbi *διαδέσεις*. Quod valde notari debet, quoniam puto id neminem unquam pro rei dignitate animadvertisse.

Unam vero maxime causam inæqualitatis & horroris in febribus explicuimus exemplo hemitritæon, & *τεταισφύων*, ut hoc posito exemplo de similibus iudicare liceat. In quo longiores de instituto sumus, ut id innotesceret maxime quod obscurum est, & ut temere non pronuntiemus hunc vel illum ideo suppurato teneri quod in febribus inordinate horreat. Tale enim iudicium puerile est, & meruditum, quum sedulo magis causæ hujus rei vestigandæ sint ac perlustrandæ. Atque ceteras causas istorum horrorem sigillatim persequi accommodate ad id quod quarimus, deliberaveramus, sed longitudine sermonis territi, & quod passim alibi & cursim, & abunde ea de re attigerimus, superfluum & *ταυτολογίας* plenum existeret, tractatione ista sumus superfessuri. Nunc vero tria persequi breviter in animo est: Primum, quæ causa fuerit in nostro agro Sangermano inæqualitatis istius: secundum, si humorum varietas causa est tam frequentis insultus, cur non idem in omnibus & interpolatis, & continuis febribus eveniat, quum ubique saltem & duo, & tres humores in vitio sint, & fere semper & bilis & pituita in mesenterio confusa sint, quorum unus sine altero vix attingitur, saltem *de diff. febr.* vix calfit unus sine altero. Nam quod de humoribus & spiritibus dixit Galenus, exemplo lebetis, nimirum dum incaluerunt spiritus, humores quoque partem caloris concipere, & dum humores incaluerunt, in solidis partibus calorem quoque concipi, id hoc loco maxime considerandum. Quasi vero sive humores sint confusi, sive separati sint, fieri queat ut intacto alio, alius ardeat. Quod si fit, cur non in omnibus febribus inæqualitates & horrores fiunt? Tertium a nobis propositum, est ut Arculani doctissimi opinionem proponamus necnon Hollerii artis nostræ scientissimi de febribus horrificis, & horroribus qui in febres incidunt 4.

De causis inæqualitatis in agro ita statuo: Phlogosis erat interna maxima, maxima saburra humorum ita conclusa, ut nil evacuati arte posset, credo proxime hepar putrefactos humores ita fuisse conclusos, ut proxime ejus parenchyma afficerent, urinæ nihil biliosi humoris in tanto actu continebant: pulsus durus & vibrans ita totam massam & sanguinis per omnes humores promiscue confusos arsisse ac putrefecisse significabat, ut non possent non multi horrores & inæqualitates surgere. Nam quum vapor a putrentibus humoribus calidus efferebatur, sensum caloris proximum inducebat, qui quum exhalaverat, tepor partium remanebat. Atque ita factum est, ut septimo die de repente fere interierit, calore naturali victo a calore contra natu-

naturam, qui una quoque extinctus est ut denuo reaccendi non potuerit. Quod sciri amplius potest ex his quæ a Galeno dicuntur in historia de Pythione, ut ante explicuimus. Recurre ad locum istum. Item Galenus, *Part. 3. li. 2. Prorrb.* *In morbis summe malignis partium extimarum permutatio una hora ad contraria efficitur (ideo Hippoc. in textu dixit,) Si celeriter partes commutentur. Interdum quidem ut hieme fit, perfrigescant, interdum, ut æstate fit, ut incalescant. Id autem contingit quum propriam caliditatem non habuerint, atque a febrili calefiant. Qua a corporis medio incipiens, flammisque similis totum corpus depascens, extrema concalfacit, qua & quum transpiraverit, statim & ea refrigescent, extincta nimirum nativa caliditate. Est enim magnum argumentum calamitatis quum ne sufficit quidem calor minimus ad conservandum mediocrem caliditatem in manibus & pedibus. Immo & extinguitur ipse calor contra naturam. Nam in quibus multus inest & expansus, saltem manus sua caliditate acri perfundit. Maxime vero sensus horroris & inæqualitatis adest, quum non modo contenti in mesenterio & præcordiis humores sunt affecti & putrefacti, sed quum in venosum genus labes ipsa serpsit ac dimanavit. Quod huic maxime viro contigerat.*

5 Quod ad quæstionem secundo loco positam, nimirum quum in corpore raro unus humor peccet, ut declarant evacuationes quotidianæ, & quod quotidie dantur cathartica non unum humorem evacuantia, sed multos simul, quare non omnes sunt febres horridicæ? Dicendum alios quidem humores ob communicationem incalescere, sed unus maxime incalescit per putredinem, alii nondum putredinem contraxere. Vel, dicemus multitudinem materiæ *ἐταρογενής*, in semitertianis, & aliis febribus horridicis inæqualitatem inducere, quæ si similis esset in interpolatis febribus, & conclusa in vasis majoribus & confusa, pares rigores induceret. At illa quum initio paroxysmi horrorem induceret, quod diversiformis quodammodo foret, accedente incremento fit uniusmodi. Et quod in corpore multi sunt humores qui a medicamentis educuntur, sunt potius fæces quam humores, qui quum abstrusi sunt, si putredinaliter accenderentur, facerent febrem. Si conjuncti, febrem sui generis, si diversi & distincti, erraticas febres. In febre tertiana una pars humoris putret, & alia impuris manet: Item in Epiala, & tamen caloris & frigoris sensus simul non inducitur in utraque febre. Quod notandum, ut scias quid materiæ varia dispositio, & varietas efficiat.

Tertium de quo diximus nos dicturos explicando quid his de rebus sentiat Arculanus, pertinet quoque secundum universale propositum, quo quæsieramus an in febribus continuis paroxysmi sint. Et an non nomen *παροξυσμῆ* commodius ad intermittentes febres referatur.

6 Arculanus ita de istis rebus statuit ut doceat, & quomodo febres intermittentes sine rigore, horrore, & frigore incipiant, aut eo saltem levi: *Cap. 4. de febrib.* item quomodo febres continuæ reduplicaciones habeant cum horrore, rigore (nam non intelligimus hoc loco nomen rigoris qui præcedit crisin aut sudorem in continuis) ac si periodicus esset & typicus. Verba sunt ejus, initio phlegmaticæ febris continuæ, ait Avicennas, quod idem de

Ballonii Oper. Tom. II.

Cc 3

febri-

febris aliis audiri potest, exacerbationes incipiunt a frigore, aut horrore non quia materia ejus spargatur per membra sensilia, sed quia materia moveretur propter copiam sui ad venas minores naturalem calorem suffocantes: Idest, dum putrens materia a loco in quo coercebatur in venas minores & aliquas angustias movetur, sensus quidem aut rigoris, aut frigoris percipitur. Item quod febres periodicæ & intermittentes possint incidere in quempiam nullo præeunte typico, aut frigore aut rigore, causa hæc est ait Arculanus, fieri potest ut materia quæ per membra sensilia spargitur eo modo sit disposita quo est post rigorem in incremento alicujus paroxysmi. Atqui in augmento rigorem non infert: quia potis est benigniorem illam materiam effectam esse, & ideo tarde moveri ad membra sensilia, & sicut moveretur, ita calefit, & acquirit dispositionem similem ei quæ est in augmento. Et tunc non suboritur rigor. § Immo (ait) in paroxysmis febrium interpolatarum videmus subintrare alium paroxysmum sine rigore, aut frigore. Porro quomodo in febribus continuis paroxysmus fieri dicatur, explicatum est hoc in lib. 9. Et in definitionibus meis medicis. 10. Ex his quatuor quæ a nobis proposita sunt, duo restant breviter explicanda: prius cur alvus nil reddiderit de materia morbifica, quum tamen liquida redderet, sed nil proficentia: posterius de hydromelite. Quod ad prius attinet: Quum in febribus ardentibus, qualis erat ea quæ Sangermanum affligebat, calor multus sit, cur non excrementa sunt *αυραδωδία*; An in febribus istis continuis liquidior alvus esse potest? Ita sane & tunc malum est ut signum & causa. Ut signum quia vel colliquationem significant, vel tantam phlogosin, ut omnia intro revocet, & avidè retineat, ut potius sequatur colliquatio, quam quicquam e materia extrahas, vel significat vi caloris contra naturam labefactatas esse partes naturales, unde sæpe chylosa excernuntur, vel declarat tantum decedere aliquid liquidiusculum ob copiam potus quo immoderatus utuntur ii quibus interiora æstuant. Ut causa vero, quoniam vires interea labuntur, quum non excernantur qualia excerni debent, quum defraudetur sæpe naturæ genius debilitato ventre, & quod non est amplius locus medicamentis solutivis educturis materiam morbificam. Eorum enim vis eluditur ab ista qualicumque versa superfluitate quæ alvo egreditur ac effluit. Et multos sic interire vidimus excretis quibusdam liquidioribus, & reventis partibus crassioribus quæ morbum fovent. 11. Et in talibus quo plus effluit de ista superflua humiditate, eo magis a calore contra naturam subigente venter intumescit.

*Part. 2.* Medici plerique delectantur tali vacatione, nos contra. Hippocrates in *lib. 2.* Prognosticis, & in libro Acutorum docet quomodo inflammatis venis lactium alvi fluor symptomatice contingat, tum ob *αυραδωδία*, prohibitam vi inflammationis, tum ob generationem ichoris & saniei vi ejusdem inflammationis. Atque in acutis febribus liquidiorẽ sæpe esse alvum docet, ratio est, ait Gal. quoniam tales humores sunt crudi ac serosi, & tenues, quia *lib. 4.* omnis coctio crassificat. Et in Epid. In febribus continuis observat excretionem multarum superfluitatum aquosarum quæ nihil fere juvant. Et quod *de diæta acut.* notandum eodem libro ait, duabus de causis profusorem alvum fieri in *Part. 36.* acu-

acutis, ob colliquationem & phlegmonem. Sic diversa ratione in acutis <sup>sect. 2.</sup> alvus adstringitur & effluit. Mallet adstringi, quoniam humectando solve- <sup>lib. 1.</sup> retur, & purgatio sequeretur: sed quum effluit liquidis excrementis fere raro <sup>Epid. part. 40.</sup> proficit, & non purgatio est, sed evacuatio tantum eaque symptomatica <sup>lib. 4.</sup> Immo effluunt saepe ea quae retineri debent. Vide de iis plura <sup>capite de fluo- acuto-</sup> ribus alvi ante, & in nostris definitionibus medicis in voce <sup>αυραϊδες</sup> <sup>rum.</sup>

Nunc ad hydromeli convertatur oratio. Quærebamus an quum <sup>μεγαλό-</sup> <sup>αυραϊδες</sup> esset (interpres vertit, *viscerosus*) non læsus fuerit usu hydromelitis <sup>μεγαλό-</sup> quotidiano. Ac primum quid <sup>τοῦ</sup> <sup>μεγαλοαυραϊδῶν</sup> nomen significet viden- <sup>Partic. 2.</sup> dum. Reperio apud Hippocratem <sup>τοῦ</sup> <sup>μεγαλοαυραϊδῶν</sup>, & active & <sup>Partic. 2.</sup> passive sumi. Active quidem ut quum dictum est vinum dulce esse <sup>μεγαλό-</sup> <sup>αυραϊδες</sup> <sup>τοῦ</sup> <sup>απληγῶς</sup> <sup>ἢ</sup> <sup>δυστατός</sup>, idest, dulci vino inesse vim tumefaciendi, & <sup>sect. 3.</sup> in molem efferendi splenem & hepar, propter eam quam paullo post explica- <sup>lib. acu-</sup> <sup>torum.</sup> bimus rationem. Passive autem quum dicitur <sup>δὲ</sup> <sup>ἰνδρωτός</sup> <sup>μεγαλοαυραϊδῶν</sup>, <sup>Parti-</sup> <sup>cul. 9.</sup> cui hepar & lien, aut alterutrum intumuit, vel ob scirrhum, vel ob phleg- <sup>lib.</sup> monem, vel œdema aliquod, aut affectum aliquem consimilem, quomodo <sup>ejusdem</sup> affectis melicratum nocet, ait Galenus in comm. Tertium venari licet ex Ga- <sup>lib.</sup> leno Commentario in eandem particulam significatum, ut <sup>δὲ</sup> <sup>μεγαλοαυραϊδῶν</sup> dicatur is cui ex naturæ primæ conformatione viscus illud duplex magnum est ac elatum. Atque eo in sensu æger noster dum integra sanitate frue- retur dici potuit <sup>μεγαλοαυραϊδῶν</sup>, erat enim ut sic loquar, jecorarius, idest amplo jecore, fervente, æstuoso, & ideo rerum dulcium usu valde eum offendi par erat. Immo quod tam saepe agrotaret, & tam gravibus indomitisque morbis saepe teneretur, non aliunde causâ quam ab uno hepate quærenda fuit. Ut etiam quum lubrica sua sanitate uteretur secundum vocis illius <sup>μεγαλοαυραϊδῶν</sup> significatum attribuere non fuerit alienum. Non enim dubium fuit quin latens obstructio, aut aliquid simile fuerit. Atque melicratum illi obfuit per se & ex eventu. Ex eventu quidem, quoniam <sup>Vide</sup> <sup>art. 12.</sup> quum melicratum alvum solvat bifariam, aut generando bilem, quia mel- <sup>lib. 3. acu-</sup> <sup>torum.</sup> bilescit, aut acquirendo acrimoniam, quia in biliosis æstuosisque alvis mel- <sup>lib.</sup> facile acrimoniam acquirit, proptereaque alvum sollicitat, contingit ut iste æger alvi libertate donatus neglexerit ea solemnia remedia quibus propter plethoram & cacochymiam sæpius in anno utebatur. Satis enim sibi suæque plethoræ factum putabat, quod liquidiuscule alvus ferretur. Immo initio pastuum quum primum hausisset juseulum ad defidendum defurgebat, & id in lucro deponebat in bonisque ducebat. At ista alvi subduc- tio non erat naturalis, sed potius erat veluti quædam <sup>αυσίλη</sup>, idest, hu- mida quædam excretio, ita enim verto, non quomodo interpres qui no- men <sup>τῆς</sup> <sup>αυσίλης</sup>, reddidit nomine lienteria. At aliud longe est. Nam si quis præter consuetudinem nondum mitificato, aut diviso cibo edat bibat- ve, laxatur alvus liquidiore excremento, immo saepe dejiciuntur ea quæ assumpta sunt parum mitificata, an lienteria dicetur? Nequaquam, sed pro- <sup>Part. 22.</sup> prie <sup>αυσίλη</sup> vocabitur. Quod notandum, ut teneantur rerum distinc- <sup>lib. 2.</sup> tiones, quas negligit otiosa hominum sciolorum ignorantia. Ac dum solem- <sup>lib.</sup> nes purgationes neglexit, ita congesti sunt pravi humores, ita sanguinis <sup>lib.</sup> massa.

*Acuto-* massa infecta, ut adoriante gravi morbo, ei necessario fuerit intereundum.  
*1477.* Notandumque unum est. Solebat colicis doloribus divexari. Non eum per  
 annum integrum insolito exercuerunt: sed ea prava materia istorum dolo-  
 rum parens aliquo tempore feriata infeliciose eventu suam frequentiam com-  
 pensavit. *At quicumque omnimodis gravibus morbis occupari soliti sunt, tamen si*  
*dent inducias immo plane extingui videantur, de his securos esse non oportet,*  
*quum saepe alii morbi pro aliis succedant. Quod multos fefellit, quos*  
*incautos, aut reviviscentes morbi, aut novi & insolentes, aut oppresserunt,*  
*aut funditus e medio sustulerunt.* Porro de hydromelite hoc dici potest,  
*Com. in* quod de vino dulci dicit Galenus, docens quomodo & ratione dulcedinis,  
*lib. 3.* & crassitie offendat. Dulcedinis quidem quia omne dulce dum impense co-  
*acutus.* quitur amarum fit, ratione crassitie, quia quum dulce sit, & ideo facile  
 attrahatur ab hepate tamquam fere crudum & incoctum facile obstruit  
 hepar & lienem. Subit enim minutissimas venas, in quarum anfractibus  
 mel, & aliud dulce contentum dum effervescit, & in crassatur sibi ipsi viam  
 obstruit, & præcludit. Et notanda sunt ea valde de distinctione facilitatis  
*ibidem.* obstructionis in pulmone, hepate, & liene. Pulmo non ita leditur usu  
 vini dulcis, ut hepar & lien, quum bronchia crassum habent humorem.  
 Nam in hepate ex amplis vena porta vasis ad angusta vasorum tum gibba,  
 tum sine progreditur extrema, per qua eorum omnium que in corpus totum  
 digeruntur transmeatio fit. At in pulmone contrario evenit modo. Nam  
 per venas multas digestum confectumque in amplam bronchiorum, & primo  
 minorum irruiat capacitatem, atque ab ipsis ad majora excipitur, secum &  
 crassos tollens humores, quibus non calidius solum, verum quoque & tenuius  
 exsistit, &c. Neque quæ de vino crasso dicuntur, ea de melle omni-  
 no dici debent. Si quidem non est ea partium crassitudo, quæ inest vino  
 dulci. Ut ne quis omnino ea ratione hydromelite aquoso carendum pu-  
 tet. Sed si inflammata sint viscera, magnas mel incommoditates affert.  
 Quod non modo de vera inflammatione audiendum est, sed etiam si quis  
 natura hepar habeat præcalidum, & alyum duram habeat ob ventris ca-  
 liditatem. At noster eger calidissimo erat temperamento, ut fere longe a  
 medio discederet. Declarabat suffusa rubore facies quam magno esset he-  
 pate, & calido. Et minimo vini usu offendebatur, quod declarabat vim  
 caloris alieni, & vaporum ab hepate calido excitatorum copiam. Ergo  
 quum visceribus nativa quædam esset *δυσμυσία*, hydromeli nocuum fuit.  
*Com. ad* Nam viscera rapiunt mel avidissime, & eo impense delectantur. Quæ om-  
*part. 11.* nia a Galeno præclare demonstrantur. Et longum esset ea referre.  
*lib. 3.* Aliam quoque incommoditatem affert mulla, quam in hoc agro novi-  
*acutus.* mus, biliosa dejicit, aliquando bona, aliquando mala. Bona biliosa non  
*Duplex* dicuntur, quod quæ excernantur bona sint, sed quia serum suum habent,  
*biliosum.* mala biliosa dicuntur ea quæ sincera sunt, & nativo suo sero ob colliquatio-  
*Com. ad* nem & ardorem destituta, ut hoc loco & in Aphorismis dixit. hinc ignea  
*Apho. 6.* bilis est, flava, crassaque quæ mala est ut signum & causa, ut signum, quo-  
*lib. 7.* niam ardorem immoderatum & phlegmonem inducat, ut causa quoniam  
 nil, dum excernitur, juvat, ardorem non exstinguit, sed ferme auget; *ἀσπὴ*

potest quousque & dicitur infert, ut ait Hippo. quod mirum est, immo & intestina exulcerat 13. Quærique hoc loco potest an multa per se ista biliosa bona, aut malefica malignaque (ut Galenus loquitur insolito loquendi more, dum vocat biliosum malignum & maleficum ab effectu, & generationis modo) efficiat, an excernat per se, an ad generationem faciat, an eatenus mala, aut bona. Revera facilitatem excretionis potest afferre, sed dum auget incendium, & promptissime bilefcit in vitio viscerum & dicitur multis modis potest dici afferre, læsiones & offensas: multa ad eam rem afferri possunt, at verendum fuit ne fatietas fastidiumque tantæ orationis prolixitate pariatur. De melle legi aliqua possunt eo loco ubi de lacte disputamus.

### A N N O T A T I O N E S

1 Hinc numquam salubris vixerat, numquam omni ex parte magis fanus, quam quum eo morbo funesto captus est. At dicitur, & sanitas ista suspecta erat: verumque comperimus illud. Circa faciem coloris suavitas & sudores sine febre, aut vetus stercus subesse significant aut diætã vitiosam. Vide locum præclarum cap. 2. lib. 2. Celsi.

2 Vir iste quindecim ante mensibus laboraverat, quadam specie arthritidis in omnibus articulis, in collo a corruptione humorum & sero maligno. Talem speciem morbi unus Hippocr. animadvertit in fine lib. 2. Prorrhetic. Quin dicit eos quibus viscera magna sunt, & quibus primis annis hæmorrhagia frequentes fuerunt, doloribus articulorum esse opportunos. Quæ conditiones in isto viro apparuerunt. Præterea de eo illud fuit verum quod ait Gal. ad par. 70. sect. 3. lib. 3. Ep. quod quibus multus sanguis generatur isque calidus, ii facile melancholici fiunt.

3 Ad Hist. 2. sect. 3. lib. 1. Epid. de Sileno locus est præclarus. Ubi docet quomodo & biliosi humores & crudi simul generentur: unde (ait) morbi gravissimi generantur. Id quod ad semitertianas extendi potest.

4 Vere illius inæqualitatis hujus horridicã causam ad phlogosin retulimus. Nam Gal. commen. ad part. 42. sect. 2. lib. 1. Prorrh. docet horrores frequentes circum dorsum, & cum jactatione significare phlegmonem harum partium.

5 Inæqualitas materia maxime facit febres per totum tempus inæquales ut sunt horridicæ. In multis morbis & corporibus unus humor in vitio est, & facit orgasmum. Ut in biliosis fere sunt febres uniusmodi, ut tertiana, aut continuæ. In melancholicis similiter. At in quibus temperamentum ad biliosum tendit, & hepata sunt calidiora, vita vero institutum est pituitosum, aut alia ratione pituita generatur, in iis inæquales, erraticæ sunt febres. Quemadmodum tum cholera morbus pessima & flatuosa & sicca generatur, quum calidis & frigidis simul quis usus est. Quia contrarietas materia impedit uniformem motum. Ita quum simul putrent & moventur, & concipiunt calorem, sed inæqualiter dua materia, tum duplex nature datur negotium. Declarat uxor Domini Courtilier, & vidua Joannis Debutres. Id quod Gal. ad hist. De Sileno lib. 1. Epid. sect. 3. explicavit.

Docet

Docet enim gravissimos tunc morbos generari quum est bilis proventus & erudorum simul humorum. Quomodo autem uterque humor succrescat abunde docet.

6 Hoc saculo magna pars ardentium februm a rigore incipit. Tamen Gal. ad part. 75. sect. 2. lib. 1. Epid. ait rigorem statim initio proprium esse malignitatis. Et hoc anno 1580. quotquot fere correpti sunt peste, iis præcurrit rigor. Et rigor prodromus fuit pestis adorientis.

7 In febris paroxysmi saepe sunt apparentes, aliquando non. Et in continuis annotationes sunt, seu παροξυμοί, seu, ἐπισημασία, aliquando diurna, aliquando nocturna, sine rigore, aut manifesta molestia. Has ἐπισημασίας ἀδλιπτοι Græci vocant, ut Gal. docet cap. 9. lib. 1. de different. februm. Interpres vertit incompressas, sed inepte. Alius, æquales. Minus inepte, inepte tamen. Et quamvis cap. 7. ejusdem lib. ἀλιπτος nomen pro compressione ad pulsus refertur, tamen τὰ ἀδλιπτοι, pro incompressa summi non debet. Ergo ἡ ἐπισημασία ἀδλιπτοι dicitur, quod careat iis angustiis & molestiis quibus premuntur alii per accessionem initia. Et doctè Galenus explicat & quomodo illud τὰ ἀδλιπτοι in hecticis, & in quibusdam aliis febris observandum.

8 Unde qui tertianarii se lecto continent, saepe rigorem, aut eum exiguum, non sentiunt.

9 In febris continuis præsertim ubi multa inequalitas materia & motus, si corpus debile, & minime obsequens materia, horrores apparent, & deinde incandescencia, sed isti horrores aggressionis tantum sunt inanis, vide 7. Epid. de muliere quadam.

10 Hippoc. lib. 4. Acutor. part. 13. In causa febre non legitimo alvum solvi docet, non de materia morbifica parte excreta aliqua, sed corruptione alimenti quod sumtum est. Et quod valde notandum docet quomodo foco febris ardentis existente in hepate alias alvus solvatur, alias adstricta sit, particula 17. libr. 4. acut.

11 De his verus Aphorismus & quem in multis deprehendimus: Ventris circumtentio ad necessitatem liquida dejiciens, cito intumescens convulsivum quippiam habet. Aph. 7. lib. 3. Prorrh.

12 Et fundati sumus opinione ipsius Hippocrat. nam dum facit mentionem de inflammatione lactium & jejuni, nam inflammationem necessario sequitur alvi fluor (& hic fluor non debet dehortari vena sectionem) sed talis fluor, nec dolorem solvit, nec ventrem mollit: Inflammatio autem & morsus intestinorum & doloris causa est, & fovet istum tumorem.

13 Ideo lib. 2. Epidemior. & in Prorrhetic. fines morborum in dejectiones sinceras desinentes damnat, quia sunt mala, ut signum & ut causa.

## CONSILIUM CXI.

De febre continua &amp; destillatione ferina.

**F**ilius Domini Chaluzi equitis torquati, annos natus decem, in febrem continuam incidit cum ferina destillatione conjunctam. Et quemadmodum omnes morbi qui vehementer hominem adoriuntur, facere solent, hic morbus statim terrificam attulit symptomata. Lejenterica fuit fluxio, deinde alvus plane adstricta est. Tussicula erat inanis, arida, efferata, tenuis. Metus erat febris hecetica, quum videretur calor arens, siccus, squalidus, genarum rubores fugaces, calor summus in pectore, lingua fuliginosa, sitis, dolores in latere dextro fugaces. Denique morbus erat *κακοίθης*. Nam in quavis febre præter rationem collabi, malum. Quod quomodo intelligi debeat, & tamen ad artem faciat plurimum, abunde explicuimus ante. Et omnes morbi maligni, quorum aut in acrimonia caloris colliquantis natura posita est, aut in ferina destillatione, aut in translatione maligni humoris, hoc habent peculiare, ut subitam consumptionem, & collapsum afferant citra ullam insignem evacuationem. Ac revera si is morbus fuisset neglectus, aut si temere de eo medici securi fuissent inopinato repente fuisset ereptus sicut veluti pulmonibus a ferino. Observarunt enim primates quidam medici rerum diligentes indagatores in paribus destillationibus sicut pulmonibus & lateribus redditis *βλητοῖς καὶ ἀποπληκτοῖς*, repente interiisse. Adeo magna est vis τοῦ δίκου θηριάδου. Vide quod sit τὸ θηρίον, apud Hippocr. lib. 6. Epidemiorum. Atque non tam in metu febris erat, quam destillatio quæ speciem sicca pleuritis, aut peripneumoniae fecisset, tum per translationem a capite, tum per raptum a partibus inferis. Nam pulmo accensus undelibet trahit magno impetu, & unam speciem peripneumoniae facit eo modo, ut explicuimus ante. Et observavimus in eo valde magnam cacochymiam (numquam enim ægrotaverat) eventusque probavit juvisse plurimum ad dolorem lateris & accersendam inflammationem colluviem humorum, ut contra vulgarem opinionem sapius melius sit in doloribus laterum præsertim quum opinio est de translatione tenuium ichorum a partibus inferis, purgare quam secare venam. Ideo dicebat Gal. minus auxilium ex sectione venæ quam ex purgatione sequi, sed securius: quia medicamenta augent febrem. Nunc vero quum alia habeamus lenientia, & majus, & promptius & æque securum præsidium in purgatione locabitur.

Sicca erat pleuritis, non eo modo quo dicitur morbus siccus, idest, crudus, sed sicca, sine sputo dicitur. Quod ne mirum sit, hanc appellationem Hippocrates primus invenit. Vocat enim quamdam pleuresin, Pleuritidem *ἀγνὴ πνεύμα*. Rubor est genarum fugax, & quædam *ἄχρσις*, quæ in malis ducitur. Et revera rubor genarum inflammatorum pulmonum, aut inflammationi proximorum est indicium. Quidam aliquando, ut hoc probaret citavit prognosticon Hippoc. At revera de rubore genarum illo loci, ait Hippocr. sed de purulenti sermo est: præter ruborem est indolentia, jactatio, dormiendi impotentia, caloris acris, sed fugacis sensio, tussis inanis, sca-

Hippocr.  
11. lib. 1.  
Prognost.

3. de mor.  
bis, & li.  
1. Et par.  
21. lib. 4.  
acutor.  
Meminit  
orthop-  
nea sicca

bra



*ob spirituum in-  
terceptionem.* bra lingua, sitis ingens, summi caloris in thorace perceptio, sputum eludit spiritum, ut paulo post ex Galeno dicemus. Ac tussium inanum & aridarum duo sunt cum materia tenui quidem, sed quæ tandem aliquam crassitudinem acquirat in pulmone, cujusmodi est pleuriticorum tussis initio. Alia est tussis inanis, quæ nil postea relinquit, est autem ejus causa spiritus ichorosus, aut ichor spirituosus omnis expers pepasmi. De priore agit Hippocr. infestabantur arida tussi, nil excreabant, quibusdam testiculus inflammabatur. Qui factus fuisset abscessus illius materiei, nisi moram ea traxisset, & satis ejus fuisset ob abscessum commemorabilem? De posteriore potest intelligi ex eo quod Hippoc. scribit quum ait in inflammatione hepatis ob serum refudans fieri βίχρα ἢ θυμὸν. Tussim & tussendi inaniter desiderium. Tussis, si magis materiale est serum, θυμὸς, conatus tussendi si magis efferum, tenue, spirituosum. De ea materia mala, cacoethe, pepasmi incapace quum passim alibi Hippocr. tum maxime in Epid. agit, fauces dolebant, ruborem habebant, rheumata parva, tenuia, acria, statim extenuata, & male affecta fuerunt. Et de filia Euryanactidis, huic fauces initio dolebant, gurgulio retractus, destillationes multæ, acres, tenues, & addit sub finem συγγενίων φειδῶδες. Plura nos explicuimus in voce ξηρόν. Ceterum non dicam plura de hoc ægro, quum idea hujus morbi explicata fere sit, & ad unum expressa in duobus pueris Joanne de Herville, & Melchior du Fresnoy. Tantum de duobus monere oportet, quod video nullos apud Hippocratem legisse duplices esse pleuritides, alias cum sputo, quæ & siccæ & humidæ dici possunt: siccæ, initio, quum nondum procedit sputum. Alias sine sputo, ut quales sæpe hieme grassantur, & quæ a calore fundente & colliquefaciente sunt, item quæ a ferino oriuntur, quæ omnium deterrimæ quum sensim cuniculos agant. Alterum est quod omni ratione in ficcis pleuritidibus humectare convenit, tum ad retundendam humoris acrimoniam, tum ut tranquillior redditus cedat Naturæ, nec ita per colliquationem pestilentem hominem γαστρίας offendat ac necet. Et Hippocrates visus est hujus morbum pueri & descripsisse, & præsensisse quid futurum fuisset nisi arte cautum fuisset: *Resiccatum id quod influit, & in gutture compactum, utpote quod non euitur, sed paulatim influit ac detinetur, tussim excitat, & quod defluit in aortis detentum angustum spiritui locum exhibet, & talem spiritum habere facit, qui veluti defectus semper respirare concupiscit (id est quadam βραχυάρια ἢ δύσπνοια fit) & in pulmone veluti non vehementer humido existente pruritus contingit: Quum multum e capite fluxerit, pruritus in pulmone non fit.* Locus præclarus. Et revera ista inanis tussis erat a pruritu, & qui tenuis & paucus humor pruritus faciebat, idem dolores fugaces in thorace faciebat. Revera observavimus quod dixit nempe ob pruritus istum difficultate spirandi laborasse: Immo si moveretur minimum, dicebat sibi spiritum deficere. Quomodo autem omni ratione in sicca pleuritide humectandum sit Hippocrates docuit, & nos hunc secuti id præstitimus in hoc puero, in Damisella in hospicio Briennæ. Item & ea quæ omni ratione inspissarent exhibuimus. Sic enim consuluit Gal. Scis, ait, *pulmonem ipsum ab humoribus crassis & viscosis per tusses expurgari, Nam qui sunt aquosi*

*Lib. de  
locis in  
homine.*

*Pruritus  
in pul-  
mone.*

*Lib. de  
locis in  
homine.*

*agnosi & extreme tenues, aerem qui ruffiando emittitur, circumfluunt. Aer enim tamquam manus quadam exiftit, qua fufum craffos humores ferat. Quod fi craffi fuerint, non humiditate tantum opus eft, fed & deterfione qua ab acidis fiat fuccis. Itaque puer, de quo agitur, alvo foluta leniendo, temperato calore, fectione venæ, anodynis, & omni humectationis forma brevi reftitutus fuit, & fuo pulmonis pruritu liberatus. Ceterum unum annotare oportet qui fiat, ut in multis morbis acutis fomnus laborem faciat, convulfiones & timores afferat, quum contra juvare debeat. Ac primum quatenus in fomno revocantur intro fpiritus, calor unaque humores, ea ratione nocet maxime in febris & inflammationibus internis, nifi ratione coctionis quæ fit per revocationem iftam majus commodum fequatur, quam fit id commodum quod ex revocatis intro humoribus infequatur. Nifi quis dicat parum etiam prodeffe fomnum in febris ratione primæ & secundæ digestionis, quod per vigilias urgeat, utraque, ut tertia digestio per fomnum viget. Ut declarat involuntaria feminis excretio quæ nobis dormientibus fit. Ac de fomno, caufis, vigiliis, utrorumque formis ante a nobis dictum eft. Nunc explicemus qua ratione fiat, ut fomnus aliquando obfit in febris, & quomodo id fiat. Ac primum de fomno mirabile eft quod ab Hippocrate fcribitur: dum enim nititur demonftrare in fanguine magnam vim inefle ad prudentiam & intelligentiam, docet ex contrariis effectis tum in fomno, tum in morbis acutis. Atque in fomno quidem quoniam refrigeratur fanguis, ideo vacuitatem quamdam prudentiæ contingere docet. Nam (ait Hippocrates) quum corpus fomnus invaferit, fanguis frigeft. Infrigiditate autem fanguine languidiores fiunt meatus, hinc conftat, quoniam fomno ad gravata corpora reclinantur, & oculi ardent, & prudentia permutatur, opiniones peregrina mentem occupant, qua infomnia appellantur. In acutis morbis quoque apparet quantum fanguis ad prudentiam conferat, quoniam quum primum in fanguinem mutatio aliqua evenerit, tum demum mutatur & deterior fit prudentia. Sanguis (ait Hippocrates) qui eft in homine, maximam partem ad prudentiam facit, quidam dicunt totum. Quum bilis commota ad venas & ad fanguinem ingreffa fuerit, fanguinem ex confueta compage ac motione dimover, & ferofum facit ac calfacit. Calfacit autem etiam totum corpus calfacit, & defpfit homo, & non fibi conftat, præ febris copia, & fanguinis ad ferofitatem tranfmutatione, & motione non folita contingente. Quæ quatuor notanda funt ut generetur phrenitis, nimirum ut bilis commoveatur, & fanguinem conturbet, ut dimoveat fanguinem ex compage, *ὄψασις* Græce *ψινοσις* tum ut ferofus fiat fanguis, Græce *διουψις*, (cujus verbi magna vis eft) & calfiat. Sed hæc funt *παραπληρία*, præclara tamen. Ergo fomnus refrigerat, interiora tamen calfacit ex eventu, corpus reddit gravius & ftupefacit. Sed in febris ob dominatum caloris contra naturam gravia sæpe inducit Symptomata. Ideo, (ait Gal.) in fomno & labores, & tremores, & convulfiones fiunt quum in fomno humor infeltus ad fomnum pervenerit, tunc magis intra, quam extra natura mota. 2. Et ut fomni a cibo replent caput, fic in pletho-*

Com. in  
part. 2.  
lib. 3.  
acutor.

Lib. de  
flatibus:

Sub fi-  
nem lib.  
1. de  
morbis.

Com. ad  
Apbo.  
67. li. 4.

plethoricis dispositionibus, somni ipsum replentes aggravant cerebrum. Et in somnis acervari mali humores magis evaporant, quam juncti permancant, sicuti actiones utiles somnos conciliant. Et notandum quod in comm. isto addit Galenus, in morbis exitialibus ista terrifica ex somno evenire symptomata observavit. Ac si dicat, non semper evenire, ut somnus noceat, sed quum victor pæne est calor extraneus, & humorum indomita est.

*Com. in Aphor. 1. lib. 2.* *μακροδεια*. Alia autem signa lædenti somni ex eodem Gal. sunt quoniam per somnum non solvuntur febres, immo extenduntur, dolores augentur, fluxiones multiplicantur, crescunt inflammationes, hæc contingunt ob humorum pravitatem, quos calor innatus fortior evincit, & coquit. Quum debilior, succumbit, & ab his viscera aggravantur: Ac quum juvat, bonum. Non quod omnino verum sit propterea salvari ægrum. Non desinit enim aliquando etiam mori, præsertim si qua dispositio sit funesta, ut abscessus internus. Et Gal. citat Hippocr. in Epid. inter hos multi erant gravi somno oppressi & delirantes, nonnulli vero ex somno. Nam illo loco Hippocr. meminit phreniticorum & febre ardente laborantium, quibus altus sopor obortus est. Phreniticis quidem ratione accumulati in cerebro humoris, & ratione affectionis ipsius cerebri, in febribus autem ob copiam vaporum a calore extraneo summissorum, & excitatorum.

*sectio 3. lib. 3. Epid.*

## A N N O T A T I O N E S.

1 *His consentiunt multa præclara lib. de veteri medicina scripta. Ubi ex professo docet quid sit coquere in catarrhis, & quomodo a vehementibus medicinis sit cavendum.*

2 *Et com. ad particul. 34. sectio 3. lib. 3. Epidem. Notat Gal. crinata in febrem ardentem incidere, & qua ratione id feret. Quod nostro Sangermano contigit.*

## C O N S I L I U M C X I I .

*De Hypochondriorum phlogosi.*

**N**ICOLÆA LE BE<sup>s</sup>, annos nata quatuordecim nondum menstrua, calidis & squalentibus visceribus prædita, post multam insolationem in ripa Sequanæ, & potum tum aquæ immoderatiorem, tum etiam vini (quod tamen ei nocentissimum est) cœpit graviter dolere totum ventrem & hypochondria. Alvus substitit. Minimum pressum digitorum non fert in utroque Hypochondrio, nec in pube ipsa, immo nulla non in parte totius abdominis inflammatio erat, & multa colluvies humorum, cujus pars tenuior, & ichorosior, & malignior speciem inflammationis fecerat ac si de hydrope subito oborto metus esset. Et revera siccus hydrops facile ortus fuisset per lactium inflammationem. Nullam in partem moveri poterat quinqueretur de dolore. Alii ad instans menstruum tempus hoc referebant, quo tempore sæpe orgasmus & impetus fit sanguinis in omnes partes.

Hoc.

Hoc quidem juvare potuit . Nam constat ex libro de virginibus Hippoc. quæ & qualia accidant virginibus instante tempore mēstruæ purgationis . Tandem neglectis multis quæ utramque in partem afferri possent , tentato medicamento ad venæ sectionem accessimus ter aut quater repetitam , etiam ex utroque brachio . Magna erant argumenta latentis inflammationis , & quæ vires majores acquisivisset , nisi tempestive puellæ occursum fuisset . Ideo autem cunctantius medicamentum tentavimus , quod frustra nos aliquid agere putaremus . Moniti quoque eramus iis quæ ad hunc fere scopum ab Hippocrate scripta sunt dum loquitur de Hypochondriis inflammatis phlogosi quadam sine tumore , sive sint συσφοαί , ut ibidem loquitur , idest , ut in partibus ipsis intumescentiæ sint aliquæ : συσφοαί , enim dicitur από τῶν συσφιπιδῶν , quod congeratur , concludatur , ac colligatur in parte humor aliquis . Verba Hippocratis hæc sunt : *Hepatis dolores & splenis gravitates , & alia inflammationes , ac morborum collectiones ( idest , ait Galenus ) quum vitiosi aliqui humores in partem quampiam confluunt , & in ea coacervantur , quod a sine συσφοαί dicitur , solvi non possunt , si quis prius medicamentis purgantibus purgare aggrediatur . Nam vena sectio in talibus principalis est , deinde infusa per clysteres . Et post vena sectionem , purgans medicamentum securitate ac moderatione opus habet . Quicumque ea quæ inflammata sunt , statim in principio morborum medicamento solvere volunt , ii non solum ab intensa & inflammata parte nil adimunt , quum non cedat qua cruda est affectio , verum & qua morbo resistunt , & sana sunt , absumunt colligantque . Ductoque ad imbecillitatem corpore morbus superior evadit ; qui ubi corpus vicerit , remedium non habet . Idem in Aphorismis scripsit : Quicumque , ait Galenus , multa cruditate laborant , vel qui tenaces ac crassos cibos assumerunt , quibus itidem Hypochondria intenta atque inflata sunt , aut supra modum calida atque ignea sunt . ( quamquam in quibusdam codicibus legitur : καὶ οὖρα πυρωδέα καὶ δευρά sed male , quum locus desumptus sit ex 4. acutorum ubi legitur ὑποχόνδρια φλεγμῶντα , non autem τὰ οὖρα φλεγμῶντα ) & si hoc ipso loco aliqua inflammatio est , omnes hi haudquaquam ad purgationes apti sunt .*

4. Acutorum.

Part. 11. lib. 4. 60 Acut.

Com. in part. 12. lib 1. Et in Aphorism. 24. lib. 1.

Sed dicet aliquis : si hæc adsunt , præsertim inflammatio ilium , si adest συσφοαί præsertim calida ; morbus acutus est : Si acutus initio agendum aliquid , nec valet tum aphorismus πείπον φαρμακείων , quid facias ? fines ægrum sine ullo remedio interire ? In omni febre ardente numquid phlogosis est ? si phlogosis , non valet agitatio : Et tamen si quid in ardente febre agendum , maxime initio morbi dum materia turget . Revera aliud est materiam ὀρῶν , aliud φλεγμῶν ὑποχόνδριον & συσφοαί aliquam esse . Et ut patet ex comm. in Aphor. 22. lib. 1. Hinc sumitur omnis distinctio & definitio tantæ difficultatis . Nisi dicas sæpe inflammationem esse & συσφοαί , & orgasmum esse ob serosos & acres humores attractos a venulis arefactis : Si purgas , consulens orgasmo , sed augebis inflammationem , & contra Galenum peccabis . Et revera si habetur ratio ipsius materiei impactæ , & quæ velut radices in parte egerit , a valido medicamento abstinere : quomodo intelligi debet illud Hippoc. supra citatum , quod a parte

a parte inflammata nil conaberis avellere: Sed si junctus sit orgasmus, ob serofos ichores a partibus inflammatis manantes & gravia symptomata excitantes, aut ob materiam aliquam non ita sequestratam & *συσπολυ* facientem, sed per mesenterium sparsam, & quæ facile arte nostra educi queat, non erit alienum tunc moliri evacuationem. Nunc ad Galenum revertamur. Quum humores, ait, de loco ad locum moventur, nec consistunt, tunc primo quoque tempore evacuandi veniunt, sin parte aliqua hærent ac confidunt & impinguntur, expectanda coctio, atque tunc naturam habituri sumus adminiculantem. plura supra.

Part. 21.  
lib. 4.  
acutor.

Ceterum quum plerosque videamus derepente suspenſa intentaque habere hypochondria, nec non satis liquidam habere alvum, aut statim, aut ad sectionem venæ veniendum est, quod existimemus distentionem istam ab inflammatione esse, an vero ille fluor alvi nos a sectione venæ debet revocare: quod videmus omnes in eam venire opinionem, ut credant nusquam locum esse venæ sectioni dum alvus lubrica est. De his ergo breviter quaramus, quamquam & in nostris definitionibus medicis in voce *συσπολυ* dictum est, & in historia de Sangermano. Audiamus Hippocratem, *Obsessa inflammatione Hypochondria, non spirituum interceptione, septi transversi intentio, vel spirituum protensiones, sed a spirituum interceptione pathemata hæc superveniunt. Hæc inquam sectione vena solvuntur.* Ubi notandum est hac prima periodo tres affectus indigere venæ sectione, Hypochondrii inflammationem non spirituum interceptione, idest, si modo quæ juncta est tumefactio & inflatio inflammationi non sit a flatu, quamquam habere potest flatus conjunctos: Secundo diaphragmatis intentio, Græce *ἐπίτασις*: Tertio spirituum protensiones, Græce *τῶ πνεύματων προτάσις*. 2 Sed quum venam secat in Hypochondrii inflammatione, excipit, si non sit *ἐκ τῆς ἀπολύσεως πνεύματων*, si non sit ex spirituum interceptione, quum autem in septi transversi intentione, & spirituum protensionibus venam secat, ait hæc, idest, & transversi septi intentionem, & spirituum protensiones ex spirituum interceptionibus esse. Si ergo quum sint a spirituum interceptione, quemadmodum & inflammata Hypochondria cum spirituum interceptione esse possunt, cur hæc circumstantia, spirituum interceptio? Indicat non secandam venam in inflammatione hypochondriorum, in diaphragmatis intentione, & spirituum protensione, eadem conditio suadet sectionem venæ? Ait enim Galenus: Qui a spirituum interceptione patiuntur difficultatem spirandi, ii secta vena juvantur. Cavet autem ne venam secemus in Hypochondriis inflammatis si spirituum interceptio sit. Sed quod dixit Hippocrates hunc habet sensum. Primum quum dicit, Obsessa Hypochondria inflammatione, non spirituum interceptione, hoc ambiguum est. Non enim spirituum interceptio inflammationem infert. Quare ergo dicit, hypochondria inflammata non spirituum interceptione, quasi vero *ἀπόλυσις*, spirituum inflammationem accersat? Nequaquam. Etenim Galenus ita scribit, Numquam spirituum interceptio flagrantem Hypochondrio diathesin infert. Sed flagrans diathesis potest protentum flatuum facere, ut de ictericis ante abunde demonstratum est.

Com. in  
part. 21.  
lib. 4.  
acutor.

Atque

Atque Gal. ut doceat cur Hippocrates hæc verba addat, *Non spirituum interceptione*, quoniam nulla est coherentia cum his, *Hypochondria inflammata*, scribit nihil aliud hoc loco esse apud Hipp. τὰ ὑποχόνδρια φλεγμαινόντα, quam ὑποχόνδρια εἰς τὸ ὄγκον ἠρμύνα, idest, Hypochondria in tumorem elata: Sic valet consecutio, Hypochondria in tumorem elevata, non spirituum interceptione, idest, ut ista elevatio non sit a spiritu, sed ab inflammatione. Nam inflatio vel fit a flatibus, vel a mucore, aut thrombo, aut ab inflammatione. Et talis sensus est Hippocr. Si Hypochondria eleventur, (quum enim φλογώσεως meminit, tacite audit tumorem aliquem excitari) sectio confert venæ, sed hoc verum si elevatio sit inflammatoria non πνδματῶδης, idest a flatu excitata. Non quin non eadem sit ratio medendi, si inflammatio Hypochondrii sit cum flatu aut sine flatu, sed oportet signis syllogisticis assequi an flatu interceptio non causetur istam elevationem. Hic in verbo φλεγμαινόντα, audit tacite aliquam elevationem. Et Gal. citans fere hunc Aphor. in lib. 1. Aph. docens quibus non conveniat medicamentum, ait: *Non convenit medicamentum, oīσι τὰ ὑποχόνδρια διατεταμένα πεφύσθηται, ἢ ὑπερκαθόντων ἐς τὸ δέρμα ἢ πυρώδεια*, ut τὸ διατεταμένον ad caliditatem tamquam ad causam referatur. Nam si alia de causa distendatur venter, quis dubitat quin sit locus medicamento calido? At quum Hypochondria sunt elevata & calefacta ob phlegmonem, non convenit purgatio metu συντήξεως. Ceterum si spirituum interceptio difficultatem spirandi & orthopnoeam inducat, sectio confert, præsertim si aliqua sit phlogosis. Et quæ spirituum interceptio per se non postulat phlebotomiam in ventre inferiore, eadem postulat in ventre superiore. Nam quum spirituum interceptio est, aperiendo secta vena juvat. Quamquam dubitari potest, nisi suspicio sit de phlegmone, quod Galenus videtur indicasse, com. in illam particulam 21. lib. 4. acutorum.

Duo restant explicanda, prius quomodo isti puellæ inflatio toto ventre per inflammationem putrefactio quodam sero istam faciente phlogosin alvus etiamnum liquida dejecerit: secundum quomodo audacter liquidior, & veluti diarrhœica fluxione tentata alvo missus fuerit sanguis: duo alia addentur præter rem quidem, sed non omittenda, cur in ista phlogosi non fuerit insignis febris, & an causa procatartica aliquid efficiat ad morborum generationem. Primum explicuimus ante, & ad hoc intelligendum valent ea quæ Hippoc. scripsit in 2. prognostic. Ubi Galenus explicat, quomodo hydrops ab inflammatione lactium & jejuni nascatur, & multis de causis junctus sit alvi fluor. Quod non idem contingit in hepatis inflammatione. Sed talis fluor, ait Hipp. nec mollit deprimisque ventrem, nec doloris levationis est.

Secundum, an fluente alvo potest tuto vena secari, quod in ista puella fecimus. Nam contra docet Hippoc. *Si cui sanguinem auferre confert, ventrem confirmabis*. Gal. in Com. *Si post detractionem perseverat fluor, virtutem prosterneat*. Sed quum phlogosis est, aut calor adurens & colliquans, non alienum est demere sanguinem, ut ardorem extinguas.

Ceterum valde notandum est illud tertium quod quærebamus quomodo non

erat magna febris quum æstuarent Hypochondria. Videtur enim æquum esse ut febris insignis internas inflammationes consequatur. Tamen id non placet Galeno, is enim etiam de inflammatione hepatis & diaphragmatis loquens ait: *Si in jecore, septo ventriculo phlegmone oriatur, acuta febris forsitan fuerit, quamquam ne hoc quidem perpetuo verum, nondum vero maligna est.* Et in Aphor. vult magnas esse inflammationes in partibus internis ut acuta febris sequatur: Non simpliciter dixit, inflammationes, sed magnas. Et de utero loquens vult etiam magnas esse inflammationes ut febris consequatur acuta. Sic si sit phlegmone, aut phlogosis mediocris, ad manum mordax febris non insequitur.

Com. in  
part. 21.  
lib. 2.  
Prorrh.  
Com. in  
Apho. 1.  
lib. 7.  
Part. 17.  
lib. 3.  
Prorrh.

De causis procatarrhicis ita statuendum. Placet quibusdam earum non esse habendam rationem in morborum curatione. Quamquam earum magna vis existit. Et in Epidem. narraturus de febribus continuis, sæpe comestationis meminit, irarum, insolationis, intempestivæ cœnæ, laborum & consimilium causarum procatarrhicarum. Et notandum est quod de his scripsit Gal. *Corpore nostro ad morbosam dispositionem nonnumquam parato, ita ut prope completa sit, externum quippiam obveniens eam manifestavit, febrem videlicet accendens, vel capitis dolorem, vel catarrhum excitans. Deinde ex eo continenter ad morbosam affectionis preparationem non sine periculo languent. Item & alia multa præclara illo loco scribuntur.*

Com. in  
par. 115.  
lib. 4.  
acuto.

4 Quum ter puellæ venam aperuissemus, omni ratione dolorem sedare & mitigare conati sumus, phlogosin istam metu abscessus: fere in malleolo vena secta est ad revellendum ad partes inferiores. 5

℞. *Malva totius, acetosa, violaria, florum chama. melilo. an. m. j. senecionis & cretsonis. an. m. s. seminis melonum cucurr. lact. an. m. ij. seminis lactuca. ℥ j. senum psyllii & fœnig. an. ℥ i. s. fiat decoct. in sero lactis pro fotu: Deinde extrahatur muccag. cum qua ponantur ol. rosati. ℥ iij. Aceti ℥ i. s.*

℞. *Ceroti santal. macerati in oxyrhodino lib. s. fiat litus ad totum ventrem.*

Item ℞. *ol. de nymph. & rosati. an. ℥ iij. aceti. ℥ i. s. capbura parum pro litu.*

*Costo madeat in ol. viol. & butyro recenti & applicetur & repetatur sepe: Item vesica suilla impleta admoneantur. 6*

℞. *Decoctionis omazorum lib. s. in quibus coque folia vitis, salicis, acetos. lactucam, caput papaveris & flores nymph. & semina frigid. major. Addatur serum lactis ad lib. x. s. dissolv. ol. rosati ℥ i. s. cassiam & similia. Item syrupum de nenuph. succum lactuca pro clysmatis.*

*Data potiones ex syrup. nenupharino, decoct. lactucar. & cap. papaver. Item hordeata.*

*Immissa in balneum aqua dulcis. Sic reseratis viis, materia temperata, sedato estu facillime ea alvus lata est qua aquosis tantum ferebatur.*

## ANNOTATIONES.

- 1 Notandum in quibusdam vi ipsius inflammationis circa aliquas abdominis partes videtur colligi quippiam. Et id *συσφοδὴ* proprie nuncupatur.
- 2 Quamquam Hippo. sectio. 5. lib. 2. Epid. ventositatem flatuosam quam vocat *ἀναιμία*, vena sectione solvit.
- 3 Ad curationem hujus mali, ut & ad tympanitem ortum ob phlogosin lactium valet illud Hippoc. 2. Epid. sect. 5. Ventositatem flatuosam, (*Græce ἀναιμία*,) phlebotomia solvit. Nam præ calore spiritus multus excitatur qui distendit & vexat.
- 4 De hac verum illud erat. Dolores Hypochondriorum hepatis, umbilici sanguinis missione levantur. In Coacis.
- 5 In Hypochondriorum tumoribus, nec mollientia nimis, nec succantia valent.
- 6 Enemata ex pinguibus præscriptimus secuti consilium Hippocrat. lib. 4. Acutorum, quum loquitur de Cholera arida, in qua flatu seditionem faciunt estque calor acer & mordax.

## CONSILIUM CXIII.

*Ad febrem continuam horrificam & destillationem.*

**D**E Tonfore Caroli successore superius dictum est. Idem eodem tempore quo & Sangermanus febre assidua horrida laboravit. Ingens erat cacochymia, & destillatio a sero nitroso omnes nervorum propagines quæ a cervicis vertebra, & principio vertebrarum dorsi oriuntur, imbuente, quo tantopere divexabatur, ut ne minimum tactum ferret, eodem modo quo & ii qui ulcerosa lassitudine detinentur. Nec non ingens renum dolor erat, & quum nephriticus sit & lapidosus, metuebamus de renis inflammatione aut consimili affectu: Et hercle multa erant argumenta. Quoties is laborat, putrida febre maxime laborat, quum hepate sit præditus calidissimo & cibos corrumpente, ut dejectiones, & alia satis detexerunt. Et quum vena cava plena pravo sanguine incubans spinæ dorsi tota ardet & æstuat, non mirum si doloribus lumborum valde divexatur, si jactatur perpetuo, & magnam scabritiem habet, nec non *διωπέλιον*. Et revera peculiaris quædam erat affectio in renum regione, peculiaris in dorso, unde vix spirare poterat: & aderat febris partim essentialis partim symptomata ob eos effectus commemoratos. Renis affectum eum esse dicebamus quem Hipp. explicat, & revera magna erat affinitas, verba Hippoc. hæc sunt: *Quartus renum morbus a bile fit & pituita, maxime æstate. Dolores urgent in laterum molitudine, & in lumbis & lumborum musculis, & patitur qualia solet mulier ex partu laborans, & non potest in sanam partem decumbere, sed valde dolere, & ex lateris molitudine quædam pendere videntur velut abrupta. Urina vix prodit præ sua pituitate.*

Dd. 2.

tofitate.



*rositate & visciditate.* Pari morbo nutrix Domini Roysæi laboravit, & iste piscator qui decumbebat in vico de la Mortellerie, e regione uretoris. Quod attinet ad dolores summos quos circum dorsum, & præsertim omoplatas sentiebat, ut nec libere spirare, nec moveri, nec decumbere posset; immo blandæ manus appulsus non ferret, etsi ob consensum aliarum partium infernarum poterat laborare, omnino tamen id erat a diffusione nitrosi feri, efferi, & pepasmi expertis qui dum imbueret quartam, quintam & sextam conjugationem nervorum a vertebra colli nascentium, difficultatem spirandi summam afferebat ob diaphragmatis consensum. 2 Nam, ut anatomici scribunt, sextæ conjugationis pars diaphragmatis nervo inserta non modice eum auget. Et qui diaphragma moturi sunt nervi, e cervicis medulla omnes prodeunt, in partem diaphragmatis mediam sese inferunt, in ipsaque via fulciuntur intersepiente membrana thoracis. Duo alii per initia his copulantur nervi, qui tamen mox inde intro sub eos pectoris everti, tandem in diaphragmatis sinum & ad mali punici sedem contendunt, ut mirum non sit, si initio istorum morborum affecto, aut imbuto humore pravo & maligno difficultas sit respirandi, ut istius difficultatis causa non sit revocanda ad propriam affectionem diaphragmatis, sed ad nervorum principium ita laborans. Et revera eo tempore quo iste laboravit, vulgo grassabantur istæ malignæ fluctiones in omoplatas, & partes posticas thoracis. 3 Ægroque nostro omni ratione occurrimus fotibus, & cataplasmatibus, tandem erumpente sudore: die iudice plane dolores isti conquieverunt effluente isto sero quod villos & stamina, nervorum ita obliterat imbueratque, atque dicto citius facilitas ducendi spiritus est restituta. Hoc notatum volumus quia sæpe difficultates respirandi adfunt aut propter istorum nervorum a spinali medulla ortorum affectionem, aut propter affectum renalem, 4 aut hepar tumens, aut hypochondriacam affectionem, & temere inscienterque multi recurrunt ad pulmones & thoracem, putantque affectionis causam illic latere, falluntur autem plurimum, & sæpe deterius esse putant quam sit. Et ita interpretandus Aphorismus Hippocratis: *In febre assidua difficultas spirandi & delirium si acciderit, letale.*

## A N N O T A T I O N E S.

1 Revera in eo erat ulcerosa lassitudo & ostropos qua in causon solet incidere. Nam ut Gal. docet part. 2. lib. 4. Acutorum, totum corpus laborat lassitudine ulcerosa propter tenuium humiditatum acrimoniam declaravit morbi exitus. Nam quum nulla ratione cessaret dolor iste & lassitudo ossæria, copioso manante sudore omnino sanus evasit. Quidam quum hac vident ad catarrhum hos dolores revocant. Male. Quamquam & destillationes a capite idem causantur præsertim qua a sero sunt malo. Et æredibile, & serum per corpus sparsum cum eo quod a capite est concurrere.

2 Et in historia de Pythione docet comment. in part. 4. Quomodo occupatio nervorum qui a primis spondylis cervicis ducuntur, 2. difficultatem motus

motus in manibus afferat, immo & tremorem. Et lib. 6. Epidemior. par. 4. sect. 4. de filia Agesii docet quomodo imbibitio primorum colli spondylorum noxam communicet manibus.

3 Si quando id contigit in parvo Petro evenit a destillatione seri crudi in partes subjectas, ac si κατάρραυς esset πρυάδης.

4 Difficilis inflexio spina, & ad lumbos dolores sunt lapidis indicia.

## CONSILIUM CXIV.

### De capitis dolore.

**M**ARIA BERTHIER, jam annos aliquot capitis anteriora dolet, frigus se sentire in futura coronaria narrat. Sed uno ab hinc anno manifesto sentit fluxionem a capite in scoptula aperta per collum, in metaphrenum & lumbos. Et eo humore fluente dolores sentit vehementes, & sensus caloris & acrimoniae adest. Si hic humor subeat artus & membrorum articulationes, illam arthriticam reddet. Sed dum subtus cutim fluit, nec in interiores capacitates sese insinuat ac infert, nondum profundos dolores & arthriticos infert. Atque hæ sunt rationes quibus adversus Fernelium contendimus in eo commentario quem de arthritide conscripsimus. Etenim si omnis dolor articulorum materiam & causam sui repetit a cerebro, quum tantos dolores in articulis excitet, quum in sua prima origine sit humor venenatus, acer, nitrosus, & ἀπικτος (quamquam non negamus quin etiam majorem tractu temporis malitiam acquirat) an esset verisimile a capite subtus cutim defluere, & nullum dolorem excitare? Nequaquam. At videmus multos arthriticos derepente conquerentes de dolore pedis aut genuum, nullo prægresso dolore in metaphreno & partibus superioribus, quibus acuties est sensus, per quas tamen partes decurrere humorem a capite labentem Fernelius contendit. Sic quaeritur hoc loco quomodo generetur iste humor in capite & inde effluat, qualis sit, an ratione caloris, an ratione frigoris, & si acer, nitrosusque est, cur tam facile horreant. Hippocrat. duplicem mucum facit a capite orientem & dolorem excitantem unum ab interno cerebri corpore per infundibulum defluentem, alterum a transudatione sub pericranio in partes externas sese proripientem. Si ab interno capite est, mordet & dolorem facit, si ab externa parte, non mordet. Hoc tantum probabile est: sicut & illud quod scribit si fluxus mulieris mordet, a corpore est, idest, ventre ipso in quo pravus humor latet, si non mordet, a capite est. Nam in hac muliere, de qua agimus dolores capitis & vicinitas locorum qui primum dolent, deinde transfundunt eundem dolorem in partes contingentes, & significant a capite humorem manare, qui nitrosus est, malus, efferus, & qui quamcumque in partem irruerit, suæ malitiæ virus expandet. Tabem enim inferret & ea omnia quæ ab Hippocrate explicantur. Hujusmodi humoris & generationem, & fontem, & effectus Hipp. explicat, & sæpe ex-

Lib. de  
locis in  
homine.  
Lib. de  
natura  
muliebri.

Lib. de  
Glandulis.

Ballonii Oper. Tom. II.

Dd 3

perientia .

perientia patent. Si enim constat partes omnes internas sæpe labeferi ob nitrosam salsumque humorem a capite manantem, cur humor qui in partes externas refunditur, aut liquatus subit, aut expellitur vi pellente naturæ, & qui cum eo qui interiora subit habet & affinitatem, & ut verbo Hippoc. accommodato utar, *ὁμοειδὲς ἔστω*, similia symptomata non progignet?

*Lib. de  
locis in  
homine.*

Audiamus Hippoc. *Tabes ex fluxione retrorsum, qui hac affectus est, caput ei purgabitur debili pharmaco:* Deinde ait paullo ante, *quum retro in carnem juxta vertebra fluxus ilapsus hydropem fecerit, sic medeberis. Caro in collo inter venas crustis uratur, cicatrices quam tenuissima inducantur, & quam pituitosissimis utatur.* Quod est intelligendum, quoniam abhorret in omni specie hydropis (si tympanitem exceperis) uti pituitosa & humida diæta: sed primum nomine hydropis intelligit quamdam speciem hydropis dorsalis a ferina destillatione a capite manante per posticas partes, quæ destillatio dum calori & humori nativo bellum indicit, & tacitam, latentem furivamque depautionem & consumptionem partium solidarum & spermaticarum, quæ plurimæ sunt in metaphreno: unde ab his horrores incipiunt facile, inducit, & dum inducit naturalis humoris inopia marcorem quemdam, adventitium tumorem infert per excrementi cumulum & veri nutrimenti corruptionem, sic pituitosos cibos consulit, ad *ἀνάληψιν* istarum partium, quia partim tument tumore adventitio, siccantur paupertate humidi nativi corrupti. Quod nos explicuimus in Histor. Petri Guerard. Et idem Hippoc. copiosius explicat eodem lib. *Quum in medullam fluxio contigerit, tabes occulta oritur, quum autem retro ad vertebra, & in carnes fluxerit, fit hydrops. Sicca sunt partes anteriores, caput videlicet & nares, oculis hebetudo accedit, sunt cum virore pallidi, & reliquum corpus, &c.*

*De locis  
in homi-  
ne.*

Quod notandum valde. Nam & in hac muliere, & in plerisque in quibus istæ fluxiones fiunt, videris oculos cavos, genas contractas, alias pendulas, & nitorem viriditatemque oculis deesse. Superioribus paginis docuimus quanta sit vis salzarum, acrium & nitrosarum fluxionum ad afferendam consumptionem corpori toto, quoquo se humor proripuerit ac subierit in vico Sandionysiano ab acri sero dolores excitati sunt in omoplatis, ardoris & acrimoniæ sensus erat, & nil juvabant remedia, immoderatum opium. Talis dolor viginti menses perseveravit Joanni Beauchant, qui laqueo vitam finivit calamitoso supplicio infinitatem (ut verbo Tulliano utar) suorum scelerum expiaturus, in omoplatis dolores erant incredibiles qui ex intervallis, repetebant. Aperto cadavere repertum est pingue & efferum serum quod omnia ligamenta & nervos obliverat imbiberatque.

*Erat do-  
mina du-  
Plessis.*

Generatur autem peculiariter tale serum in quibusdam, & eo facilius generatur quo magis tempus & aer est idoneus ad talem generationem ut austrina constitutione per corruptionem acquisita salsedine & nitrositate. Et ad id facit si calor corporis est acer, corrumpens, squalidus: talis enim calor non actionem facit, sed corrumpit potius, ut pluribus explicuimus ante. 4 Atque primum ejus malignitatis prima labes ab hepate est: alimentum enim, idest, sanguis, aliquando acrior est & serosior, & tractu tempo-

temporis dum majorem malitiam acquirit, tum virulentus fit quodammodo. Id observavimus in ea muliere, & in uxore Domini du Bourglabe, quæ utraque doloribus capitis est obnoxia & uxor Lodoici Michaelis, & in iis quibus corpora sunt macilentia, & *δερμόλαια*, juxta illud, *Qui ventre sunt calido, carnes habent frigidæ*. Cujus Aphorismi magna vis, magna intelligentia, ut nos in libris nostris de morbis mulierum conscriptis docuimus. Et inter omnes locos commémorabilis est, ubi docet Hippocrates duo, prius cur partes superiores vitium potius capiant a fluctione, unde caput etiam ipsum a quo fluxio est, siccatur, extabescit, ac squalescit quod paullo ante diximus ex Hippocrate: posterius cur biliosi, sicci, arescentes fluctionibus opportuni & eas facile corpus excipiat quasi lucrum aliquod faciat, sed frustra. Omitto textum, quoniam longiore interpretatione opus haberet.

Lib. de  
loc. in  
hom.

Lib. de  
diff. feb.  
2. sub  
finem.

Ac præter vitium in sanguine, potest esse peculiaris dispositio in capite, quæ efficiat ut alimentum in capite ipso corrumpatur: Et quum non videamus ullum fluxionibus malignis opportunum ( nisi forte per totum corporis habitum diffusus sit calor acer & corrumpens ) qui non doloribus capitis frequenter exerceatur, fit ut propter impressionem a dolore & vim fictam parti facultas partis debilitetur, calor infirmetur, & pro nativo extraneus inducatur, immo & febris quædam capitalis inducatur, idest, calor extraneus, siccus, malus, corruptor ac alimenti depravator. Et sic perennis fit generatio humoris, fit & perenne effluviu, & tum quum extra caput ille humor non educitur, tum vertigines, Epilepsia, apoplexia quoque fiunt ipsæ. Vide quæ ex Arculano supra annotavimus, & illa est vere *ἡδυσία*, quam morborum stata rataque periodo reducum causam *συσχυή* constituit Galenus.

Et quod notandum, istæ mulieres tres de quibus ante dixi, & quæ erunt veluti regulæ aliarum, quum calorem habeant acrem, mordacem, multum, & tali humore abundant, tamen se ne minimum frigus posse ferre dicunt, & sibi perpetuo in rhachitide, & in occipite, quod parte anteriore est frigidius, sensum quemdam frigoris & catarrhi fontem perennitatemque constitutam dicunt: ac si ab ea parte defluat humor tantas in partibus remotis molestias excitaturus. Causam hujus rei evolvemus. Quum cerebrum peculiari morbo laborans, & veluti quadam febre sibi propria impeditum, non capiat eum fructum ex alimento quem capere debet, illud corrumpit, unde pars aliqua jam sequestrata est quæ continuos dolores aut parum intermittentes, committat, pars alia a cerebro valente pellitur foras. Si nitrosum salsumque quid habet *ῥύμα* 6 per putredinem, sensum caloris, & acrimoniae infert, & sic putant sibi partes deuri, si qua pars mixta frigidior & crassior dum confunditur massæ sanguinis, dum nervosum genus ferit & imbuit, sensum quoque frigoris infert, sic parit & surgit ea inæqualitas, & vicissitudo caloris & frigoris quam innumeris locis in hoc volumine explicavimus. Immo si initio paroxysmorum minimus appulsus externi aeris frigidi, aut sparsio humoris etiam calidi & biliosi sensum horroris & rigoris infert, quanto magis id præstabit humor a capite labens, qui

Dd 4.

rametfi

rametſi & falſedinem & nitroſitatem habens, caliditatem intrinſecam habet, tamen quia omne excrementum retinet aliquid de ea parte cujus eſt excrementum, quum cerebrum ſit natura frigidum, non mirum ſi in iſto humore ſit aliquid *ερεος*. Ac de rigoribus & horroribus locus eſt apud Hipp. Rigor, ait, *in morbis ſit ab externis, ventis, aqua, ſerenitate, ſub dio degentibus, ſit & ab ingeſtis cibis et potu. Maxime vero ſit quum bilis et pituita remiſſa fuerit ſanguini, aut altera ex his, aut utraque. Magis ſi pituita ſola fuerit, nam eſt frigidiffima: calidiſſimus ſanguis. Bilis vero aliquanto frigidior ſanguine; Quum autem ambo humores, aut ex his alter, ad ſanguinem mixti fuerint, congelant: ideſt ſenſum frigoris, aut rigoris, aut horroris inducunt. Ut mirum non ſit ſi catarrhoſi ſæpe horreant aut rigeant, & in febribus, & extra febres, ut non neceſſe ſit ad iſtas horripilationes febrem ſequi, quod temporibus Hippocratis eveniebat 7. Nam horrorem rigoremque proxime febris ſequebatur. Præter autem alias rationes quas aliis in locis, ſi quid meminimus, explicuimus; hæc forte probabilis eſt. Quod ſi rigoris & horroris primus impetus, & in internis partibus & ab internis ſit, præſertim ſi materia præparata eſt, maxima ex parte febris ſuſcitatur: ſi autem potius deſoris eſt, & ab externa cauſa, & manifeſta occaſione, non eſt ita neceſſe accenſo calore & humoribus febrem conſequi.*

Porro quæ cauſa ſit cur humor refundatur ita brevi expedio. Superius unam ex cauſis diſfuſionis pituitæ in capite, quam Hippoc. *διέχυσις* vocat, non *σύντηξις*, diximus eſſe & calorem & frigus, quoque modo id fieret explicatum eſt. Nam inſtar ſpongiarum madefactarum quæ manu premuntur, cerebrum oppletum ab ambiente aere exprimitur alias atque alias in has aut illas partes. Alia cauſa diſfuſionis eſt vis facultatis expulſtricis quam irritat humor, aut ſua qualitate, aut quantitate peccans. Accedit quod omne ſerum, & humor nitroſus ſua mala qualitate præditus facile ſibi viam quaerat atque paret.

Porro tum ex Celſo, tum Hippocrate eruenda eſt harum fluctionum medela. Primum quantum ſpectat ad uſum rerum humidarum (quoniam vulgo dicunt liquidiora non quadrare catarrhis) convellenda eſt iſta opinio. Quamquam ex Hippocrate quo plus humidi ſumitur, plus quoque pituitæ videtur in cerebro (quod phlegmatis fontem facit) accumulari, & ſic occaſio fluctionum ſuppeditari. Sic hoc expediemus: Deinde an locus ſit validis & attrahentibus medicamentis, quod placere Galeno viſum eſt in methodo medendi, ut ante explicuimus, quod eſt valde notandum 8. Tertio quid ſibi velit Hippocrates, & Celſus qui recurrunt ad ignem & cauteria in his affectibus. Pituitoſis & præpinguibus frequens rerum liquidarum uſus non quadrat, ut nec iis in quibus humiditas multa præſertim excrementitia: Ideo Hippo. in Aphor. ſcribit famem convenire iis qui humidam carnes habent, quia fames exſiccatur ex eventu, ait Galenus in commento. Et quod dicitur nutritionem per ſimilia faciendam eſſe, hoc verum quidem eſt quod ad optimam temperaturam ſpectat quæ ceterarum ſit regula: ſed quoniam facile ſit ex illa egreſſio, juvat mediocriſ rerum contrariarum

Lib. 1.  
de mor-  
bis.

Lib. 1.  
de mor-  
bis.

4. de  
morbis.

Aphor.  
19. lib. 7.

riarum usus. Sic intelligendum putat Galenus naturarum aliam ad hoc vel illud tempus melius habere. Sic quoque explicat Galenus de iis qui humido victu uti consuevere. At catarrhosi maximam partem humiditate multa abundant: Immo quum catarrhus nullius morbi peculiare nomen sit, sed morbidam excretionem significet quæ prout in has aut illas partes procumbit ita varias morbus qui inde sequitur appellationes fortitur, si excessus sit humiditatis, quis dubitat quin siccandum sit? At contra aliter faciendum est. Si excessus sit multus humiditatis, si cerebrum sit humidius, nemo dubitat quin siccare non sit bonum, contrario contrarium opponendo; At quoniam nitrosæ, acres, salsæ, subtiles quoque sunt defluxiones & catarrhi, vel quia qui a partibus inferis surgunt vapores in cerebrum talem naturam habebant, vel quia ob peculiarem in cerebro constitutionem, & malam diathesin talem nanciscatur naturam, vel quia hepar calidius proventum facit istius humiditatis per modum effumationis & sublimationis, in hoc casu ab humectantibus (etiam si corpus videatur humidiusculum) & ἀπο τῶν ἐπικρασικῶν, abstinere non oportet. Plura ea de re alias. De rumpendis crustis ferro candente Hippocratis locus est præclarus ante a nobis expressus, ut repetitioni non sit locus. Hoc autem fit ut fiant emissaria per quæ educatur serum nitrosum quod perreptando corpus totum, & sese sensim insinuando dolores intolerabiles facit, immo & maciem toti corpori conciliat.

Apho. 2.  
lib. 3.  
Apho. 16.  
lib. 1.

Unum porro oblitus fueramus, quod attexendum erat istî disputationi quam habuimus paullo ante de usu rerum liquidarum & humidarum, an in fluxionibus istis & βλασησιμοῖς nitrosis tuto balnea præscribantur universalia, hoc non caret difficultate. Balnea præscribuntur ad contemperandum, non ad evacuandum: nam quum balnea evacuent auctore Gal. si tantum in aquam egelidam æger mittitur, nec elicitur sudor, temperatur quodammodo humor nitrosus per cutim fusus, saltem sub cutim diffluens & dolores excitans partesque labefactans. Quod consilium est Hippocratis dum loquitur περὶ βῶων γυναικῶν, ab humoribus salsis & acris & nitrosis: si ea quæ effluunt bilis fuerint & salsago, & non solum internas partes, sed & externas exulcerent, diætam transmutabis & humectabis ut fluxiones quam aquosissimæ fiant, & minime mordaces balneis multis calidis uteris, & cet. Et quodam in loco Aetius in fluxionibus & congestionibus humorum acrum & mordacium utitur τοῖς ἐπικρασικῶις, idest iis quæ affusa, aut circumfusa, aut applicita vim habent mitificandi & moderandi humoris, & ejus impetum sistendi: Sic huic nostræ agræ valere ac conducere credidimus usum balneorum 10.

Com. ad  
Aphor. 2.  
lib. 4.

Lib. 2.  
de morb.  
mnl.

Atque omnia hæc ad unguem tenenda sunt, ne temere, quod alias magno ægrorum incommodo factitatum vidimus, quoties quis de defluxionibus conqueritur, ad hidrotica recurramus præsertim valentia, ut est lignum indicum. Nam ejus usu sæpe eam adaugemus intemperiem, quam pravaram fluxionum auctor existit. Et ut concedam elicitis sudoribus adjumenti aliquid afferri, plus tamen incommodi affertur augendo intemperiem omnium malorum causam. Si simplex esset & absoluta humiditas,

miditas, quæque solum sua quantitate molesta foret, discussione ejusmodi humoris sanitas compararetur: huic mulieri Hypochondriacæ Syrupus ordinatus sequens in hanc formam.

℞. Cort. pomor. redol. ℥. ʒ. rad. lapath. acut. cichor. acetos. an. ℥. ij. in-  
ryb. utriusque ad. m. j. bugloss. m. ij. beton. meliss. an. m. j. s. polypod. cur.  
draget. communi cont. ℥. i. s. mercur. p. ij. rad. alth. secta. enul. campan.  
an. m. j. passul. jujub. sebesth. an. num. 20. prun. quart. flor. cordial. an. p.  
ij. sem. papav. albi. ℥. iij. sem. frig. d. ℥. i. s. pæon. angel. sesel. an. ℥. i. s.  
fiat decoct. ad lib. ij. adde folior. sen. vino albo laut. ℥. iij. fiat ebullitio lon-  
ga ad lib. in colatur. dissol. express. ℥. i. s. agar. trochisc. in aqua meliss.  
cum ℥. ij. cinnam. & serici crudi in nodulo posit. ℥. iij. & cum sacch. quart.  
iij. oxymelit. simpl. ℥. iij. succi pomor. quart. l. fiat Syrupus utendus ex de-  
creto medici.

### A. N. N. O. T. A. T. I. O. N. E. S.

1. Nos tandem deteximus illud totum de quo illa queritur esse hypochon-  
driacum, & non tam caput per se affectum esse quam propter flatulentiam  
& malignam naturam flatus melancholici & atrabilarii. Olim excretioni  
sanguinis per nares erat obnoxia, quod forte fecit reddiditque humores sin-  
ceriores, & veluti suo privatos sero naturali. Et quod modo de una parte  
conqueratur, modo de alia: idque in superficie corporis quid impedit quo-  
minus dicamus affectum esse ipsius habitus corporis eo modo quo illam auram  
que a pede efferebatur ad convulsionem non esse ab interno corpore, sed ab  
externo, ita placet Avicenna, est enim ubi quidam morbi in habitu sunt,  
alii non, & si extuberaret aliquid in cute, omnino istis punctiombus libera-  
retur.

2. Hippoc. in Tabescentibus & phreniticis oculos iniquos, pulverulentos  
possis dicere, observavit, part. 17. lib. 1. Prorrh.

3. Tandem quum interiisset, reperta est collectio putris & olida materiei  
in thorace, cujus serum eos dolores faciebat in partibus vicinis, & id pul-  
monicis est familiare.

4. Ceterum videmus plerisque salivam dulcem & veluti insulsam esse,  
aliis salivam nitrosam, aut alius vehementioris qualitatis, ita quoque de flu-  
ctiombus dici potest. Talis autem generatio peculiarem naturam corporis  
cujusque sequitur. Unde Hippocrates lib. 2. Epid. sub finem sectionis prima  
vocat corpus ἀλωδης, quod humore nitroso & safo abundat, & a cujus  
capite maxime fluit talis humor praesertim quum a pulmone caput calefactum  
suerit. Quod notandum.

5. Accedit quod mulieres quæ calidiores & arente calore sunt praeditæ, &  
corrumpunt alimentum, & pravis utuntur cibis, ut inde augeatur cacochymia.

6. Immo idem rheuma in coryzis urit & refrigerat, quum in cerebro  
est calor extraneus, & calor naturalis paucus est dum vi caloris non natu-  
ralis excitatur in solum ambitum cerebri, & praesertim in occipitis, & syn-  
cipitis partem aliquam humor tenuis qui sudoris instar exsudat, dum ille  
bu-

humor refrigerescit ob membranas sensus adest frigoris : sic calent aliquando, & se gelu sentire dicunt in capite : Causa vero potissima propter quam dum ab interno corpore cerebri exprimitur humor in membranas, aut in pericranium sensum frigoris in ipsis membranis inducit, tametsi & a loco calido efferatur, & forte ipse sit nitrosus & salsus, causa, inquam, est quoniam iste humor de natura cerebri retinet, at cerebrum frigidum est, quia spermaticum : Deinde quatenus ille humor de natura aquea retinet, tametsi sui interiore principio calidus sit, quia nitrosus, quia salsus, tamen quia retinet de natura aqua, facile frigiditatem inducit & accipit : sic sanguis ab Hippocr. frigidus dicitur, & humor melancholicus dicitur siccus, quum tamen humidus consistentia sit. Maxime vero puto sensum frigoris inducere ex eventu eo modo quo videmus humorem calidum, a calido loco per sudores profectum inducere sensum frigoris, quia in habitu refrigeratur, & non regitur a calore suo, sed is calor evanuit sic, credo, in membranas, roris modo, inutilis humor exprimitur, qui resistans ibi & ob densitatem ossis non transpirans refrigeratur. Et sic a nitroso humore sensus frigoris inducitur.

7. An rigorem febris sequatur. Vide Gal. cap. 5. lib. 2. de diff. feb. libro de inaequali intemperie : com. 3. in lib. 1. Epidemion. Et in nostro lib. de Epiala febre.

8. Praeclara est decisio de ea re apud Arculanum cap. de pthiisi ubi docet quomodo in pthiisi sit evacuandum, & quomodo non evacuandum.

9. Et Hippoc. lib. de vetere medicina, abunde docet in salsis et acutis fluxionibus mitigandum esse, non autem evacuandum.

10. Inter ceteros locos, ad hanc maxime mulierem pertinet locus lib. 2. Prorrh. in quem Gal. non scripsit ubi graphice morbus illius describi videtur.

12. Atque hac mulier si tussiret, corpus internum subiret catarrhus, nunc vero quum non tussiat, sed externam capacitatem fluctio appetat, non mirum si tot dolores persentiscat. Et duo sunt commemorabiles loci huc pertinentes, prior est ex lib. 2. Epid. sect. 2. ubi docet cuidam virgini manum, et crus siderata esse quum nil commemorabile tussiret, quasi vero suppressio materia qua tussim excitare deberet, eam siderationem attulerit. Ita Heracle : Nam et Hippoc. in Coacis ait, Quibus saluginosa, sputa et tussis supprimuntur, his corpus velut a pustulis rubescit. Vide Com. in part. 4. lib. 6. Epid. sectione 4.

13. Ad hanc historiam valet locus praclarus ex sect. 3. lib. 2. Epid. ubi agit de asperitatibus cutis, etc. Et inter cetera Langii Epist. 15. lib. 2. De puncticula. Et lib. nostr. Ephemeridon. Et de exanthematis qua ut culicum morsus erant : Et Hippoc. rationem generationis horum proponit. Quod ad institutum valde pertinet, lib. 5. Epid. Et Aetius cap. 129. Tetrab. 2. serm. 1. Febres in quibus puncticula apparent sunt adurentes, et facile ad manum calor remittit : forte de iis audiendus locus lib. 6. Epid. sect. 8. de febribus quas πειραυαίς vocat. Et lib. 7. Epid. locus praclarus de eruptione exanthematon πειραυαίς.

CON:



## CONSILIUM CXV.

*De febre semitertiana.*

**U**XOR proscibæ nomine Guillemine, quæ & catarrhosa foret, & colicis doloribus obnoxia, tamen fervidiore hepate in febrem incidit continuum mensē Junio. Vagabantur tunc febres ardentes satis mali moris. Statim initio horrenda omnia, dolor ingens capitis, & veluti cujusdam παραφοράς, & perturbationis mentis argumentum, vomitiones frequentes, ardor summus, erat revera aliquid hemitritæon. Nam humores ita erant ἐπερογενείς, & bilis pituitaque adeoque crudi succi, tum qui a capite descendens per quamdam colliquationem, aut diffusionem potius in venas, & habitum corporis irruerat horroris sensum inferens, tum peculiariter in ejus corpore & redundabat, & ob diuturnitatem constitutionis humidæ & austrinæ, in qua congeritur humor, nec diffatur; præsertim in mulieribus quarum corpora sunt ὑπόλευκα καὶ βραδέα, succrescebat, copia (inquam) tanta fuit, ut mirum non sit, si inæqualitas summa fuerit, curandi difficultas, & periculum mortis, quam nos certo expectabamus. Varietas enim ista humorum partim confusorum, partim diverso loco positorum, & putrescentium, nullum non dat negotium naturæ, febris ad 14. diem perseveravit. Primis diebus multa judicatoria non judicantia apparuerunt. Et quum urinæ initio valde confusæ existerent, flammæ, tenuiores factæ sunt. Sed id non placebat. Reduplications erant nocturnæ, & perfrigeratio quædam levis præcedebat, ac si novus esset paroxysmus. Sed id motu fiebat non periodico, sed a venis in venas, & a loco in locum, non in habitum corporis, quomodo fit in febribus intermittentibus periodicis, ut nos in historia de Sangermano explicuimus. Sed tria valde terrificæ fuerunt: Primum quod erat comatosa, sed καίμα erat potius ἀγρυπτιον, & somnus tædebat, nam quum primum in somnum se componeret, statim delirabat. Secundum perfrigeratio tibiæ & pedum sæpe erat, ut recalscri fere non posset. Unde in lipyriæ febris suspicionem veniebamus: Tertium pulsus imminutus valde erat, & nescio quid διαφορητικόν. Quartum, metus erat inflammationis pulmonis, ut pleuritis latens. Perpetuo enim fere de latere dextro ad manus regionem quaestita est, ut propterea consultum fuerit ei tamquam pleuriticæ, neglecto reliquo morbo. Et de dolore isto lateris valde laborabamus, an vere esset pleuritis, an congestio ibi esset (erant enim magna congestionis argumenta, unde excrevit e pulmone multa satis horrenda) an fluxio a capite, an translatio a ventre inferiore: Unde fit ut (quod Hippoc. libris de morbis annotavit) facile febris ardens peripneumoniam & lethargicam quamdam dispositionem, non a capite ipso primo affecto, sed pulmone & affecto, & obstructo, ut liber non sit exitus spirituum, & ob copiam vaporum a pulmone incandescente elatorum, & maligne ferientium: Quod notandum. Ac valde decipiuntur medici. Hac de re Hippoc. Caput præclarum scripsit de Lethargo, ubi lethargum ait oriri per quamdam peripneumoniam

Hippoc.  
lib. 1.  
de morb.  
lib. 2.  
3. cap. de  
febre ar-  
dente,  
lib. 2.  
Epidem.

numoniae affinitatem, & in isto lethargo potius pulmoni quam capiti con-  
sultat. Hoc morbo laboravit Domina le Boindre. Et aliquid simile fuit  
in vidua Domini Garnier, ut nos in lib. 2. Epid. nostrorum scripsimus.  
Ac primum consimilem huic historiae quamdam historiam scripsit Hippoc.  
lib. 2. Epid. *In perinthum circa solstitium venimus, etc. Estate febres ar-*  
*dentes populariter grassatae sunt multa.* Et cetera consequuntur quae lon-  
gum esset recensere.

*meorum*  
*Quid sit*  
*letharg.*  
*apud*  
*Hippocr.*  
*lib. 3. de*  
*morbis.*

Quod ad primum pertinet, quomodo nimirum obsuerit somnus tum  
ob malignitatem materiei revocatae a superficie ad centrum, tum ob do-  
minatum caloris, dictum jam ante est abunde, quod ad infinitos prope  
aegros pertinere potest. Nam quum calor contra naturam superat natura-  
lem, fere turbati sunt somni. Ac revera terrifica omnia fuerunt, ut ante  
dictum est, tum ob corruptorum humorum καλοῦδεων, quae communem  
corruptionem superat, tum ob caloris febrilis dominatum. Unde in Epid.  
notatum est terrifica saepe accidentia initio morborum evenire, ob sum-  
mam humorum intus latentium corruptionem ut Gal. annotat. Et inter  
cetera commemorabilis locus in lib. 2. Prorrh. in quem Gal. non commen-  
tus est: *In principiis febrium sive delirium accesserit, sive alicujus membri*  
*sideratio, periturum hominem scito, si non ex optimis signis aliquod acce-*  
*dat, aut corporis vires adsunt.* At haec mulier tantopere initio animo con-  
cussa est, & perturbata, ut ea omnino deliratura putaretur.

Valde perturbabat quod non poterat ἀναδερμαίνεσθαι, & quod frigus erat  
pedum summum non periodicum, sed velut judicatorium, non judicans  
tamen. Multis locis docuimus malum esse in febribus modo calferi, mo-  
do incalescere, pejus vero esse celerem in utrumque mutationem: Quod  
cur fiat non dicendum, quum & ex antecedentibus, & ex lib. nostro  
Epid. satis patere possit quum distinxerimus frigus positivum & privati-  
vum. Revera putabamus frigus esse privativum, sed potius ad positivum  
accedebat, quum & catarrhosa esset, & colicis doloribus a crudo succo  
obnoxia, quo fit ut ob humorum varietatem hoc facile evenerit. Accedit  
quod quum frigus istud apparet, natura aliquando idem vult conari quod  
& in rigoribus, sed quum materia parata non sit, illud totum quod ap-  
paret judicatorium est, non judicans. Et revera nisi in florenti aetate fuisset,  
interisset. Numquam enim tot judicatoria vidimus. At haec mala  
sunt. Siquidem verum quod aut mortem intentent, aut malum denun-  
tiant. Sed ex lib. 2. Epid. & alio loco patet duo genera esse ὅφ κρισίμων, quaedam enim simpliciter judicatoria dicuntur, quae quoniam absolute non  
judicant, aut ob indispositionem materiae, aut quia omnino natura vali-  
da non est, ideo δύσκριτα dicuntur, & judicarent si nil impediret. Alia  
judicatoria praeterquam quod vim judicandi non habent, aut omnimodam  
materiae pravitatem significant, aut παλιδρωμῶν ad partes nobiles, aut na-  
turam labentem, ut vires protritae omnino fatiscant, ut ad τὰ κρίνοντα  
nullus amplius sit gradus. Et haec omnino prava sunt. Et vere in morbis  
malignis apparent in quibus morbi status solet deterior multo apparere  
aë critico, quo tempore aut perfectae coctionis, aut saltem incipientis no-  
ta

*Lib. 2.*  
*Epidem.*  
*sect. 1.*  
*Judica-*  
*toria ἀ-*  
*πλίκια.*

ta aliqua deberet apparere. Quo in sensu accipere oportet illud Gal. quod in morbis malignis proprium sit, ut diebus criticis deteriores fiant. De quo amplius dictum est ante, & tamen sine hac disputatione ea quæ ante dicta sunt nullo modo intelligi possunt. Sed si quando occurrat disputare *περί τῆς κρείμας*, amplissimus est locus in com. in Prorrheticon. In quo plenis velis ea explicat quæ pertinent ad τὰ κρείμα, quorum duo genera explicantur, unum eorum quæ δύσχεστα vocantur, & ea τὰς ἀκρείμας faciunt, alia ad deterius vergunt, & omnino mala sunt, ut cujusmodi sunt ea quæ in pestilentibus morbis spectantur, ut sudor diaphoreticus, nigrarum dejectionum excretio, & sexcenta alia.

Part. 35.  
lib. 3.  
Prorrh.

Atque Galenus in comm. in illam particulam maxime inter judicatoria mala numerat partium, aut totius corporis perfrigerationem quæ calefieri non potest. Quod maxime ægræ nostræ contigit.

Pulsus erat valde imminutus, quod quum præter vacuationem aliquam insignem evenit, malum est ut signum & ut causa. Etenim *καυρόδεις* sæpe signum existit. Videatur Gal. in Prorrh.

Com. in  
part. 5.  
lib. 2.  
Prorrh.  
& in  
partic.  
17. lib. 3.  
Prorrh.

Porro ad hujus tractationis finem nonnulla adjiciemus quorum intelligentia ad medendum apprime pertinet. Nam quum urinas hujus mulieris crassas & turbidas videremus, annuentibus ceteris, libentius secandi venam, & purgandi consilium capiebamus. Sed omissa venæ sectione, videndum quid statuat Galenus; & Hipp. de indicatione purgandi sumenda ex urinis, ita ait: *Quibus initio urina crassa ac nebulosa fuerint, hos annuentibus ceteris, purgare convenit. Quod si urina inter initia tenues fuerint, tales non purgabis.* Nomine crassarum urinarum Gal. coctionem & mitificationem quamdam materiei audit, contra, tenuium nomine, cruditatem. Et hæc verba Hipp. magni sunt ad medendum momenti. Nam quum incidimus in morbos, sæpe sunt urinae tenues, aliquando sunt grumosae & crassae. Priores a medicamento eradicante dehortantur. Posteriores nonnumquam suadent, at quum perturbatae sunt, & crassae cum aliqua æqualitate, tunc audacius purgandi occasio capiatur. Et quo propius ad sanitatem accedimus, eo suam quamdam tenuitatem cum bonitate caloris repetunt ac recipiunt. Inter cetera de duobus monere oportet, quorum prius aliqua ex parte explicatum est, sed propter rei difficultatem & dignitatem majore explicatione opus habet, posterius vero est de quibusdam vertiginibus & perturbationibus capitis quæ initio morborumprehendunt. Prius est de partium quarumdam perfrigeratione quæ in morbo acuto, & febre continua valde periculosa est. De hoc ante & in hoc capite, & infinitis locis dictum est quum explicarem quid differret privans frigus a positivo. Galenus autem nova quadam explicatione illustravit rem totam de perfrigeratione partium in causo. Ac primum explicat duplicem *καύσιν*, apud Hipp. 4. Acutorum, unum a tenui & seroso ichore cum terrificis symptomatis, alium autem ab alia quadam causa ortum. Nam caulis exactus a flava bile est, non exactus a pituita quadam salsa aut acida, unde eorum qui tali causo tenentur, lingua salsa seu falguginosa existit, non autem amarulenta, ut in exquisito causo. Non adeo urens calor.

Part. 13;  
lib. 4.  
Acutor.

or percipitur, ut in vero causo, lingua nigra non est, sunt tamen multa communia symptomata, ut iactationes, vigiliae, &c. Et inter cetera notandum est unum de alvi constitutione in utroque causo, nam dum loquitur de vero causo ait, *dejectiones sunt liquidae & pallidae*: Est enim consentaneum, ut quoniam humor est tenuis, quoniam facile movetur, & febris ob perennem generationem ichoris reaccenditur facile, ut alvus solvatur pallida excretionem, quae est morbo analoga: At in non vero causo dixit simpliciter, alvus soluta, non addit, talibus vel talibus excrementis, quoniam humor pituitosus qui febrem facit non tam facilem habet exitum, ac humor biliosus & pallidus. Et ideo Galenus in eo comm. ita ait: *Pituitosus humor nec facile excernitur, nec febrem auget, nec sitim ardentem habet, nec in spiritum vertitur. Ideoque de febre a tali humore nata ita ait Hippocr. Alvus soluta, quatenus ea excernat qua excernere ipsi non adversatur. Solvitur enim venter non tamen secundum humoris cuiuspiam formam & speciem, sed iis qua in alimentum sunt ministrata, corruptis. Id est, in vero causo ob tenuitatem materiei facile laxatur alvus, eaque redduntur quae morbo sunt analoga ob sequacitatem materiei: at in alio non exquisito causo quum materia sit crassior viscosior, si forte alvus solvitur, non tam ea materia excernitur morbifica, quam cruditas quaedam ob ea quae assumpta sunt. Quod nos in Domini Bironii nepote Domino du Plessis observavimus: Nam quum laboraret febre continua ad causam non legitimam accedente, & esset habitu pituitoso aliquantum, non excernebantur biliosa, ichorosa, qualia excerni potuissent in vero causo, sed quaedam glutinosa, ac si chyli magna pars in gluten & corruptam similem materiam versa fuisset. Et si quando alias, in hoc aegro verum comperi quod Hippocrates, & Galenus illo loco conscripserunt.*

Nunc ut ad rem reditus fiat, quum duplex iste sit *καύσος*, unus verus a bilioso humore, alter non verus ab humore pituitescente magis: Hippod. secundum *καύσος* mentionem fecit, meminit refrigerationis extremorum. An vero partium refrigeratio extimarum non aequè ad verum causam ac ad non legitimam referetur? Galenus meo quidem iudicio non satis distincte rem explicavit. Ait enim non in causo omnino verum esse ut eveniat partium extimarum refrigeratio, sed si malignus sit. At quis dubitat non potius in vero causo evenire istam refrigerationem quam in non vero? Nam in vero causo phlogosis est summa in partibus internis cujus occasione revocatur facile calor foris intro, unde sensus frigoris summus in extimis adest. Et tamen etiam in vero causo non adest ista refrigeratio extimarum, nisi etiam per se malignus sit. Omnino autem in febre omni partium extimarum refrigeratio evenit (ait Gal.) aut propter phlegmonem internam, aut summam naturae imbecillitatem, addo, caloris naturalis paupertatem ex com. in part. 8. lib. 2. Prorrh. Et fieri potest ut secundus causus nascatur ob phlegmonem a crassis & viscosis humoribus natam (nam secundi causi originem & causam a crassis & pituitosis repetivimus,) tunc quis dubitat quin ob talem phlegmonem revocetur intro calor, & sic partium

Com. in  
part. 16.  
lib. 4.  
Acutor.  
& in

part. 47.  
ejusdem  
libri.

tium extimarum refrigeratio contingat. Et tunc malignus est ut voluit ante Galenus. Sed non video cur potius attribuerit istam extimarum partium refrigerationem posteriori & illegitimo causo quam priori & legitimo. Ego vero aliam probabiliorem rationem afferam. Quum Hippocrates ex symptomatis propriis secundi causi numerat extimorum refrigerationem, non tam intelligit de ea refrigeratione quæ aut paupertatem caloris sequitur, aut phlegmonem internam, aut summam naturæ imbecillitatem, quæ ob crudos, frigidos, pituitosos, & viscidos succos, fit. Prior refrigeratio in veros causas incidit, & privativum frigus est. Posterior pituitosiores morbos potius comitatur, & positivum frigus est. Quomodo catarrhosos, & pituitosos, & crudis abundantes succis videmus refrigerescere in partibus extimis. Sic quum secundus causus agnoscat crudum succum causam sui, non mirum si partium quædam refrigeratio contingat non perniciofa. Nisi forte (ut excusemus Galenum) dicamus istam refrigerationem in secundo causo evenire ob speciem quamdam phlogoseos quam fovet crudus humor conculcatus & congestus in parte aliqua, ut in mesenterio & pancreate, ac si interna quædam phlegmonè foret.

Quod vero notandum est, & quod pertinet ad historiam de Domina a Chalmontio, urentis caloris & flammei perceptio non solum est in biliosis corporibus, & biliosis febribus, sed sæpe in pituitosis præsertim si pituita sit falsa. Ne quis decipiatur ratus igneum calorem a bile tantum esse, audiatur ea de re Galenus: *In pituitosis febribus fumosa est caliditatis substantia, quum scilicet, vel in ventre, vel hepate, vel pulmone salis humor putruerit, ob quam fumosam substantiam caliditas ignea redditur.* Quod declarant peripneumoniæ a pituita falsa, in quibus calor extinguibilis non est, & inexhausta sitis. Nam multo facilius temperatur ardor & sitis excitata ob materiam biliosam, quam ob phlegma putre & falsum. Et ex duobus quæ ad explicandum proposita fuerunt, unum jam a nobis expositum est. Restat alterum de illis gravibus vertiginibus, quibus plerique vexantur in magnas febres casuri. Deinde unum addemus de alvi facilitate, ut lejenteria metueretur; tamen contulit valde qualificumque fuerit ista solutio alvi, Aphorismus est Hippocratis: *Quibus in febribus vertigines ab initio & capitis pulsus sunt, & urina tenuis, his ad judicationes usque febris accessionem exspectare oportet, quod si quoque delirent, nihil mirum.* Quæ omnia huic ægræ conveniunt. Et quoniam multa præclare dicuntur a Galeno in eo Comment. de causa vertiginum, de vi caloris contra naturam in effundendis & dissipandis, & provocandis humoribus, quorum intelligentia ad ea quæ hoc loco dicuntur valde pertinet, Lectorem ad ejusmodi Commentarium relegabimus.

Com. in  
part. 16.  
lib. 4.  
acutor.

part. 42.  
lib. 4.  
acutor.

part. 17.  
lib. 4.  
senior.

Alvus in ea facilis & liquida fuit, quod nos paullo ante docuimus evenire in causo non legitimo, & quomodo fieret, aperuimus. Item & in tractatu de Sangermani morbo, nunc addemus locum præclarum a Galeno conscriptum, dum reddit rationem cur in febribus *καυσώδεις*, quarum focus est in pulmone, alvus adstricta est, maxime vero quum hepar est inflammatum. Hoc enim inflammato alias excrementa sunt *αυραδωδεις* alias

alias liquida, atque ita ait: *Quibus in jecore causi radix subest, & qui ob jecur causo laborant, iis qua excernuntur alias sunt liquida, interdum sicca sunt, combustis scilicet a visceris phlegmone, & in nucleum formatis excrementis. Quum igitur viscus hoc phlegmone solum tentatur, indurabuntur excrementa: Verum si cum phlegmone fuerit & imbecillitas, liquida dejiuntur, viscere scilicet alimentum ad se attrahere nequeunte. Sed dejectiones ejusmodi ab iis qua ventre affecto sunt chylostate distinguuntur: Grace τὰ χυλώδη, melius chylosificatione, aut chylosose actione interpretaberis. Nam si chylus non attrahitur, chylosa fere sunt excrementa.*

A N N O T A T I O.

1. *Quacumque mulieres, idem & de viris, dum sana sunt dolent de latere aliquo, quum febricitant, aque dolent ac si pleuritica essent vere; Et revera cum iis, ut cum pleuriticis agendum.*

CONSILIUM CXVI.

*Ad febrem & dentium dolorem.*

**C**onsulis Scaronis pufio sedecimestris, jam per menses sex aut quinque contabescit ac emaciatur. Magnum argumentum est cutis laxitas. Nam omnis extenuatio primum laxat, deinde distendit, contra refectio distendit, deinde laxat, laxitate quadam laudabili, non qualis ab evacuatione insequi solet. Deprehendimus illum febrientem, dentientem erumpentibus dentibus molaribus: Quæ omnia febres, vigiliæ, alvi profuvia consecutione quadam afferunt. Notandum enim quod demonstrat Aetius turbari ventrem dentientibus pueris propter exsolutionem, & inflammationem ventriculo communicatam. Nam inflammatis gingivis peculiaris in ore febris esse videtur: facile autem ventriculus in illius partis ob continuitatem membranarum trahi solet. Sic putant pleuritidi succedere fluorem alvi, inflammationis communicatione cum hepate & partibus nutritioni consecratis. Sed quoniam extenuationis maciei que rudimenta aliqua, non ita pridem paruerunt, illius causa altius repetenda, vel a pueri habitu, & ἰδιοσυγκρησία, vel a nutrimento. Puer natus est, & satus parentibus biliosis, hepate sicciore & calidiore præditis: Nutrix emaciata est, sicca, æstuante corpore & squalido, & ob perpetuas pueri vigiliæ somno blando non indulget: ut non mirum sit si in symptomaton malorumque communionem & pueri & nutricis neuter proficiat. Lac nec colore, nec odore, nec sapore laudabile est. Album esse debet & æquale, gustu dulce & velut mellitum, olfatu gratum, ut pluribus definit Aetius. Itaque providendum nutrici, puero, tum ratione febris, tum ratione dentitionis, tum inveteratæ jam emaciationis.

*Part. 29. sect. 3. lib. 6. Epidem.*

*Cap. 9. Tetrab. 1. ser. 4.*

*Cap. 5. Tetrab. 1. ser. 4.*

Adjungenda nutrix alteri, ne si altera ablegetur continuo ob insolentiam  
*Ballonii Oper. Tom. II. Ee alte-*

alterius nutricis puer ægrius ferat, & novi casus occasio adfit. Sic interponent operas, & altera alteri vicariam supponet manum. Nutrix præsertim dentitionis tempore vino abstineat Actii consilio: hordeata aqua utatur & jusculis multis alterantibus. Puer nutriatur pane in jusculis infriato: Decocto pullorum: & ad facilitatem exertionis dentium gingivæ melle anacardino aut communi narbonensi illinantur, aut lacte canino, & conferet cerebrum leporinum consilio Actii: Item circumlinetur oleum dulce partibus vicinis: Item radix colocynthidis in cannula aurea aut argentea inclusa & gestata confert. Aut jaspis viridis. Nil mandat duriusculum: & omnino non est prohibendus alvi fluor, alioqui metus est translationis ad partes superiores. Consultus est litus ex oleo rosato in toto corpore, ad caloris contemperationem. Sed quum perseverasset alvi fluor, & oborta esset febris continua cum vigiliis, jactationibus, ut inde ἀσώδης foret, nec non interiora arderent, partibus externis parum refrigerantibus, denique vomituriendi finis non esset, & magna esset suspicio febris lipyriæ, & brevis mortis, hæc quæ sequuntur imperantur.

Primum, Epithemata ad regionem cordis & hepatis additis trochiscis de caphura.

Litus ex rosacero tum in ventre, tum in rachitide.

Item eodem confert litus ad totum ventrem ex mucaginibus seminis altheæ psyll. cydoniorum addito succo lactucæ, & oleo rosato cum mastichino. Et quum præter puerorum morem digitum in os immitteret ad ciendum vomitum, hoc suspicionem attulit aut vermis in os ventriculi reptantis (idem enim paullo ante in puellula evenerat, & excretus vermis est) aut oris ventriculi κακώσεως, quod ῥιπτασμοῦ ἢ ἀλυσμοῦ causa est inter ceteros auctore Galeno in primum prognosticon: ideo visum est medicis utile fore si grana aliquot theriacæ aqua cardui dissolverentur, & potui darentur, ad vermem, si quis sit, sopiendum, & κακοῦθιαν, si qua sit, domandam. Non longe post data infusio ex rheo, & granis unicornis. Et quoniam ingens erat sitis, & febris, unaque nutrix vix esset, maxime quoniam calor igneus ex ore pueri manans lac exstinguit, aut minuit, nutrix jubetur vino abstinere, jusculis nullis uti, maxime vero decocto avenæ ubera perfundere: immo & eo decocto in potu uti, bracteolas seu folia auri mammarum papillis applicare, ad lactis conservandam temperiem. Pueri somnus conciliatur litu temporum ex oxyrho applicitis foliis lactucæ: In jusculo pulli incoquantur tres dragmæ sem. papaver. alb. cum lactuca in taleolas secta. Miraculo hoc profuit somnum conciliando, & ardorem mortis, aut marcoris auctorem futurum. Non parcitur potui. Immo ætatula usum lymonum frustatim incisorum non dissuadet. Lacte asinæ dentium acetabula linuntur: convaluit.

## CONSILIUM CXVII.

*Seu Enchiridion sanitatis D. Henrico Hervillaeo, in militiam profecturo praescriptam.*

**S**I necessitas urget infundetur clystma ex hydrom. aut jusculo domest. aut aqua salsa dissolvendo catholicon.

Pilulis ex rheo ad ℥ j. utetur si forte gravior sibi videatur, aut ante coenam tres pilul. sine quibus deglutiet.

Si nec febris adest, nec dolor capitis in vino alb. rheum ad ℥ ij. s. infundet, sin minus, in ptisana dissolvendo ℥ j. syrup. ros. pallid. aut cath. ℥ 6. diaphan. ℥ j.

Non nisi urgente necessitate demendus sanguis, nam cum sit λεπτόφλεβος, non facile feret phlebotomiam, nisi aut affuerit febris ἀξιολόγος, aut difficultas spirandi, bechicis utetur si forte tussis urgeat.

Utetur bolo aut cassia, aut catholiconis dupl. Ad vitandum aeream corruptum pomum odoriferum gestabit, aut nodulum ex caryophyllis & cinnam.

Utetur mithridatio ex vino alb. aut conserva rosarum.

Si vulneratus fuerit, pulvere rhei cum mumia utetur, addito mithridatio.

Si forte oppressus fuerit, aut pessundatus, involvetur panno in vino madefacto. Item mithridatio ad proliciendum sudorem.

Si dolor colicus urgeat, fofus ex chamæmelo, & seminibus lini, & fenig. utetur. Valet quoque equinum stercus.

## CONSILIUM CXVIII.

*De febre continua*

**V**icarius Sanctorum Gerval. & Prot. ad Natalitium Domini, quum caput doluisset (sed id ad usum novi vini referebat) in febrem incidit. Ea erat lenta, & in viscerum latente phlogosi posita. Siquidem fauces erant velut inflammatae & erysipelatoae phlogosi tentatae. Quod aut exaltationis vi fiebat, aut flammea quadam anathymiasis. Immo non tam de febre querebatur, quam de amarore quodam oris, & dentium luriditate scabritique & squalore, necnon de faucium ardore isto. Alii ad distillationem ferinam referebant, alii ad pulmonum quoddam latens incendium, alii ad viscerum calorem & dyscrasiam, alii quoque ad cordis calorem impense auctum, & hepatis quamdam siccitatem. D. Magnus carbunculofam quamdam dispositionem dicebat subesse, ut habitu corporis existente δυσδιωρορησφ, & siccitate sanieque distillatione prohibitis, & calore effumationem distillationemque non habente, tum ob corporis constitutionem, nam densus est habitu, & quodammodo citrius, tum tempus ipsum quod austrinum fuerat, & post proxime hiemis successit quae omnia suppres-

Et 2 serat,



ferat, sic corpore minime existente diffilabili suppressum est excrementum quod circum periostia dolores excitat, & dum tumultuarie sanguini admisceri vult rigoris cujusdam sensum exhibet, & veluti formicarii morfus & deambulationis. Ita enim veteres symptomata hoc velut formicarum deambulationi comparaverunt. Et tale symptomata revera paralyses aliquando est velut prænuntius & præambulo: aliquando catarrhi est comes, aliquando est cacochymii sanguinis consequens. Unde videmus cacochymos si in sole apricentur horrere, & sensum punctonis formicationisque circum partes sentientes habere: fit enim ut morborum principiis sanguis purus existat, ut non calfactus & alteratus a calore febrili qui omnia corrumpit & immutat, item non mutatus mixtione rei alienæ, utpote feri a cacochymia contenta in mesenterio per transfusionem in vasa communicati. Quod in libris de morbis Hippocrates appellat accomodato verbo τὸ αἷμα διαπεῖν: idest serosam naturam acquirere, relicta temperie, & qualitate, & propria sanguinis natura, aut ea valde immutata. Revera in hoc viro, si quo in alio peculiaris excrementi est suppressio, ad hanc fecit peculiaris natura, habitus corporis, tempus, & prætermissa occasio sanitati suæ studendi. Nam quum diligentius suum munus ecclesiasticum prosequitur, ei non vacat esse ægrotare, & non expectat illud tempus in quo natura post coctionem tandem secretionem facta victrix ac domitrix morborum existit. Nullus enim morbus diuturnus umquam superatus est, nisi cum ingenti & longo renum εἰσρογῶν profluvio, aut sudoribus diu emanantibus præsertim a somno coctis humoribus & domita cacochymia. Quod in plerisque a nobis observatum est, qui diu laborantes ultro citroque purgati, non cessarunt de adversa valetudine queri, donec per 20. aut 30. dies copiosus sudor toto corpore emanarit. Sic in hoc ægro nostro puto exactam quidem portionem materiæ, sed τὸ εἰμυρῆμα & anima morbi intus relicta est. Sed & dolor ingens capitis cum constrictionis sensu, & punctione, & lancinatione declarat eum dolorem qui olim per sympathiam erat factum, esse per protopathiam. Ut ea effusio magna facta ob diffilationis cutis prohibitionem caput obsederit, & in venis, arteriisque cerebri & jam in quibusdam inanitatibus (alioqui malum non tam foret rebelle & obstinatum) sedem firmaverit, melancholici humoris jam deterioris, quam antea esset, facti naturam adipiscens. Quomodo audiendum illud Hippocr. Cavitates corporis nostri dum sani sumus spiritu plenæ sunt, dum ægotamus, ichore & sanie. Sic qui diu ægotant, alterato fere omnino sanguine & reliquis quæ fluunt & refuunt, modo in hac parte, modo in illa dolorem sentiunt. Immo & veluti impetu quodam facto impetiginosi, aut leprosi, aut scabiosi fiunt, relicto in cute vitio, & perpurgato corporis centro, ut Simoni contigit. Sic quibus hoc beneficium naturæ negatum est, nisi alia via & ratione sese naturam expedierit, dum semen morbi & fermentum ipsum fovet, non est mirum si aut in novos morbos incidant, aut si priores alant. In hoc ægro & totius corporis, & capitis ratio habenda. Et antequam hiems accedat, præsertim dum autumnales morbi sunt in procinctu, bonum est eum arte juvare. Itaque ea methode

Lia. de  
arte.

6. Epid.

thodo progrediendum erit in oppugnatione mali obstinato animo agrum impetentis.

Primum parabuntur clysteres ex decocto melissæ, bugl. borag. & herbarum splenicarum.

Purgabitur decocto radicum aperi. & rerum splenicarum additis hepaticis humidis, ut hepatica, intybo utroque, scatiol. chondrilla, portulac. cichorio omni viol. pomis redolentibus, cardiacis frigidis ut rosa, viol. nymph. ebore, fantalis, oxalide, serico crudo; item splenicis refrigerantibus: Cortice rad. tamari. asplenio, adianto, seride, seminibus frig. foliis vitis, in decoct. agar. folia senæ & turbita. (pauca id. quantitate) addentur.

Post duas doses supradictas utetur apoz. ex his herbis additis succis & serico crudo.

Aperietur vena basilica sinistra.

Dabitur tertia dosis apozematis solutivi.

Balneo utetur universali ad tres dies.

Caput abluetur lixivio ex farmentorum cineribus additis foliculis & agarico.

Si dolor perseveret, aperietur vena pulsatis in temporibus.

Apophlegmatismis utetur.

Tandem si non conquieverit dolor, arteriotome fiet.

### A N N O T A T I O N E S.

1. Morbus istius Vicarii erat febris lenta continua, essentialis & cujus ideam, speciem, ingenium & essentiam Ferneus explicavit libello de febribus.

2. Affectio ista redolet aliquid Hypochondriacum. Et admirabilis est successus aratum in quibus alias per quaterniones, alias per septenarios magna mutationes eveniunt. Et tunc incredibili quodam modo de valetudinis bona statu deceditur, & donec tempus istius mutationis transierit, non cessat animans male habere, & queri de valetudine. Nam & in libris de Dieta Hippocrates docet, quibusdam qui diu sani vixerunt circum 40. annum mutationes evenire & eas perniciosas: cur non etiam eodem modo in etatibus nostris eveniat, quod & in magnis temporum mutationibus Hippoc. lib. de aere, & locis evenire observavit? Quid illud quod Hippocrates vitam nostram septem dierum esse ait?

3. Quum sapius detractus esset sanguis, quod impurus videretur, tandem mitificatis humoribus, laudabilis apparuit. Nam falsebantur medici existimantes superficiem pituitosam esse sanguinem corruptum. Galen. enim docet & aquam, & pituitam saepe in superficie sanguinis apparere. Et medici decipiuntur. Cap. 2. lib. de Atra bile.

4. Sensum hunc deambulantium formicarum numquam legi nisi semel apud Hippocratem dum disputat de tabe dorsali. Et apud Follerium quum agit de catarrho dorsali com. in Coac.

Ballonii Oper. Tom. II.

Ee 3

CON-

## CONSILIUM CXIX.

*Ad vermes.*

**D**ominō de la Bournaliere, a vermibus afflictō hęc sunt præscripta quibus vere & autumno appetente usus est.

℞. *Absinth. vulg. agrimo. centaurii minoris. an. m. s. lupul. seminis contra. an. ℥ s. florum chame. stæch. an. p. i. fiat decoct. in aqua hordei in col. ad lib. s. dissolv. confectiois hiera ℥ iij. fiat clyster.*

℞. *Pul. hiera dupl. aloë ℥ j. rheib. ℥ ij. mass. pilul. assaieret & cort. myrob. citrin. an. ℥ j. cum syrup. de absinth. fiat massa utenda ad ℥ j. ante pastus.*

℞. *Conserva florum anthos & cichorii beton. an. ℥ s. cortic. citrii conditi. ℥ j. coriandr. prepar. ℥ s. cornu cervi, & rasura eb. an. gr. vj. mithrid. & theri. an. ℥ s. confectiois Alkermes: ℥ i. cum syrup. de pomis & stæchade: fiat opiata utenda sepe.*

F I N I S.



IN-

# INDEX RERUM ET VOCUM MEMORIA scituque dignarum quæ hoc toto opere continentur. Numerus paginam designat.



**A**CTIO cur multiplex quum tempera. unum. 166  
 Aloe etiam calidis corporibus confert. 2  
 Alvus fluens non dehortatur phlebotomiam. 406. 417.  
 Aneurisma. 384  
 Anginæ siccæ remedium. 226  
 Animalis facultatis infirmitas quid faciat in morbis, & an sit æstimanda. 289  
 Antipatri hist. ex Gal. 249  
 Aphtosum quid in orificio ventriculi. 48  
 Apoplex. causa Galeno. 238  
 Apoplexia lædit actiones a cerebro. 114  
 Aquæ molles alvo ardenti dandæ. 290  
 Aquæ potus perniciosus cuidam. 239  
 Arabum error in phlebotomia. 362  
 Arabum opinio de phlebotomia in feb. tert. 231  
 Arcul. de doloribus capitis. 359  
 Arteriæ venosæ &c. examen. 148. & seq.  
 Articularium dolorum paroxysmo non danda medicamenta. 377  
 Arthritidis biliosæ curatio. 12 & an sit biliosa arthritis, ibidem, & cap. ea de re scripto. 377  
 Arthritidis cura. 378  
 Asthmatis curatio. 33  
 Athletarum habitus. 280  
**B**Alnea catarrhosis quando conveniunt. 425  
 Balnea p̄p̄ confert. 425  
 Balneum cholerae siccæ confert. 222  
 Balneum Epilepticis an confert. 124  
 Balneum quibus. 124  
 Balneum resurgentibus a partu an confert. 124

Biliosa corpora ut sunt melancholica. 2  
 Bilis bona, bilis mala quid sit. 407  
 Bilis & pituita duo principia Hippoc. 373  
 Bilis maligna quæ. 245. 497  
 Bilis nigra excretio quorsum. 173  
 Bilis nomine quid Hipp. audiat. 373  
 Borborygmi explicatio. 276  
**C**Acochymi incalescentes rigent. 251  
 Cœliaca Celso. 235  
 Calor æcer an coquat. 395  
 Calor corporis malus nullo tumore conspicuo. 45  
 Cal. & frig. mutationes quorsum. 159  
 Cal. frig. mutatio in extremis partibus mala, in toto corpore non. 251. 405  
 Capitis dolores contumaces. 398  
 Capitis dolorum examen. 358. & seq.  
 Capitis dolor guajaco curatus. 59  
 Capitis dolor insignis in quartana. 59  
 Capitis dolorum remedia. 59  
 Capitis dolor repentinus quos morbos facit. 358  
 Capitis læsiones, ut sunt æstimandæ. 181  
 Capitis dolores unde orientur. 2  
 Capite se in ventrem exonerante mali morbi de Aetii sententia. 51  
 Caput auctor longorum fluorum alvi. 17  
 Carcinomatis uteri cura. 365  
 Cari & apoplexiæ differentia. 114  
 Caros, catalepsis, comata sub finem morborum incidunt. 27. 241.  
 Cassia catalepticum quid affert. 27  
 Catarrhis acribus non conferunt evacuationes Hippocrati. 425  
 Catarrhi curatio. 3. & 36  
 Catarrhi maligni quid agant. 411  
 Catarrhis non quadrant medicamenta fortia. 413  
 Ec 4 Ca.



| E  |           |
|--|-----------|
| <b>E</b> pilepsie causa Galeno.  | 228       |
| <b>E</b> pilepsie examen longum.   | 256       |
| <b>E</b> pilepsia pręgnantibus familiaris.                                       | 261       |
| <b>E</b> pilepsie remedia.   | 260       |
| <b>E</b> pilepticis cur ratiocinatio læditur.                                    | 114       |
| <b>E</b> rasit. de hydrope opinio.   | 118       |
| <b>E</b> rysipelas pulmonis ut fit. 55. 392                                      |           |
| <b>E</b> rysipelatis pulmonis causę.   | 57. & 512 |
| <b>E</b> xanthematon examen.   | 252       |
| <b>E</b> xtonationis causa explicatur. 135. & 159                                |           |
| F  |           |
| <b>F</b> acultatis animalis a ratio habenda in acutis.                           | 289       |
| <b>D</b> e facultatibus examen.  | 165       |
| <b>F</b> ames quos juvet.  | 424       |
| <b>F</b> ebres an sint magnę in interna inflammatione.                           | 74; 114   |
| <b>F</b> ebres catarrhofę quid afferant.   | 47        |
| <b>F</b> ebres cur non omnes epialę aut horrificę.                               | 405       |
| <b>F</b> ebres hectica pestilens ut oriatur.                                     | 31        |
| <b>F</b> ebres intermittentes desinunt in dolores colicis similes.               | 9         |
| <b>F</b> ebres lentę ut oriantur.  | 11. & 24  |
| <b>F</b> ebres malignę aliquando non fitim magnam habent.                        | 29        |
| <b>F</b> ebre hydropi juncta quid agendum.                                       | 45        |
| <b>F</b> ebre quartana cessante homo fit <i>σπιτασφωις</i> .                     | 241       |
| <b>F</b> ebres horrificę quę.  | 401       |
| <b>F</b> ebres continuę habent rigorem & rigorem, intermittentes non, & cur.     | 406       |
| <b>F</b> ebres cum vertigine.  | 423       |
| <b>F</b> ebres quę in vigore coma habent.  | 324       |
| <b>F</b> ebres quartanę blande tractandę.  | 102       |
| <b>F</b> ebres sine ratione desinentes suspectę.                                 | 110       |
| <b>I</b> n febribus tertianis an paroxysmus evanescentis tutus.                  | 109       |
| <b>F</b> ebribus in phlegmaticis cor & arterię non habent eundem motum semper.   | 393       |
| <b>F</b> ebribus quibus somnus non proficit.                                     | 393       |
| <b>F</b> eb. quart. quotid. & tertianę longa disputatio, 278, & sequent.         |           |
| <b>F</b> ebribus in putrid. cur os non scetet.                                   | 128       |
| <b>F</b> ebribus continuis cur fluor alvi junctus.                               | 466       |
| <b>F</b> ebres somno aliquando augentur.   | 414.      |
| <b>F</b> ebriticantes multi calefcunt & rigent fere simul.                       | 291       |
| <b>F</b> ebris hectica an perpetuo refrigerat a cibo.                            | 11        |
| <b>F</b> ebris an hypofarcidion vincere debet.                                   | 45        |
| <b>F</b> ebris desinunt in soporosos affectus.                                   | 240       |
| <b>F</b> ebris an volvulum sedat.  | 65        |
| <b>F</b> ebris singultiens quę.  | 48        |
| <b>F</b> ebris quotidiana ut tractanda, quum aliud febris, aliud materia suadet. | 45        |
| <b>F</b> ebris semel anno.   | 177       |
| <b>F</b> ebris cur quosdam non adoritur.   | 176       |
| <b>F</b> ebris tertiana an phlebotomiam cito requirit.                           | 154       |
| <b>F</b> ebris ardens in peripneumno. abit.                                      | 429       |
| <b>F</b> ebris hecticę putris examen.  | 135       |
| <b>F</b> ebri quando coma jungitur.  | 414       |
| <b>F</b> ebris semitertiana.   | 401       |
| <b>F</b> ebris <i>τυφλώδης</i> .   | 401       |
| <b>F</b> ebris quartana quum primoprehendit, quid significet.                    | 281       |
| <b>F</b> ebris Hypochondriis inflammatis quę.                                    | 418       |
| <b>F</b> ebris an sequitur rigorem.  | 424       |
| <b>F</b> ebris hecticę pulsus.   | 104       |
| <b>F</b> ebris an est in hypochondriacis.  | 114       |
| <b>F</b> ebrium an periodi ad criticos dies bene comparantur.                    | 109       |
| <b>F</b> ebrium a pituita consideratio.  | 432       |
| <b>F</b> ebrium periodi explicantur.   | 109       |
| <b>F</b> ebrium quartanarum focus, causa.  | 281       |
| <b>F</b> ebrium malignarum typus.  | 29        |
| <b>F</b> ebrium epialarum natura.  | 248. 251  |
| <b>F</b> ebrium initio terrificasymptomata.                                      | 428       |
| <b>F</b> ebrium essentialium & symptomaticarum causę.                            | 324       |
| <b>F</b> ernelii opinio de hydrope explosa.                                      | 120       |
| <b>F</b> latus choleram morbum facit.  | 222       |
| <b>F</b> luor alvi hydroptico malus.   | 45        |
| <b>F</b> luoris alvi remedia.  | 32        |
| <b>F</b> luor alvi unde, multiplex.  | 15, & 16  |
| <b>F</b> luor <i>αίτρωσις</i> cur malus.   | 169       |
| <b>F</b> luor alvi non tollens tumorem malus.                                    | 168       |
| <b>F</b> luorum alvi examen.   | 200       |
| <b>F</b> luor a mesent. & ab inflam. mesent.                                     | 205       |
| <b>F</b> luori alvi syrupus conveniens.  | 253       |
| <b>F</b> luor dysentericus an in gravida sistendus.                              | 23        |
| <b>F</b> luoris in tabidis curatio.  | 40        |
| <b>F</b> luor longus alvi non citra caput.                                       | 16, & 129 |
| <b>F</b> luor nocturnus quid indicet.  | 16        |
| <b>F</b> luoris mesenterici & hepatici distinctio.                               | 129       |
| <b>F</b> luor muliebris.   | 231. 271  |
| <b>F</b> œtoris a dentibus remedia.  | 34        |
| <b>F</b> ortuna potest in medicina.  | 373       |
| <b>F</b> œtor oris.  | 125       |
| <b>F</b> rigis partium extimarum fugax quid.                                     | 250       |
| <b>F</b> rigus privativum & positivum.   | 250       |
| G  |           |
| <b>G</b> aleni opinio de morb. complicatis.                                      | 131       |
| <b>G</b> aleni opinio de phlebotomia in tertiana, male intellecta.               | 154       |

|  |           |  |           |
|--|-----------|--|-----------|
| Galen. reprehendit Erasistratum qui omnem morbum ulcus & tumorem posuit & non reprehendit Hippocratem. | 119.      | Hypochondrii inflammati remedium.  | 418       |
| Galenus sui oblitus in causa hydropis. ibid.   |           | Hypochondriis inflammatis quid agendum.                                      | 414       |
| Guajaci decoctum valet etiam in lapidis curatione.   | 96.       | Hypochond. morbi ut detegendi.   | 202       |
| Guajaci decoctum contulit in dolore capitis diuturno etiam a luce non orto.                            | 59.       | de Hypochondriis observationes.  | 415       |
| Gnidiorum reprehensio.   | 238.      | Hypochondrium palpitans quid.  | 380       |
| H  |           | Hypochondrium quale debet esse.  | 21        |
| <b>H</b> epar non desinit male habere, etsi nil foris apparet.   | 43.       | Hypochondriaci quid.   | 112       |
| Hepar tenditur dulci vino.   | 408.      | Hypochondrii sani nota.  | 202       |
| Hepatis intemperati nota.  | 156.      | Hypochondrii tumores examen.   | 21        |
| Hepatis regionis dolor curatur.  | 340.      | Hypochondrii tumores arte curandi.   | 22        |
| Hepatis gibbum inter partes superiores.  | 104.      | Hypochondriacis vagi dolores.  | 112       |
| Hepatis remedium opt.  | 107.      | Hypofarcidios morbus est interimens Hippocrati.                              | 46        |
| Hippocrates veteres reprehendit de qualitatibus.   | 238.      | Hypostasis quomodo fiat initio febrium acutarum docet Gal.                   | 298       |
| Horrorum frequentium causa in febribus continuis.  | 63.       | Hystericae affectionis remedia.  | 293       |
| Horror & rigor etiam in febribus continuis, in intermittentibus non.                                   | 406.      | Hystericae affectionis remedium.   | 437       |
| Humores veneni vim acquirunt.  | 108.      | I  |           |
| Humores falsi & nitrosi qui.   | 422.      | <b>I</b> cterici an abundant flatibus & cur. 277. 395.                       |           |
| Humoribus pene omnibus evacuatis non tollitur morbus.  | 374.      | Icterus duplex.  | 277. 395  |
| Hydromel non convenit melancholicis & <i>μεγαλοπλάγχοις</i> .  | 407.      | Iliaca succedit colicæ.  | 234       |
| Hydromelitis vires.  | 407.      | Inæqualitatis in febribus causa.   | 404       |
| Hydrops a suppressis hæmorrhoidibus.   | 119.      | Inappetentia dysentericæ succedens.  | 207       |
| Hydropicis non sunt cruentæ dejectiones.   | 118. 120. | Inappetentiæ examen.   | 207       |
| de Hydrope commentarius.   | 116.      | Inappetentia summa quid.   | 338       |
| Hydropicus fluente alvo interit.   | 45. 120.  | Inedia exacta cur singultum non affert.                                      | 242       |
| Hydropis aliis morbis succedentis descriptio.  | 45.       | Inflamatio Hypochondrii ut est tractanda.                                    | 414.      |
| Hydrops corporibus impurgatis succedit.  | 45.       | Intemperies calidæ appetentiam dejicit.                                      | 207       |
| Hydrope febrili juncto quid agendum.   | 45.       | Intestinorum dolor an major aut minor prout vel crassa, vel tenuia laborant. | 211       |
| Hydrops succedens aliis morbis malus.  | 45.       | Intestinorum dolor situ non percipitur.                                      | 210       |
| Hydrops a cerebro.   | 99.       | Ischiadis remedia.   | 364.      |
| Hydropici an nullam cruentam evacuationem habent.  | 120.      | L  |           |
| Hydrops omnis an a scirrho.  | 117.      | <b>L</b> ac asininum calculosis confert.                                     | 6.        |
| Hypochondriaca an a phlogosi.  | 112. 115. | Lacte asinino tuto utimur.   | 25        |
| Hypochondriaci an febricitant.   | 113.      | Lactis examen.   | 183.      |
| Hypochondrii dolor curatur.  | 340.      | Lapidem in rene arguit spinæ inflexio difficilis & lumborum dolor.           | 419       |
| Hypochondrii dextræ dolor quid notet.  | 23.       | Lassitudinum consideratio.   | 252. 418. |
| Hypochondrii dolorem mentitur dolor stomachi.  | 24.       | Lateris dolores aliquando Hypochondriaci.                                    | 112.      |
| Hypochondria frustra tentantur.  | 202.      | Lateris doloris ante morbos ratio est habenda in morbis.                     | 362.      |
| Hypochondriaci facile palpitant & cur.   | 395. 396. | Lateris dolor non negligendus licet non sit pleuritis.                       | 362.      |
| Hypochondrii intenti ratio.  | 414.      | Lateris dolores pleuritici mentientes.                                       | 363.      |
| Hypochondrii inflammatis quæ febres.   | 418.      | Leienteria an intestinis aut ventriculo fit læso.                            | 207       |
|  |           | Leipothymia an in peripneumoniis frequens.                                   | 55. 392.  |
|  |           | Leipothymicæ examen.   | 337. 340. |
|  |           |  | Lei-      |

|   |            |   |          |
|---|------------|---|----------|
| Leipothymia quæ purgationem postulat, quæ non.                            | 340        | Morbis malignis somnus nocet.   | 413      |
| Iethargum a pulmone.  | 248        | Morbi qui fiant deteriores diebus criticis.                                 | 250.     |
| Lienosi ut dysenteria juvantur.   | 207        | 404   |          |
| Lixivium pro capite.  | 12         | Morbi si ab uno humore, cur datur medicamen-<br>tam varios humores purgans. | 404      |
| Lochiorum suppressio hydropis auctor.                                     | 25         | Morbi coctio & præparatio quæ.  | 102      |
| Lochiorum suppressio quid.  | 45         | Morbi connutriti qui.   | 203      |
| Luis veneræ remedia.  | 357        | Morbi initio si terrificæ symptomata ut curanda,<br>179. & ante.            |          |
| Lumborum dolores explicantur.   | 419        | Morbi in orgasmo ut curandi.  | 102      |
| Luna ad epilep. facit.  | 122        | Morbi eadē hora repetentes valide tractandi.                                | 102      |
| M   |            | Morbi acuti unde, longi unde.   | 406      |
| <b>M</b> acilenta corpora non sunt medicamentis<br>agitanda.              | 3. 25. 290 | Morbi acuti cum alvo lubrica.   | 406      |
| Macilenta corpora ut sunt purganda.                                       | ibid.      | Morbi cur necessario aliqui longi.  | 366      |
| Mador an conferat.  | 147        | Morbi melancholici an fortiter agitandi.                                    | 102      |
| Maniæ syrupus conveniens.   | 115        | Morbi quando blande tractandi.  | 102      |
| Mania epilepsiam solvit.  | 99         | Morbi manent humoribus etiam vacuatis.                                      | 367      |
| Medica ars a calumniis vindicatur.  | 373        | Morbis incognitis ut medicamēta adhibenda.                                  | 281      |
| Medici nil falso debent supponere.  | 104        | Morbi incipientes, cum terrificis symptomatis<br>unde.                      | 108. 110 |
| Medicorum error qui & diebus criticis, & in-<br>coctis humoribus purgant. | 102        | Morborum initio cur terrificæ symptomata.                                   | 249      |
| Medicamenta levia sub finem morborum effica-<br>cia.                      | 291        | Morborum implicitorum examen.   | 129      |
| Medicamenta hypnotica queis danda.  | 287        | Morborum simpl. composit. & complex. differen-<br>tia.                      | 130. 133 |
| Medicamenta valida diurosin habentibus va-<br>lent.                       | 316        | Morborum generatio non est ut adortio.                                      | 27       |
| Medicamenta valida tabescentibus nocua.                                   | 3          | Morborum cognoscendorum examen.   | 126. 129 |
| Medicamenta valida initiis morborum non dan-<br>da.                       | 291        | Morbis alteri succedens malus.  | 45       |
| Medicamenta in paroxysmo arthritico nocent.                               | 377        | Morbis longus aut brevis unde.  | 7        |
| Medicamenta valida non danda iis quibus alvus<br>adstricta & ambusta.     | 290        | Morbis siccus quid.   | 136      |
| Medicamenta valida non conveniunt catarrho-<br>sis.                       | 413        | Morbosi si desinunt esse morbosi non est tutum.<br>407                      |          |
| Medicamentis assuescere malum.  | 178        | Morbis omnis an ulcus.  | 218      |
| Medicamentorum exhibendorum ratio.  | 290        | Morbi a suppressione solemnī ut tractandi.                                  | 46       |
| Medicamentum inutile malum affert.  | 244        | Motus contra naturam 4. species.  | 396      |
| Melancholiæ cerebr. & epilep. an causa eadem.                             | 114        | Mulieres biliosæ non ferunt phlebotomiam.                                   | 337      |
| Melancholici & epileptici cur delirant.                                   | 114        | Mulieres gravidæ a cholera morbo pereunt.                                   | 24       |
| Melancholica corpora non valide purganda.                                 | 14         | Mulieres pariendo epilepticantur.   | 121      |
| Melancholia Hypochondriaca.   | 13         | Mulieres decipiuntur in sensu frigoris in capite.<br>423                    |          |
| Melancholicis ut phlebotomia administranda.                               | 157        | Mulieri gravidæ an fluor alvi nocet.  | 236      |
| Melancholici qui fiant.   | 178        | Mulieres quædā prægnantes melius habent.                                    | 121      |
| Mel ut nocet.   | 408        | Mulieres cur capite dolent magis.   | 121      |
| Menses moventia.  | 293        | Mulieri enixæ si latus doleat an secunda venæ<br>quæ eunt lochia?           | 26       |
| Mens qui ægrotet.   | 168        | Mulieri gravidæ an dysenteria mala.   | 236      |
| Menstruum provocans.  | 293        | Mulsæ dotium observatio, vide Hydromel.                                     |          |
| Mesenterii inflammatio alvi fluoris causa.                                | 205        | N   |          |
| Mesenterii morbosa affectio quæ, 204. &c.                                 |            | <b>N</b> ephritica remedia, 5. 17. 95. 96. 197.<br>198                      |          |
| Metus causa palpitationis.  | 395        | O   |          |
| Morbi compositi explicatio proposito oculo.                               | 132        | <b>O</b> bftructio ne multum refrigeremus impe-<br>dit.                     | 7. 12    |
| Morbi maligni fiunt deteriores diebus criticis.                           | 252        | Obstructio vehemens febrium symptomaticarum<br>causa.                       | 324      |
| Morbi maligni habent potius <i>κρίσιμα</i> quam <i>κρί-<br/>σιμα</i> .    | 252        | Ocu-  |          |



|   |          |  |          |
|---|----------|--|----------|
| Oculorum remedia in metu cæcitatís.   | 33. 34   | Pleuritis an exactam diætam quærit.                                | 136      |
| Oculus pulverulentus quid sit.  | 422      | Pleuritin mentitur lateris dolor.                                  | 428      |
| Omoplatarum dolores unde, non enim a catar-<br>rho ut creditur.                       | 420      | Pleuritis sine sputo.  | 411      |
| Oris fœtoris examen. 125. & seq.  |          | Pleuritidis consideratio & methodus curadi.                        | 360      |
|   | P        | Pleuritidis falsæ consideratio.                                    | 362      |
| <b>P</b> alpitationis causa metus.  | 394      | Procatarticarum causarum vis.                                      | 160. 418 |
| Palpitationis causæ veræ explicantur.   | 396      | Puerorum nutriendorum ratio.                                       | 434      |
| Palpitationi confert Phlebotomia dextra aliquan-<br>do, sinistra alia. & cur.         | 393      | Pulmo juvatur dulci vino.  | 408      |
| Palpitationi cordis an phlebotomia conveniat<br>ad leipothymiam.                      | 393      | Pulmonis pruritus.   | 412      |
| In Palpitatione cordis prudenter agendum.   | 393      | Pulmonis morbos quando rubor genarum co-<br>mitatur.               | 411      |
| Palpitatio contingit loco hæmorrhagiæ in ju-<br>venibus, & menstruorum in virginibus. | 393      | Pulmonis inflammationis quæ signa.                                 | 392      |
| Palpitationis flatus nescio quis causa.   | 393      | Pulmo febris hæcticæ sedes non est.                                | 10       |
| Palpitationis remedia.  | 396      | Pulmonum inflammatorum notæ, curatio. ibid.                        |          |
| Palpitationi obnoxii <i>βραχυόβρυα</i> , & inter me-<br>dendum moriuntur.             | ibid.    | Pulmonum remedia multa.  | 36       |
| Paroxyfmi symptomata terrificæ habent initio.   | 47       | Pulmonum affectus an genarum rubore depre-<br>henditur.            | 54       |
| Paroxyfmi frustra abeuntes suspecti.  | 108      | Pulmonis natura, nutritio, victus ratio in ejus<br>morbis tenenda. | 136. 137 |
| Partes corporis quæ superiores quæ inferiores.  | 103      | Pulsu intermittente etiam vena secða.                              | 249      |
| Partium extimarum mutationes ad cal. & frig.<br>periculosæ.                           | 405      | Pulsus consideratio in febribus.                                   | 280. 282 |
| Peripneumonia an dextra an sinistra.  | 56       | Pulsus non idem aliquando cordis & arteriarum.                     | 393      |
| Peripneumonia an a bile, an a phlegmate.  | 54       | Pulsus inæqualitas ob affectum stomachi.                           | 249      |
| Peripneumonia an exactam quærit diætam.   | 136      | Pulsus intermissio senibus & pueris minus for-<br>midabilis.       | 248      |
| Peripneumonia lethargi speciem inferens.  | 428      | Pulsus in utero.   | 381      |
| Peripneumonia pleuritidi succedens an deterior.                                       | 57       | Pulsus palpitantis causa.  | 393      |
| In Peripneumonia ut phlebotomia celebranda.   | 56       | Pulsuum intermissio an mala.                                       | 247      |
| de Peripneumonia multa.   | 55       | Pulsus in Hypochondrio sinistro.                                   | 381      |
| Phlebotomia an celebranda in tertiana.  | 154      | Pulsus gravidarum qualis.  | 23       |
| Phlebotomia ex brachio sinistro in peripneu-<br>monia.                                | 56       | Pulsus intermittens, & deficiens quid.                             | 19       |
| Phlebotomia ad ventositatem quando.   | 394      | Pulsuum intermissio an mala.                                       | 247      |
| Phlebotomia ad leipothymiam in palpitatione<br>cordis quando.                         | 394      | Pulsus inæqualitas unde.   | 249. 253 |
| Phlebotomia an celebranda sanguine insigni-<br>ter mutato.                            | 156      | Pulsuum differentix.   | 250      |
| Phlebotomia in magnis doloribus statim usur-<br>panda.                                | 377      | Purgatio instituenda diebus paribus.                               | 102      |
| Phlebotomia etiam alvo fluente.   | 406. 417 | Purgatio resiccatis incommoda.                                     | 104      |
| Phlebotomia quando purgationi præferenda.   | 377      | Puris excretio cur debilitat.                                      | 331      |
| Phlebotomia ex opposito latere an facienda.   | 363      | Pustularum eruptio quid significet.                                | 170      |
| Phlebotomix ratio expenditur.   | 349      |  | Q        |
| Phlebotomia quibusdam sanguinis facilis, aliis<br>non.                                | 38P      | Qualitates primæ an sanitatis causæ.                               | 238      |
| Phlegmone interna ne refrigeremus prohibet.   | 10       | Quartana ab adusto humore qualis.                                  | 44       |
| Phlegmatis nomen bifariam.  | 278      | Quartana deficiens cito fecit hominem catale-<br>pticum.           | 376      |
| Phlogosis causa diarrhœæ in febre.  | 406      | Quartana definit facto in totum corpus abscessu.                   | 376      |
| Phthisici an evacuatione egeant.  | 424      | Quartanæ cura.   | 59       |
| Pleuritis falsa cruditate.  | 51       | Quartanæ cur longæ.  | 376      |
|   |          | Quartanis in febribus sudor inutilis.                              | 44       |
|   |          |  | R        |
|   |          | Renibus affectis cur dispnceæ.                                     | 171      |
|   |          | Renum affectus hereditarii.  | 5        |
|   |          | Renum morbi ex Hippocrate.   | 419      |
|   |          | Respi-   |          |

|   |          |  |             |
|---|----------|--|-------------|
| Respiratio difficilis quibus cor aret.  | 10       | Spirituum interceptio quid.  | 416         |
| Respiratio magna desinens ad <i>βραχυπνοια</i> .                                      | 25. 303  | Spondylorum cervicis affectio ad manus pertinet.                           | 420         |
| Rheuma idem urit & refrigerat.  | 423      | Spumæ origo unde.  | 201         |
| Rigorem an sequatur febris.   | 423      | Spumosa dejectionis unde.  | 201         |
| Rigor initio febrium malignitatis est signum in continuis præsertim.                  | 406      | Sputatio multa quid significet.  | 52. 112     |
| Rigoris frequentis in continuis febribus causa.                                       | 399. 403 | Sputum sanguinis curatur.  | 38          |
| Rigores frequentes unde.  | 291      | Spata saluginosa quid faciant.   | 425         |
| Rigoris frequen. sensio quid significet.  | 244      | Sternutamenti causa.   | 238         |
| Rondeletius de febre in hypochondriacis.  | 114      | Stranguria cur vulvulum affert.  | 79          |
| Rondeletii error de phlebotomia in tertiana.  | 155      | Sudor in quartanariis siccis quare.  | 42          |
| Rubri facie fiunt melancholici.   | 114      | Sudor initio morborum quid.  | 110         |
| Rubri fiunt melancholici.   | 278      | Sudor multus ex somno quid.  | 110         |
| Ructuosus morbus quid.  | 51       | Sudor particularis an malus.   | 110         |
| S   |          | Suffitus in catarrhis non probantur.                                       | 12          |
| Saliatio multa Hypochondriacis adest.   | 2. 112   | Suppressio sanguinis inveterata, & recens an idem indicet ad phlebotomiam. | 45          |
| Sanguineorum quidam ferunt phlebotomiam alii non.                                     | 278      | Symptomata terrificæ initio morborum.                                      | 124         |
| Sanguinis excretio per os quid.   | 172      | Synceræ dejectiones quæ.   | 107         |
| Sanguinis insignis mutatio dissuadet phlebotomiam.                                    | 157      | T  |             |
| Sanguinis extra vasa an suppuret.   | 383      | Tabes an morbus hereditarius & contagiosus.                                | 35. 36      |
| Saligeri opinio de phlebotomia oppositi lateris in pleuritide.                        | 364      | Tabes dorsalis.  | 422         |
| Sectio venæ & purgatio non acceleranda in morbis autumnii & hiemis.                   | 291      | Tabescentis curatio.   | 37          |
| Seri maligni vis.   | 420      | Tabescentis fluoris alvi curatio.  | 40          |
| Sicca pleuritis.  | 411      | Tabidi & hectici cur non singultiunt.                                      | 395         |
| Siccitas facultatem retentricem firmat.   | 165. 290 | Tabidorum oculus pulverulentus.  | 422         |
| Siccitas cordis dyspnœam facit.   | 13       | Tabis causa.   | 422         |
| Siccus morbus quid.   | 136      | Temperies si una, cur tot actiones.  | 165         |
| Singultus a pressu costarum.  | 48       | Thermintorum eruptio.  | 252. 389    |
| Singultus cur non fit in inedia.  | 242      | Thoracica remedia.   | 35. & sequ. |
| Singultus a tumore & pressu hepatis.  | 358      | Tibiarum dolores sedantur.   | 340         |
| Singultus ab inflammatione ventriculi cerebri & meningum.                             | 239      | Tremor cordis.   | 394         |
| Singultiens febris quæ.   | 47       | Tussis initio paroxysmorum.  | 47          |
| Singultus in febre qualis.  | 47       | Tussis remedia multa.  | 36          |
| Singultus in febribus senum hernia laborantium.                                       | 48. 237  | Tussis splenicis propria, & male a catarrho esse putatur.                  | 13          |
| Sitis remedia.  | 253      | Tussis ut fiat.  | 36          |
| Somniferorum medicamentorum ratio & usus.   | 289      | Tympanites unde.   | 395         |
| Somni incommoda in febribus.  | 413. 429 | V  |             |
| Somni explicatio longa.   | 289      | Vacuatio an phthificis conveniat.  | 424         |
| de Somno locus Hippoc. præclar.   | ibid.    | Venæ arteriosæ examen, &c.   | 147         |
| Somnus cur nocet & non.   | 413      | Venenum ut in nobis generetur.   | 30          |
| Somnus quid faciat.   | 413      | Venter ambustus, venter ardens, & ficcus.                                  | 76. 290     |
| Somnus immodicus quid faciat.   | 288      | Ventriculi an melanch. Hypochondriacæ sedes.                               | 112         |
| Somnus an a sola refrigeratione.  | 287      | Ventriculi confirmandi ratio.  | 366         |
| Soporosi affectus usu cassiæ & similia.   | 22       | Ventriculo conferentes pilulæ.   | 3           |
| Sopporifera an in febribus ardentibus, & calidis affect. cerebri conferant, & quando. | 281. 292 | Ventriculi morbi explicantur.  | 50. 102     |
| Spinæ difficilis infectio catarrhum non designat, sed aliquando calculum.             | 419      | Ventriculi oppressio ab hepate an singultus causa.                         | 241         |
|   |          | Ventriculi sideratio unde.   | 154         |
|   |          | Ventris dolores ex situ non parent.  | 210. 211    |
|   |          | Ventris dolorum sedativum.   | 20          |
|   |          | Ventris elevatio alio fluentæ mala.  | 162         |
|   |          | Ver-   |             |

I N D E X.

|  |          |  |          |
|--|----------|--|----------|
| Vermes alvum fluidam faciunt:                      | 16       | Unguentum ad lienem:                                     | 60. 293  |
| de Vermibus multa.                                 | 60. 61   | Unguentum ad renem & spinæ ardorem.                      | 293      |
| Vertigo in febris.                                 | 432      | Urinæ aquæ in bilioso corpore quid.                      | 107      |
| Veterum error de bono habitu.                      | 282      | Urinarum oleosarum consideratio.                         | 253      |
| Victus rationis in morbis acutis examen.           | 136      | Urinæ quæ sunt tenues, non purgandum.                    | 337. 430 |
| Vigiliæ cur fiant, & in quibus:                    | 289      | Urinæ crassæ & tenues quid agendum suadent.              | 431      |
| Vigiliæ immodicæ quid faciant.                     | 288      | Urinæ crassæ purgationem suadent.                        | 430      |
| Vini dulcis dotes.                                 | 408      | de Urinæ coctis ad bonum apparentibus Galeni explicatio. | 158      |
| Vinum dulce pulmone confert, non hepate.           | 408      | Urinis coctis an mors sequitur.                          | 158      |
| Vinum in febre an dandum.                          | 45       | Urinæ malæ aliquando ad bonum apparent.                  | 311      |
| Virgines decolores palpitant.                      | 395      | Urinæ nephriticorum infidæ.                              | 22       |
| Visus imbecilli cura.                              | 370      | Urinæ nigra non semper malæ.                             | 15       |
| Volvulus an febre sedatur.                         | 64       | Urinæ suppressio initio morborum unde.                   | 179      |
| In volvulo an vomitus pessimus.                    | 63       | Urinæ suppressio an sit obstrueto uno rene.              | 181      |
| in Volvulo. clysteres. Hippocrates. dat novo modo. | 66       | Urinæ tenues suspectæ.                                   | 107      |
| Volvulo liberatis mali morbi accidunt Mesuzo.      | 65       | Uteri carcinoma curatur.                                 | 365      |
| Volvulus multiplex.                                | 8        | Uteri fluor.   | 292      |
| Volvulus multiplex.                                | 66       | Utero inflammato quæ secunda vena.                       | 361      |
| de Volvulo multa.                                  | 63       | Uteri pulsatio.  | 381      |
| Vomere improprium dictum.                          | 174. 175 | Uterinas fluor.  | 232      |
| Vomitionis diurnæ causa.                           | 57       | Uterini fluoris remedia.                                 | 292      |
| Vomitus an cruentus, hydropicis.                   | 120      | Uterus an ex alto trahit.                                | 272      |
| Vomitus commoda.                                   | 103      | Uterus an causa fluoris muliebri.                        | 272      |
| Vomitus & singultus differentia.                   | 239      |  |          |

F I N I S.

IN

# I N D E X

## V O C U M G R Æ C A R U M

*Memoratu dignarum quæ in hoc opere continentur:  
numerus paginam designat.*

|   |         |  |             |
|---|---------|--|-------------|
| <b>Α</b> πειπτον ἢ ὠμόν differunt.              | 288     | Εὐχροια an malum signum.                     |             |
| Ατμώδεις περιττώμα.                             | ibid.   | 56. 279                                      |             |
| Αΐριον.   | 212.333 | Εἰμένα καταχρηστικῶς.                        | 473         |
| Αδρῶς.  | ibid.   | Επιγίνεσθαι τι.                              | 207         |
| Αυχμῶς.   | 217.226 | Εξ ἐμῆτι quid significet.                    | 239         |
| Αυχμῶς cum humore, sine humore.                 | 221     | Επισημασία ἀδλιπτος.                         | 410         |
| Αχρῶς.  | 223     | Εκλυσις quid.                                | 338. & ante |
| Απειπτον ἢ ὠμόν, an idem quod ξηρόν.            | 222     | Εκχύμωσις ἢ ἐγχύμωσις differunt.             | 383         |
| Αίματος πτύσις.                                 | 38      | verbi ἐνείγ, vis.                            | 382         |
| Ασιτίας ἢ ἀποσιτίας διαφορά.                    | 206     | Επιπαροξύνεσθαι quid.                        | 247         |
| Αδλιπτος quid.                                  | 410     | Εἰξέρυθροι quid.                             | 278         |
| Απόλησις ἢ πνευμάτων.                           | 416     | Εἰξέρυθροι cur melanch.                      | 114         |
| Ανομαλία, propria febr. putrid.                 | 247     |  |             |
| Αδρῶτέρως τί.                                   | 102     | Z  |             |
|   |         | H  |             |
|   |         | Θ  |             |
| <b>B</b>  |         |  |             |
| <b>Β</b> ἡξ ἢ θυμός.                            | 412     | <b>Θ</b> ερμὸν τι.                           | 163         |
| Βραχύπνοια succedens magnæ respira-             |         | Θου ἢ θρημώδεις vis.                         | 411         |
| tionis quid.                                    | 250.303 | Θεῖον frustra in morbis usurpatur.           | 248         |
| Βραχύπνοια unde ἢ δύσπνοια.                     | 412     | Θλίψις & ἀνωμαλία in pulsibus.               | 247         |
|   |         | I  |             |
| <b>Γ</b>  |         |  |             |
| <b>Γ</b> λῶσα περιπνεύμονική.                   | 223     | <b>Ι</b> σχρόν.                              | 223         |
| Γειφόμενον ἀλγημα.                              | 274     | Ιχώρ τι.                                     | 209         |
| Γνάμη quid.                                     | 167     |  |             |
|   |         | K  |             |
| <b>Δ</b>  |         |  |             |
| <b>Δ</b> ιάδεσις ἐρυσιπελατώδης λεπυρίαν parit. |         | <b>Κ</b> αίσις.                              | 229         |
| 230.  |         | Καίσις ἢ λεπυρίας διαφορά.                   | 231         |
| Διάνοια quid.                                   | 167     | Κόπος.                                       | 255         |
| Διάχυσις.                                       | 424     | Καρδιαγμῶς fumitur aliter apud Gal. in A-    |             |
| Διαφορά quid.                                   | 375     | phorismis.                                   | 392         |
| Διορέν quid.                                    | 413     | Κρίσεως ἢ λύσεως διαφορά.                    | 109         |
|   |         | Δ  |             |
| <b>E</b>  |         |  |             |
| <b>Ε</b> φόδτης quid: item ἐψιμένοι.            | 288     | <b>Δ</b> άρυξ.                               | 224         |
| Εἰκασίς solvit maniam.                          | 230.99  | Δαπυρετικά.                                  | 230         |
| Επίφουσις ὀχρῶδης.                              | 219     | Λεπυρίαν γολέρα λύει.                        | 230         |
| Εἰπανασίσις.                                    | ibid.   | Λύαν quid.                                   | 229         |
| Επί ἢ ἐπιφύεσθαι.                               | ibid.   | Λύσεως ἢ κρίσεως differentia.                | 374         |
| Είλεός sumtum generalius.                       | 230     | M  |             |
| Εφοδος quid.                                    | 231     | <b>Μ</b> ανίαν solvit εἰκασίς.               | 230.99      |
| Επίσασις ἀδρῶς.                                 | 212     | Μεγαλόσπλαγχοι qui.                          | 407         |
| Εκρυσίς quid.                                   | 19      | N  |             |
| Εκτρωσμός.                                      | ibid.   | <b>Ν</b> Αρκωτικά, an in febribus conferant. |             |
|   |         | 289. 290.                                    |             |
|   |         | Nō-  |             |

|   |                |  |             |
|---|----------------|--|-------------|
| <b>Νόσημα ξηρόν.</b>                          | 218.221        | 223.                                     |             |
| <b>Νέσος σύντροφος.</b>                       | 259            | <b>Συνάγχη χολώδης.</b>                  | 218         |
| <b>Ξηρόν quid.</b>                            | 218            | περί Συνάγχης.                           | 217.218.219 |
| <b>Ξηρός νέσος, an idem quod</b>              | 222            | <b>Σπυραιώδεια μετά περιτήξεως quid.</b> | 54          |
| <b>α' πεπτος.</b>                             | 218            | <b>Συγκυρρωδίται quid.</b>               | 124         |
| <b>Ξηρότη πολλή anginam parit.</b>            | 222            | <b>Σπατίλη quid.</b>                     | 407         |
| <b>Ξηροφθαλμία.</b>                           | 220            | <b>Συσάσεως &amp; κινήσεως causa.</b>    | 413         |
| <b>Ξηρασία.</b>                               | 223            | <b>Σπαδών quid.</b>                      | 385         |
| <b>Ξηραγχίνα fictum verbum.</b>               | 226            | <b>Συσροφή ad Hypochondrium.</b>         | 415         |
|   |                | <b>Σφυγμού nomen quid Hippocr.</b>       | 380         |
|   |                | <b>Σύντηξις.</b>                         | 424         |
|   |                | <b>Συγκινέσθαι corpus quid sit.</b>      | 337         |
| <b>Οφθαλμία ξηρά.</b>                         | 219            |  |             |
| <b>Οφθαλμία φθινώδης.</b>                     | ibid.          | <b>Τελευτάν τι.</b>                      | 106.164     |
| <b>Οφθαλμία ύγρα.</b>                         | ibid.          | <b>Τυφί species.</b>                     | 248         |
| <b>Οφθαλμία ρωϊδής.</b>                       | 217            |  |             |
| <b>Οφθαλμία ξηρά bifariam.</b>                | 219            | <b>Υπός επιτηδωδής.</b>                  | 288         |
| <b>Οξυρυγμία in fluoribus alvi.</b>           | 16             | <b>Υπνωτικά quando conferant.</b>        | 31.288.     |
|   |                | 289.                                     |             |
| <b>Περίκλυσις εξέρως.</b>                     | 206.209        | <b>Υγραίνεσθαι.</b>                      | 221         |
| <b>Πλάδεντα.</b>                              | 221            | <b>Υγρόν.</b>                            | 222         |
| <b>Πά Πολλά τι.</b>                           | 161            | <b>Υποβορβορίζον εν ξηρώ.</b>            | 218         |
| <b>Πρόφασις quid.</b>                         | 160            |  |             |
| <b>Παροξυσμῶ nomen an ad febres intermit-</b> |                | <b>Φάρυξ.</b>                            | 224         |
| <b>tes pertinet.</b>                          | 400            | <b>Φθινώδης οφθαλμία, vide οφθαλμία.</b> | 221         |
| <b>Ποιά κρίσις.</b>                           | 238            | <b>Φθίσις οφθαλμῶ.</b>                   | 221         |
| <b>Παλμῶς υποχορδίου.</b>                     | 380            | <b>Φθίσις ασαφής τι.</b>                 | 167         |
| <b>Παλμῶ και τρέμν, differentia.</b>          | 397            | <b>Φθίσις τι.</b>                        | 159         |
|   |                |  |             |
| <b>Ρῶς γυναικῶν.</b>                          | 16.231.271.337 | <b>Χολέρα humida &amp; sicca.</b>        | 222         |
| <b>Ρευματική διάδεις.</b>                     | 202            | <b>Χολέρα λατυρίαν λύα.</b>              | 228.229.230 |
| <b>Ρε̄ cura.</b>                              | 368            |  |             |
| <b>Ρε̄ γυναικῶν balnea.</b>                   | 425            | <b>Ψεροφθαλμία.</b>                      | 221         |
|   |                |  |             |
| <b>Στυλοκί.</b>                               | 223            |  |             |
| <b>Συνάγχη, Συγκυρρωϊκόν πάθημα.</b>          | 217.           |  |             |

GRÆCARUM VOCUM,  
QUÆ IN HOC  
SECUNDO TOMO  
GULIELMI  
BALLONII

inter legendum, lectorem linguæ Græce  
imperitum morari possunt, inter-  
pretatio Latina.

*Μία Ἀρχὴ αἰνίτος. Timæus Locrus de Anima Mundi.*



VENETIIS,

APUD ANGELUM JEREMIAM,  
Via Mercatoria sub signo Minervæ.

---

M DCCXXXV.

SUPERIORUM PERMISSO, AC PRIVILEGIO;



CLARISSIMO VIRO  
D. WILHELMO MOOR

M. D.

Socio Berolinensi, Augustæ Rauracorum Pra-  
ctico felicissimo, Græcarum litterarum Gro-  
ningæ in Batavis Emerito Professori.

A. M. Zanini M. D. Veronensis.

Εὐδαιμόνης πρῶττον.

**L**IBUIT, WILHELME Præstantissime, sæpius te-  
cum per litteras colloqui, & inita Amicitie Sacra re-  
colere; ex quo Te peregre proficiscentem Tragurii in  
Illyricis primum conspicatus, medullitus observare,  
ac diligere cœpi, & exacto triennio Venetiis auspica-  
tissimo, & insperato occurſu propius intueri Ipsemet  
potui. Statim Te veluti in sinu fovere plurium dierum intervallo non  
desisti, usque ad felicitatis invidiam totus delibutus. O qui complexus,  
& gaudia quanta fuerunt! Vel in medio foro oculos tuos disſuaviari non  
veritus, indivulsus comes lateri tuo hærebam. Ab ore loquentis pende-  
bam contifescens, intentusque. Quanta litterarum græcarum ex tempo-  
re Ubertas! Quanta elocutionis granditas? Quanta in eruendis Vetustissi-  
morum sensibus sagacitas, & profunditas? Q. Calabri Παράλειπόμενα  
tuis notis illustrata, & nitidissimis formis Colonia Allobrogum poste-  
ritati tradita, merum, & totum Eustathium sapiunt, Te interpre-  
tem, Te enarratorem sapientissimum universo Orbi litterario promul-  
gant. Colubus inter Veteres vetustissimus Περὶ Ἑλένας ἀπαιγῆς pro-  
pediem, beatissimum tuum iudicium expectat. De MORBIS Gratia-  
via, ut ad Medica tranſeam, & Te ad altioris subsellii conatus per-  
trabam, opus a CHRISTIANO HELVICH inchoatum, a Te vero  
ad umbilicum perductum, extremam limam opperitur; sed adhuc in  
ſeriniis occulitur. Dii boni quam pretiosa merces! DE INSTAU-

Ff 2

RA.



**RATIONE MEDICINÆ, DE PRESSURIS HUMANI COR-**  
**PORIS** Bartholomai Moor toto Orbe Clarissimi, gentilis, & contri-  
 bulis tui, ad Sorani Ephesi amussim, & ad saculi Emunctiores na-  
 res exantlatis laboribus, quot labores addidisti, nocturnasque lucubra-  
 tiones, & diurnas? Quibus bonis Universi inbiamus, nondum frui-  
 mur. Hippocrates, qui in profundissimis vocum involucris, totus in-  
 terdum in verbis delitescit, tuas suppetias praesolatur. Habes praema-  
 nibus salebrosas illas **PRÆNOTIONES COACAS**, quae haecenus  
 Jonstonum, Foesium, Hollerium, Desiderium Jacotium, Gregorium Hor-  
 stium pro Magistris non adeo felici fato subierunt. **LUDOVICUS DU-**  
**RETUS** immeritissimè Tantus. Habet summus ille Vir, inquit Cas-  
 par Hoffmannus XI. **DE USU PARTIUM**. ut in illa affectata gran-  
 diloquentia involvitur, non aliter quam Sepia atramento suo. Adhuc  
 in tenebris sumus, adhuc ex Verulamio noctu palpamus. Agedum pra-  
 libemus nonnulla **IN PRÆNOTIONIBUS**, Amicissime VVillhelme  
 in specimen veritatis, quantum fert angustia brevitatis Epistola, tan-  
 quam **DIPNOSOPHISTARUM** mensis discumbentes, aut sabino  
 foco hiemali bruma admoti. Qui ex doloribus aphonii fiunt, crude-  
 liter moriuntur **Οἱ ἐκ πόνου ἀφρονί γίνονται, Δυστάτατοι.**

Quis non attonitus obstupescat, si quis Aphoniam interdum pro im-  
 mensa vociferatione interpretetur; & Aphonas immense vociferantes,  
 clamantes, ejulantes? Hanc significationem **EMILIUS PORTUS CRE-**  
**FENSIS** pro aris, & focus tuetur **Ἄλφα**. Elementum in principio  
 dictionis, multoties negare, multoties **Ἐπιτατικῶς** augere, & inten-  
 dere ipsi Impuberes sciunt litterulis graecis imbuti, nisi qui nondum ere-  
 lavantur. **Ἰλν ἀξυλος** apud Homerum Silva nemorosa. **Ἠλέαρον**  
**Ἀχαρῆς**. Pelagus immensum. **Ἀβίος** apud Antiphontem, **DIVES**,  
 & πολὺν βίον κεκτημένος Nilus apud Nazianzenum **Ἄσαχρος**, &  
 καρποφόρος **SPICIFER**, & fructiferus **περὶ προσβυχῆς** in fine. Ac-  
 cidit ex eventu Testimonium. Vehementia doloris facientis vociferari  
 in Pleuriticis, omnino exitialis, ex Eben Syna, & suppuratoria;  
 ex versione Antonii Deusingii, & Vopisci Fortunati Plempii Lovan-  
 niensis. Testor Deum in animam meam, inquit Valescus de Taranta,  
 ferè omnes Pleuriticos clamantes, vociferantes, exilientes, ejulantes  
 miserabiliter oppetiisse; Plevosque ad incitas redactos. **VOX** in rigori-  
 bus exitialis ex eodem Hippocrate in Coacis. Quae tanti Mysterii Sacra-  
 nescivere Interpretes, & pro **VOX** non **VOX** infeliciter commatarunt.  
 Desiderio Jacotio subirascor. Datur quaedam species clamor, & pen-  
 terebrantis

*terebhrantis Pleuritidis. Telum vocat Q. Serenus. VOX acuta ploran-*  
*tium similis Κλωδμωδης omnino exitialis, & spasmodica in acutis.*  
*Vociferari, ululare, ejulare Βοῶν in posteram diem mortem significat,*  
*praesertim si contumax, & perenne silentium a principio in vociferatio-*  
*nem inopinatam eruperit. Videndus Johannes Jacobus VVepferus de Voce*  
*stentorea. Silentes, exclamantes in malignis veluti attoniti, & in*  
*ictu oculi rapiuntur. Quod tanquam THESMOPHORUM, & Elea-*  
*sium Sacrum custodivere Patres. Δυσδύνατοι egre morientes, crude-*  
*liter morientes, mori contumaces, inextricabiles ex Theodoro Gaza*  
*apud Teophrasium 3. de Plantis κοκκυμυρλέα διαώλεθρος. Αναφέροντες*  
*subsingultuosi moriuntur. Αναφέρειν apud Galenum in exegefi de linguis*  
*est subsingultire, & spiritu faucibus eliso respirare. Καταφέροντες dei-*  
*cientes moriuntur. Ἰποφέροντες titubantes, erecti Ὀρδοςάδειν mo-*  
*riuntur. Προσφέροντες, μικρά προσεγγυάμενοι comedentes moriuntur,*  
*ut nonnulli Tabidorum in prima cibi sumtione animam exhalant, Ad-*  
*stantibus nihil tale cogitantibus.*

*His veluti ἐν παρήγῳ observatis, ad alia properemus. Quibus ex*  
*stranguria Ileos supervenerit, in septem diebus percunt, nisi fe-*  
*bre superveniente satis urina fluxerit Ὀρόσοισιν ἐκ στραγγυρίας εἰλεός*  
*ἐπιγίνεσθαι, ἐν ἑπτὰ ἡμέρησιν διαόλλωσθαι, ὡς μὴ πυρετὸς ἐπιγενομένη ἄλλοις*  
*τὸ ἔργον ῥυθῆ. Nullum, inquit Galenus in vita mea observavi stran-*  
*guriolum, Ileosum objisse. Melius est itaque si fateamur, nos*  
*ignorare, quæ dixerit Hippocrates. Quot ambages, quot verborum*  
*circuitiones, & tortuositates in tanta claritate! Leonardus Fuchsius au-*  
*dacior, sed infelicior Athleta. Tanta est humani ingenii tenuitas, ut*  
*quæ etiam notissima sunt, ignoremus. A duobus millibus annorum tam*  
*conspicuum sensum latuisse. Quid clarius, quid expeditius, si Ileum*  
*pro occlusione, & Ischuria interpretemur? Ileum Sepimentum appellat*  
*Salimachus apud Caelium Aurelianum. ILEOS hoc in loco obfignatio, in-*  
*terclusio, sepes est, ischuria est non ILEOS vulgi, aut Iliaca passio com-*  
*munis. Εἰλεῖσθαι est constringi, coangustari, convolvi, pene insolu-*  
*bili perisystole tamquam vinculis constrictis intestinis; gastrica lymphæ*  
*secretoriis oscillis obfignatis a crassioribus, & amurcosis succis, quibus*  
*a calore febrili solutis, & excretis, decretoria perirrhæa succedente, in-*  
*sperata salus contingit, urinis multis vitreis, acervatim, de repente,*  
*erumpentibus. Quid frequentius observant Clinici quam stillicidium*  
*urinae in ischuriam transire? Quæ morborum epigenesis adeo Præcticos*  
*terrefacit. Res est miraculo similis, Galenum atticissimum atticissima*

significationis exegesis ignorasse. Ἐπέων νόμος πολὺς, ἔνθα καὶ ἔνθα Vetusissimi Attici Πολυσήμως loquebantur, ut Richardus Bentleius in scholijs Aristophanis sapius inculcat. Flexus, subterfugia, diuerticula querit ipse noster Ballonius διαλεπτολυγείται ταῖς δοκοῖς τῆς οἰκίας Diis Avertuncis Sacra faciamus, ut tantam caliginem ab oculis avertant. Occurrunt infinita similia, Sapientissime Moor, quibus praesertim divinum Opus Coacarum conspergitur; sed receptui canendum, nam subpudet quae tua sunt tibi venditare, & proprias merces licitatori in auetionem proferre, Ballonium interim audiamus, & graecicas voces ex purissimo fonte depromptas in propatulo exponamus, Tu Magister, Tu arbiter censorio supercilio, si quid minus aptum interpretando subolfeceris, emendabis, & ceu male natam prolem sustuleris. Si libuerit, illines atrum transverso calamo signum. Vale, Amicissime VVilhelme, & me Tui sic amantem amore prosequaris.

Venetiis Kalendis Martii MDCCXXXV.



5. Urinæ Ταραχώδεις Perturbata.
9. Τερταλογενῶς In modum Tertianæ Febris.
10. Ξυανδροισμὸς Coacervatio.
11. Χλωράσμα λαμπρὸν Viriditas splendida.  
Μαρασμῶδες Marasmodes.  
Εξῆς Habitus.
13. Ἀπνευ ἀπνοῶν sine respiratione, exanime.
15. Διέξοδος ταχῆα Cita alvus.
16. Οἴζυρηγμία Ructus acidus.  
Ρῆς γυναικίως Fluxus muliebris.
17. Περὶ παθῶν De passionibus.
18. Ἀκινήσια, λιποθυμία Immobilitas, Leipothymia.  
Ἐκκοπή & ἐπιληψία Detruncatio, & defectus.  
Εἰδρωσις Sudatiuncula.
19. Ἐκρυσις Effluxio.  
Ἐκτρωσμὸς Abortus.
23. Τόχλωρα Subviridia.  
Διαφθορά Corruptio.
25. Ἀνατρέψα per ἐπίκρασιν Conantrio per epicrasin.  
Περὶ τροφῆς De alimento.
26. Τῖποσαρκίδιος Hypofarcidiosis.
27. Ρῆγχοι Stertor.
41. Πνέμασις Spirituosus, anhelosus.
46. Περὶ παθῶν De passionibus.  
Μυξώδεις Mucosus.
48. Ἐπιγινόμενον σύμπτωμα Accidens superveniens.  
Ἀφθῶδες Quidpiam aphthis simile.
51. Ὀρθοσάδω, Erecte, & ambulando.  
Ἀπεψία, Βραδυπεψία, Δυσπεψία Ablatio concoctionis, tarda concoctio, difficultas concoctionis.  
Κληδῶνας Fluctus.
52. Ερυσιπελατώδης Erysipelatodes.
54. Τὰ σπυρατώδεια μετὰ περισηξίως μυξώδεις, Spiriformia cum eliquatione mucosa, baccis caprini stercoris similia.  
Περὶ παθῶν. De Passionibus.
56. Εὐχροίαν Bonum colorem.
58. Ἀνδρῶν αἰ νῆσοι Pro quibus quī morbi.

- Πνευμονίαν ἢ πleurίτιν ἰάται Peripneumoniam pleuritis sanat.
- Partes ἀνάδητοι infensiles.  
Αἰνίασις Incurabilibus.
59. Θεῶν τι Occultum aliquid, Quidpiam Divinum.  
Περὶ ὄσιον Perioftion.
60. Τὸ πολιτικὸν & ἐπιδημικόν, Quid Politicon & epidemicum est.  
Χλωράσμα λαμπρὸν Viriditas splendida.  
6. Ἐπιδημικῶν 6. Epidemiorum.
61. Ἐκλαμψιν Elucescentiam.
64. Πραποσίθησιν Ἐκ accipit pro.  
μετὰ post.
67. Ὅντε ἀραδὸν κακὸν ποιῆσιν, Perturbatione, neque perturbationem, sive malum affert.  
κακὸν Malum.  
ἀραδοί Perturbationem.
68. Διαθήσις Diathesis.  
λιθωντας Calculosus.
69. Ἐτερογενῆς. Quod est alterius generis.  
Puris εὐώδεια Bonitas, & laudabilitas.
70. Ἀσμιώδης Halituosus.
71. Θερμὸν Calidum.  
Πῦρ Ignis, igneitas,  
Ὄξυπορα Ἐκβραστικά & Ebullientia.  
ἔρητικά Per urinas moventia.  
ἔξατμιζόν Exhalare faciens.  
Ἀτμός Vapor.  
Ἀπόρροια ὁ ὑποκακίμενης οὐσίας Efflu-  
vium subiecta essentia.  
Ἐντελέχεια Perfectio.  
Γχυρὸν θερμὸν Forte calidum.
72. Ἐκλαμψιν Elucescentia.  
Ἐφοσέτις ὁ δυνάμειος ἀδυνάμειος ἔστι Et  
praeterea inbecillitate existente potentia.  
ἔμφραττονται πολλαὶ ἀνεφροὶ ἔστις  
λίθοι γεννῶσι, ὅταν Et obstruuntur  
renes & calculos generant, quando &c.  
σύστασιν παρώδη Callosa concretio.
73. τὸς πτωχὰς ἐλάττω ἀγόντας ἡλικίαν,  
& ἐν αὐτοῖς καταπαύει τὸν λόγον ὡς  
ἀπάσαι ἡδὲ διελλυθῶς Eos senex in-  
telligit Hippocrates qui extremam  
partem aetatis agunt, atque in iis  
Ff 4 ser-

fermonem suum finit tamquam singulas ætatis partes emensus.  
 συσασις Porrosis.  
 παρώδης Concretio callosa.  
 74. ἐμφράττονται οἱ νεφροὶ ἔργαζονται λίθους ἔσυσασις. παρώδης ἐργάζεται Obstruuntur renes, & generant lapides, & systassis callosa generatur.  
 συστάσις παρώδης Systasseos, sive concretionis callosa.  
 Humor παχύς ἢ γλιχρὸς crassus & viscosus.  
 σύναγμα Collectio.  
 76. φλόγωσις phlogosis.  
 σῦναγμα Collectio.  
 ἀπὸ τοῦ ἢ γλιχρὸν συμπέσεται Ex eo quod humor viscosus concresecat, & coacervetur.  
 σῦναγμα synagma.  
 μετ' ἔρησιν ἢ ἀπὸ ἔρησεως Post mictionem & ante mictionem.  
 ἔρησις mictionis.  
 77. ἔρημα Mictio.  
 ἔρα Urinæ.  
 aliud ἔρον, urina, aliud ἔρημα, seu ἔρησις Mictio.  
 ἔρα ὅτι θερμότερον Nunc quod calidiores.  
 μαῖλον magis  
 σύναγμα μαῖλον magis concretio.  
 θερμὸς Calidos.  
 μετ' ἔρησιν Post mictionem  
 78. ἔρησις Mictionis.  
 79. σῦναγματος Concretionis.  
 80. ἑτερογενῶν Partium diversi generis.  
 ἑτερογενῆ Partes diversi generis.  
 ὁμογενῆ Partes ejusdem generis.  
 81. Δερμοκοίλος ἀνω Ventre superiori calidus.  
 82. πυρετός ἐπιγεγόμενος κορύζας ἔβραγχος βεβαιότερον αὐτῶν ποιεῖται πέψιν Febris superveniens raucedini, & gravedini validiorem efficit concretionem.  
 τὸ θερμὸν τῶν λιθίασιν ποιὸν ἐκκτιμίζειν Calidum lithiasin efficiens, discutere, & exhalationem procurare.  
 83. Irraquis αὐτοφύσις sponte nascentibus.  
 86. Furfuracea γονίδια, & genitura lia.

ἰσχυρίαν, aut στραγγυρίαν, aut δυσχυρίαν Ischuriam, & stranguriam, aut dysuriam.  
 88. συνάγματος Concretionis, τῶν γένεσιν. Generationem.  
 ὅψιν νεφρῶν ἰσχύθεισιν Renum dispositionem.  
 τελείως Perfectos.  
 89. ἔρησις Mictio.  
 90. διάθεσις Dispositio.  
 91. γένεσις, διάθεσις & ἴασις Generatio, transitus, & mora.  
 ἔξῃαν ἀδύνην Dolorem acutum βαρῆαν Dolorem gravem, τῆς βαρείας ἀδύνης Doloris gravis.  
 92. θερμοκοίλος Ventre calidos.  
 93. ἐκφρακτικὰ Deobstruentia.  
 παρώδεις συστάσις Callosas concretionnes.  
 ἔρητικὰ Uretica.  
 διουρητικὰ Diuretica.  
 97. τὴν ἐξὶ ἀθλητικὴν Habitum athleticum.  
 ἀδρόν, sive ἀδρώως ἐκκελεῖν. Coacervatum, & acervatim excretum.  
 διαγνωστικὸν Diagnosticum.  
 98. γίνεσθαι Fieri, Generari.  
 μετ' ἔρησιν Post mictionem.  
 ἀπὸ ἔρησεως Ante mictionem.  
 99. ἔκστασις Extasis.  
 ἀπὸ τῆς μανίας Loco mania.  
 100. ὑδρῶς sed ἰδρῶς Non hydrops, sed idros, idest sudor.  
 102. ἀδρῶτερος Validius, fortius.  
 104. σύντηξις Colliquationem.  
 106. τελευτῆς Finire, mori.  
 ἀπὸ τῆς κρίσεως Loco judicari.  
 109, κρίσις Crisis.  
 λύσις Lysis, solutio.  
 110. Non est ἐφιδρωσις ἀλλ' ἰδρῶς πολὺς ἐκ καθόλου τῆς σώματος ἐπιχεόμενος Sudatiuncula sed sudor multus ab universo corpore effusus.  
 ἐφιδρωσις Sudatiuncula.  
 καὶ τὰς κληίδας Secundum clavicularum.  
 ὑπὸ τοῦ ὕπνου Sub somnum.  
 ἰδρωτὶ πολλῷ Sudore multo.  
 111. διαφορμμένης τροφῆς Quod alimentum discutatur.  
 113. ἀνάδοσις Distributionem.  
 φλεγμονῆς Inflammationis.  
 114. ἔξερύθρου Prærubros.

116. καθ' ἑσταν ἢ μάλλον Secundum magis, & minus.  
 πασσωδεις. Spasmodes.  
 ὁχροα. Bonus color.  
 ὑπαρξις. existentia.  
 ἀποτυχία τὴν αἱματώσει. Frustratio fanguificationis.  
 119. αἱματοποιητικὴ Sanguificatrix, sive effectrix fanguinis.  
 122. Luna διχότομος dimidio orbe, semiplena.  
 124. συναδρωθῆναι simul virescere, seu simul virilitatem adipisci.  
 πηλίσραν γαστρ. συναδρωθῆναι. Morbum sacrum, simul roborari, & virefcere.  
 126. σοχασμὸν Conjecturam artificiosam.  
 130. ἄκαθαρὸν Corruptionem.  
 131. ὁμογενή, sive ὁμοειδή. Homogenea & consimilia.  
 132. κατὰ συμβεβηκός Secundum accidens.  
 135. περιψυξις ἢ ἀναδέρμασι. Perfrigeratio, & recalefactio.  
 136. ἐπιχυρίαις Adiumenta.  
 137. πρὶ τῆ κατὰ μέγιστη πικρῶν ἀπὸ τῆς καρδίας ἀπαεμπιομένῳ μόνῳ τοῦ αἵματος ἀκροβῶς ἐν ἐκείνῃ καταρρασμένῳ ἢ λελεστυμένῳ. Tertium autem, idque maximum est quod sanguis a corde ad solum pulmonem exquisite in illo prius elaboratus ac attenuatus.  
 147. ἐν προσαγωγῇ. Quod sensim fit aut accessionem paulatim. crescente ex Budæo.  
 150. αἱματος πύσιον Sanguinis sputum.  
 155. ὑπαρξις. Existentia.  
 πυρ. Ignis.  
 ἀπυρεξία. Infebricitatio.  
 158. μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως. Non omnino leviter.  
 159. συντήκεσθαι Contabescere.  
 φανεράν ὀφθασιον. Occasionem manifestam.  
 διαγνωσις ἢ ὄψ' νασυμάτων ὀφθῶσις. Diagnosıs, & prognosıs morborum.  
 ἀνωπῆκεσθαι ἀντὶ τοῦ λεπτοῦνεσθαι. Extabescere loco extenuari.  
 ὀθῖνοντας. Contabescentes.  
 ἔπωσθ' ἢ συντηκομένους. Utcumque extenuatos.  
 εἰς εἰς. Sine distinctione.

ἐν παντάπασιν ἐπιπολαίως. Omnino leviter.  
 160. ὀφθασιον Occasiones.  
 Febris σωστικῆ Colliquativa.  
 σωστικῆς Colliquativas.  
 ζυμπτώσεως Collapsionis.  
 κακοῦθνα Malignitas.  
 ἐξανθήματα Exanthemata.  
 κακοῦθες Malignum.  
 ἐφιδρωσις Ephidrosis, sudatiuncula.  
 161. τὰ πολλὰ ut plurimum, ex interval-  
 lis, magna ex parte.  
 ἀκρεα ταχύ ἐν ἀμφοτέροις μεταπίπτοντα, ἢ διὰ τοιαύτη, πονηρόν Si extremæ partes corporis in utrumque partem cito transmutentur, & fitis sit hujusmodi, malo loco res est.  
 ἀκρεα μεταπίπτοντα Extremæ partes corporis se permutantia.  
 δίψαν μεταπίπτουσαν. Sitim, non sitim, seu potius sitiendi, & non sitiendi vicissitudinem.  
 μεταπτώσεως Permutationis.  
 ὀκῶσιον πογιόντες τὴν τῶ σώματος, τὰ πολλὰ ὄψ' πόνων μὴ αἰσθάνονται. Quicumque dolentes aliqua parte corporis, ex intervallis dolorem non sentiunt, iis mens ægrotat.  
 ὄψ' πόνων sit μεταπτώσεως τις. Aliqua dolo-  
 rum permutatio & vicissitudo.  
 ὄψ' αἰσθάνσεως μεταπτώσεως τις aliqua sentiendi vicissitudo aliqua.  
 ἀναδερμαίνεσθαι Recalefcere.  
 ὄψ' μεταβολῆς Permutationis.  
 162. ἑτερογενή Heterogenea.  
 ἐκλάμπην. Emicare.  
 εὐσάρκω Eufarcho, & bene carnofo.  
 ἀνάκλαμψιν ἢ ἐπανάκλαμψιν perrelufc-  
 scentiam, & revocationem caloris.  
 163. τὸ δὲ θερμῆ, ἢ θερμοκοίτης. Calidos, & ventre calidos.  
 ὀκῶσιον δὲ ἄρματα περιτῆν, ἢ καρφαλέα ἢ ἔσρα ἀνάκλαμψιν τελευτῶσι. Quo-  
 rum cutis arida, & præficca circum-  
 tensa est ii sine sudore moriuntur.  
 τὸ τελευτῶν Finire, mori.  
 περὶ τῶσι Finiunt, moriuntur.  
 κρινῶσι Judicantur.  
 164. τελευτῶν Finire, mori.  
 τελευτῶν ἀντὶ τοῦ ἀποθῆσθαι. Finire loco interire, mori.

- ἀντί τῆς κρίσεως . Loco judicari .  
 ἀγρυπνοι . Pervigilem .  
 ἀδυναμίαν . Impotentiam .  
 κενεαργείη μὴ ἐύση . Nulla praeunte va-  
 forum inanitione .
165. φρωτοπαθειω Prothopathiam, essen-  
 tialem affectionem .  
 παθητικὴ Passive .  
 ενεργητικὴ Active .
166. ἐντελέχεια Entelechia, perfectio .  
 ὑποθέσεως Hypotheseos .  
 κράσιν Crasin .
167. τῆ γνώμη, Mentis .  
 δίανοια Dianæa .  
 πρῶτον τὸ αἰσθητικόν Primum senso-  
 rium .  
 ἐντελέχεια Entelechia .  
 γνώμη Gnomes .  
 τῆ γνώμης τὸ ἐστὶ ἐν τῆ δianoias Gnomis,  
 idest dianæa .  
 ὡ μὲν τὰ ἀρρώγημα ῥέψθη ἐν τὸ σῶμα  
 ἐπιλαμβάνεται γίνονται, ὡ δὲ εἰς τὴν δια-  
 νοίαν μελαγχολικαί . Si vero morbus in  
 corpus reperat fiunt epileptici, si in  
 animam, melancholici .  
 διάνοιαν Dianæam .  
 φουσι ἀσαφῆς Natura obscura .  
 πονέοντας Laborantes .
168. φρόνησις Prudentia .  
 χύλωσις Chylosis .  
 αἱμάτωσις Hæmatosis, sanguificatio .
169. μὴ παντάπασι ἐπιπολαίως Non omni-  
 no leviter .
171. σημεῖον συνεδρῶν Signum affidens,  
 concomitans .  
 εὐχαστικὴ Conjecturalis .  
 ἀποδεικτικὴ Demonstrativa .  
 πιθανοίμαί ρεδαί Probabilibus quibus-  
 dam rationibus, atque apparenti-  
 bus signis colligere .  
 ἀποδεικτικῶς & συλλογιστικῶς Demon-  
 strativè & syllogisticè .
172. γάρχη τῆ μηρῶ κατ' ἴξιν Torpor femo-  
 ris è directo, secundum rectitudi-  
 nem .
173. ὀρθοσάδω Erectè, & ambulando .  
 τραύματος Vulneris .  
 ἢ ἄλλως λελεπτυσμένοι Vel aliter exte-  
 nuatis .
174. ἐξάτως λελεπτυσμένοι Extremè exte-  
 nuati .  
 σωτηρῆς Salutaris .
- διωάμενον θεραπευθῆναι Quod capax est  
 & potens curari .  
 ὀλιγότροφα Quæ parum nutriunt .
175. καταχρηστικῶς Abusivè .  
 ἐμίδω Vomere .  
 πτύειν Expuere .  
 ἐπικίνδυνος Periculosa .
182. Τρεπανῦν ἀβάπτιστον Abaptiston,  
 immerfibile, quod mergi non po-  
 test .
183. τῆ πικρῶ Amari .  
 τῆ ὀξέως Aceto, vel cuiusdam acido exi-  
 stenti .
186. ὀκόσοι ὕβοι ἐξ ἀσθματος ἢ βραχὸς γίνον-  
 ται ἐπὶ τῆς ἡβῆς, ἀπόλλωνται Qui-  
 cumque gibbi ex asthmate vel tussi  
 fiunt ante pubertatem, moriun-  
 tur .  
 τὰ σχήματα Figura .
187. δύσπνοια Dyspnæa .  
 ὀκόσοισι σπονδυλοὶ ὑπόνοσημάτων ἔλκωνται  
 Quibus vertebre ex morbis convel-  
 luntur sive trahuntur .  
 ὑπὸ ἀσθματος Ex asthmate .  
 ὑπὸ ὄρων νοσημάτων Ex morbis .  
 ὄρων φυματίων Tuberculorum .  
 ἐπὶ τῆς ἡβῆς Ante pubertatem,  
 ἀπόλλωνται Percunt, moriuntur,  
 ὀκόσοι ὕβοι γίνονται ἐπὶ τῆς ἡβῆς Qui-  
 cumque gibbi fiunt ante puberta-  
 tem .  
 ταχέως Velociter .  
 ἀπόλλωνται Pereant, moriuntur .  
 ὡ τῆς ἐπὶ τῆς ἡβῆς ὑβωδέντας, ἐπὶ  
 ἀσθματι ἔβραχι δὲ φησὶν ἡβῆσαι φησὶ τα-  
 χέως . Nunc inquit Hippocrates  
 quod qui fiunt gibbi ex asthmate,  
 vel tussi, velociter corrumpantur,  
 Galen. in Comment .
- 188, γυγλυμοειδῶς Cardinatim, ad mo-  
 dum ginglymi .  
 ταχέως Velociter .  
 ὡ δὲ τῆς ἐπὶ τῆς ἡβῆς, ὑβωδέντας,  
 ante pubertatem inflexos & incur-  
 vatos .  
 ὑβωθῆναι Inflexi & incurvari .  
 ὕβοι Gibbi .  
 ἀπόλλωνται Pereunt, & moriuntur .  
 οἱσι κυφῶνται ῥάχιδες παρὰ τὴν ἐύση, ὅταν ἡ  
 τὸ σῶμα τελευθῆναι εἰ ἀύξησιν Qui-  
 bus ad pueri aut priusquam corpus  
 adoleverit, spina in gibbum contra-  
 hitur

hitur iis corpus ad spinam augeri non solet.

ἔξ ἀδύματος ὑβωθῆναι Ex asthma gibbum fieri.

καὶ ἀπὸ τῆς ἡβης ὑβωθῆντας: ἐπὶ ἀδύματι ἔ βηχι θροφείρεται φησι ταχέως Qui gibbi ex asthma, vel tussi fiunt velociter corruptuntur.

ὑβωθῆντας ἔξ ἀδύματος Ex asthma incurvatus & inflexos.

ἐπὶ ἀδύματι In asthma.

ἔξ ἀδύματος, & ἐπὶ ἀδύματι Ex asthma, in asthma.

ὑβωθῆναι Incurvari.

ἐπὶ ἀδύματι ἔ βηχι In asthma, & tussi.

ἐπὶ ἀδύματι In asthma.

θροφείρεται Corrupti.

189. ἐπὶ ἀδύματι θροφείρεται In asthma corrupti, & interire.

ὁκόσοι ὑβοὶ ἀπὸ τῆς ἡβης γίνονται, ἔξ ἀδύματος ἢ βηχὸς ταχέως ἀπόλλυται Quicumque gibbi ex asthma, vel tussi fiunt velociter moriuntur.

κύφωσι Gibbositas.

189. ὑβὸς ἢ τυφὸς εἶδη ὀνομαζέται ὁ Ἰπποκράτης, ἔς ἀπαντες οἱ μὴ ἄνθρωποι προσεγορέσι κυρτὸς ἔ γὰρ ὄντως ἢ ραχίς αὐτοῖς εἰς τὴν πύξω γίνεται κυρτή; τὴ μὲν ἐν κυρτῷ τὸ κοῖλον ἀντικειμένως λέγεται, τὴ γὰρ ὑβὴ τε ἔ κυφὸς τὸ λόρδον Galenus lib. VI. Aphorism.

46. Hippocrates solet appellare ὑβὸς ἔ κυφὸς, quos nunc gibbosos vocant.

Nam revera iis spina a tergo gibbosa fit, & oppositè dicitur convexo cavum, & gibbo repandum, aut foras extuberanti, excavatum.

λόρδωσι Inclinatio spinæ dorsalis aut recurvatio in partem anteriorem. Lordosis.

σκολίωσι Scoliosis, incurvatio spinæ in latus, aut perversio in latus.

σείσι Concussio spinæ quum vertebrarum omnium tota compages concutitur.

ὄγκος Tumor.

φύμα ἀπέσσοι καὶ σκληρὸν Phyma, sive tuberculum inconcoctum, crudum, & durum.

φύμα Phyma.

περὶ άρθρων De Articulis.

φύματα μεγάλα, χρόνια, ἀπέσσοι, σκληρὰ Phymata magna, diuturna, inconcocta, dura.

τὸ φύμα. Phyma, panus.

φυγεθλον Phygethlon.

ερυσιπελατώδης Erysipelatodes.

ἀποσάσεις Apostemata.

ἔ ἀποσάσεις Apostemata.

ὄγκος ἢ φύμα Tumor & tuberculum.

φύμα τῆς κυφώσεως Tuberculum gibbositatis occasio & parens.

φύμα ἀπὸ τῆς φυγεθλον Phyma differt a phygethlo, quod phyma cito suppuret, & pronascatur paullo tardius.

φύμα Phyma.

190. πᾶρερον Appendix, perfunctorium.

κυναγκικός Anginosos.

σπεινδύλας εἰς τὸ κῶρον ἔλκεθαι ὑπὸ νεσημάτων Vertebras in gibberum convelli & trahi a morbis.

191. ὄγκος Tumor.

φυγεθλον Tuberculum.

αὐτομάτως ὑβωθῆντες Spontè gibbosus & inclinos.

ἐπὶ ἀδύματι In asthma.

ἠύχημενος Adultos.

ἐκτυπητικά Suppurantia.

φύματα καὶ τὰ πνεύμονα Tubercula secundum pulmonem.

In autem ἐν τῷ πνεύμονι in pulmone.

τὸ ἀδύμαίνεν Anhelare.

τὸ ἐπιγενθῆμενος Superveniens.

192. ταχέως Velociter.

193. κύφωσι τῆς νόσου παρούσης κείσιν ποιεῖ Gibber morbi præsentis crisin facit.

κρίσις Criseos, Judicationis.

λύσις Lysin, solutionem.

λύσις Solutionis.

καταχρησικὸν Abusivum.

κυναγκικός Anginosos.

τῆς κυνάγκης Anginæ.

194. τὰ κατὰ τὴν θώρακα φύματα Tubercula, sive phymata secundum thoracem.

ὅσα κατὰ συμπάσαις γίνεται νόσήματα, τούτων εἶδη λυταῖος ἐστὶ ἢ ἔξ ἀρχῆς παθῶν Quicumque per consensum, & communicationem fiunt morbi eorum nullus eos morbos solvit qui præcesserunt.



195. ἐξ ἐλαχίστων ἰσχυρῶν Quibus guttur protuberat.  
 φυματίαι αἰεὶ ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ τὴν πνεύμονα ἴσως Tubercula ut plurimum sunt circa pulmonem.  
 ἀνεκπεφαιώσιν Per quamdam anaphaeosin, sive recapitulationem.  
 ταχέως Velociter.  
 196. ἐπὶ τῆς ἡβῆς Ante pubertatem.  
 ἐξ ἀδύματος Post asthma, κούφωσις Gibbositas.  
 τοὺς ἀπὸ τῆς ἡβῆς ὑβωδέντας ἐπὶ ἀδύματι Qui ante pubertatem fiunt gibbosi in asthma.  
 φυμάτια γίνονται αἶμα τῆ βηχί, & μὲθ' δυσανθίας Phymata fiunt simul cum tussi, & post difficultatem respirationis.  
 σπασμὸς ἐξ ἐλεβόρου θανάσιμον Convulsio ex elleboro letalis est.  
 ὑπὸ ἐλεβόρου In elleboro malum,  
 ἐξ ἐλεβόρου κακόν Ex elleboro malum.  
 200. γαστήρ Venter.  
 τῆς δυσεντερίας Dysenteriae, difficultatis intestinorum,  
 ἐν τῇ κοιλίᾳ In ventre,  
 διάρροιαν Diarrhaeam.  
 Excretiones ἐργώδεις καὶ πονώδεις Operosae & laboriosae.  
 θερμόκοιλος Venter calidus.  
 ἐπιτήδευμα Vitae institutum.  
 αἱματηρὰ Sanguinolenta.  
 201. αὐτομάτως ἢ συμπτωματικῶς Spontè & symptomaticè.  
 αὐτομάτως Spontè.  
 τὰ ἴοντα Quae præterfluunt,  
 ἀθρόως Cumulatim.  
 συναδροισμὸν Accumulationem.  
 202. ρευματικὴν διάθεσιν Diathesim Rheumaticam.  
 τῇ ὅλῃ ὑσίᾳ Ex tota substantia.  
 203. σπυρατώδεις ἐλαχίστην Excretio caprarum bacis similis, spyratodis.  
 ἀναδόσεως Distributionis.  
 ἀνάδοσιν Distributionem.  
 ρευματικὴν διάθεσιν Diathesim Rheumaticam.  
 205. ἐκπεργίας Energiae.  
 206. περιέκυσιν ἐξέμετρον Prærubram alvi proluviem.

σὸ ἐλαχίστην ὑπερβιττώμενον Excretio exalata.  
 τῆς ἀποσιτίας Aversionis a cibo.  
 ἀποσιτία Aversio a cibo.  
 ἀντὶ τῆς αἰσθητικῆς Loco aversionis a cibo.  
 ἀσitos Non comedens.  
 καὶ ἀπόσιτος Aversus a cibo.  
 ἀνορεκτικὸς Cibum fastidiens.  
 207. δυσεντερία Difficultas intestinorum.  
 ἐπιγενόμενον Supervenire, supergenerari.  
 ἀπόσιτος Cibum fastidiens.  
 Intestinorum κἀκωσις Pravitas, & oblatio.  
 ἀπὸ τῆς ἐντέρων λεϊότητος a levitate intestinorum, sive Leienteria.  
 208. καταχρηστικῶς Abusive.  
 μόνῳ κἀκωσιν Solam pravitatem, & cacosim.  
 κἀκώσεως Pravitatis,  
 τῆς κοιλίας κἀκωσιν Ventris pravitatem.  
 τῆς ζωτικῆς νεκρωμένης Facultatis animalis mortificatae.  
 ἀποσιτία Cibi fastidium.  
 ἀνορεξία Ciborum aversio.  
 δύναμεις ζωτικῆς Facultatis animalis.  
 φυσικῆς Physicis.  
 ζωτικῆς Animalis.  
 τῆς δυναμικῆς φυσικῆς, & τῆς ζωτικῆς Facultatem naturalem, & animalecm.  
 209. ἰχθῶρας Ichiores.  
 ἀποσιτίαν Aversionem a cibo.  
 νέκρωσιν Mortificationem.  
 αἱματηρὰν Cruentam.  
 κενώσεως αἱματηρᾶς Evacuationis cruentae.  
 αἱματηρὰν Cruentam.  
 αἱματηρὰν Cruentam.  
 Tumores ἐξέμετροι prærubri.  
 μεταστάσιν Metastasim, transmutationem.  
 τῆς δυσεντερίας αἱματηρᾶς Dysenteriae sanguinolentae.  
 περίκυσιν ἐξέμετρον Proluviem prærubram.  
 212. ἀθρόως Accumulatim.  
 ἀθρόον Confertum.  
 ἐπίστας Superficies.  
 ἀθρόα Conferta.  
 Pus τοῦ ἀθρόου Confertum, collectum.  
 ἀθρόον

ἄθροον & ἀθρόως Accumulatim, & accumulate.  
 ἀθρόου Quod est collectum, & cumulatam.  
 216. κατ' ἑξῆς Per excellentiam.  
 217. σφάκελος Sphacelus.  
 Ophthalmiæ ροῶδεις Fluxionales.  
 Ξηραὶ Siccae.  
 ἀυχμοὶ Squalores.  
 συναγχιόν Anginosum.  
 218. τῆ ξηροῦ Sicci, & siccitatis.  
 ὀφθαλμίας Ξηραὶ φθινώδεις Ophthalmias ficas, & tabificas.  
 Ξηραὶ, Siccae.  
 ἐν ἀυχμοῖσι. In squaloribus.  
 χολέραν Ξηραὶν & ὑγραὶν, Cholera[m] ficcā, & humidā.  
 Anginā χολώδεια, πικρόχολον Cholericā, & biliosā.  
 φλεγματικῶ Phlegmaticā.  
 κατὰ τὴν Ξηρότητα πολλῶ. Et siccitatem multā.  
 Ξηρότητα πολλῶ Siccitatem multā.  
 διὰ τῶ ὑπερβάλλουσαν Ξηρότητα. Et superexcedentem siccitatem.  
 τὸ νόσημα Ξηρόν & ὑγρόν Morbum ficcum & humidum.  
 τὸ Ξηρὸν Siccum, siccitas.  
 ὑποβορβορίζουσι ἐν Ξηροῖσι, & χαλεπῶς καταβρογχίζουσι Qui inter potandum paullum strepunt, & submurmurant in ficcis, & qui difficulter deglutiunt.  
 ὑποβορβορίζουσι ἐν Ξηροῖσι. Submurmurant in ficcis.  
 ἐν Ξηρῶ In siccitate.  
 Ξηροῖσι Siccis, siccitatibus.  
 Ξηρόν Ξηραὶ Siccum, siccitates.  
 219. ὀφθαλμίας & οφθαλμίας φθινώδεις Ophthalmiæ siccae, & ophthalmiæ tabifica.  
 ὑγραὶ humidæ.  
 Ξηραὶ Siccae.  
 ἐπιφύσεις. Progerminationes.  
 σύκα Ficus, species eruptionis.  
 ἐπὶ τῆ ρέματος ὑδατώδεις Ex rheumate præhumidō.  
 ἐπίφύσις Progerminatio.  
 ὄχθως ἐπανόσσει Sive eruptio verrucosa, callosa.  
 ὑδατώδεις Præhumidum, & aquosum, lymphaticum.

ἐπανόσσει Eruptio.  
 ἐπανόσσεια Prorumpens eminentia.  
 ἐπὶ Super.  
 ἐπιφύσεις Progerminare.  
 ἐπιφύσιν, τὴν ἐπανόσσειν ὄχθως Epi-phyin, progerminationem, & eruptionem callosam.  
 ὄχθως Locus præruptus, & eminent.  
 ὁ ὄχθος Colliculus prominens.  
 ὄχθως Extuberantias verrucosas.  
 τὴν ὄχθως ἐπανόσσειν Eruptionem callosam.  
 220. Ξηραὶ Sicca.  
 Ξηραὶ ὀφθαλμίας Ophthalmias ficas.  
 τὴν ὑγρὴν ὀφθαλμίαν In ophthalmia præhumida.  
 φθινώδεις ὀφθαλμίας Ophthalmiæ tabificæ.  
 περὶ Ξηροφθαλμίας De Ophthalmia ficca.  
 ἄσπερον Ophthalmiam asperam, scabram, & scabiosam.  
 φθινώδεις Tabificas.  
 ἐν ἀυχμοῖσι φθινώδεις ὀφθαλμίας In squaloribus ophthalmiæ siccae, & tabificæ.  
 221. ἀυχμόν Squalorem.  
 φθινώδεις ὀφθαλμίας Ophthalmias tabificas.  
 τῆς φθίσεως Phthifeseos, tabis.  
 Ξηρὸν νόσημα Morbus ficcus.  
 τὰ Ξηρῶ Sicci, & siccitatis.  
 ὑγραίνουσαι Humefieri.  
 ἐπιφανόμενον Epiphænomenon, supst-veniens.  
 πλειούστα Madefcentia.  
 222. Ξηρόν & ὠμόν Siccum & crudum.  
 ἀίπεπτον Incoctile.  
 ἃ ὅπια δεῖ, εἶη Qualia oportet educantur.  
 γνωρίσματα Gnorismata, signa, indicia.  
 ὑγραίνουσαι Humescere, madefieri.  
 νόσος Ξηραὶ Morbus ficcus.  
 χολέραν Ξηραὶν & ὑγραὶν Cholera[m] ficcā & humidā.  
 τὸ ὑγρόν Præhumidum.  
 τὸ Ξηρόν Præficcum.  
 Ξηρότητος Siccitatis.  
 τῆς χολέρας Ξηραὶς Cholerae siccae.  
 223. συνολκὴ Tractus uervorum, diuulsio.  
 συναγχιῆ παθήματος ὑπαρξίν Essentiam morbi anginosi.  
 γλώσσαν περιπνευμονικῆν Linguam peripneumoniam.

- σύνγχος Angina .  
 πικρὸν χολόν Biliofum & cholericum .  
 χολώδεια Biliosa .  
 ἰχθὺα φαίτε Quæ apparent gracilia , &  
 minime tumentia .  
 ἰχθὺν Gracile .  
 πολλῶν ξηρασίω Siccitatem multam .  
 ἰχθὺα Gracilia .  
 ἀχροα . Decolorata .  
 In πατρῶσι τῆς σιωλικῆς πάσματος Divul-  
 sionis spasmodicæ .
224. νιτρῶδες τι Quidpiam nitrosum .  
 ξηρά Sicca .  
 ξηρασίω πολλῇ παραγίνονται Siccitas  
 multa generatur .  
 καὶ ἢ φωνὴ ἀπέρρωγε τοσῶν ἀπόλλυται  
 Quibus vox amittitur & perit .  
 λάρυξ Guttur .  
 οἰδήματα μὴ εὐτόνος ἐν τῷ φάρυγγι Tu-  
 more non existente in faucibus .  
 φάρυγγος Faucium .  
 ὁ σάρυξ Fauces .
225. οἰδήματα Oedema , tumor .  
 Febrium καυσάδων ardentium .
226. ξηροφθαλμία Ophthalmia sicca .  
 ξηραγγίνα Angina sicca .  
 ξηρὸς σὺνάρχος Synanche sicca .  
 σπυνηκτικὴ Colliquativam .  
 ἀυχμόν Squallorem .
227. προγνωστικῶν Prognosticorum .
228. τὰ ἰχθὺα Gracilis existens .  
 τὰ μηδὲν ἐκδηλοῦν ἐν τῇ φάρυγγι ἐμποιοῦν  
 Quod nil manifestum in faucibus  
 facit .  
 Voces καταλύσαι Solutæ , coactæ ,  
 compressæque , utpote exire pre-  
 queunt .  
 ἀυχμός Squallor .  
 ἐνέργημα Energian .
4. ξηρά Sicca .  
 παρὰ παραπληγικὰ ξηρά Paraplectica  
 sicca .  
 τὰ λεπυρικὰ μὴ λύονται μὴ χολέρας ἐπι-  
 γινόμενης Leipyriæ febres non solvun-  
 tur nisi superveniente cholera .
229. καύση Ardentis febris .  
 καύση Ardentis febris .  
 ἐρυσιπελατώδεις Erysipelatodes .  
 τὰ λεπυρικὰ μὴ λύονται μὴ χολέρας ἐπι-  
 γινόμενης Leipyricæ affectiones non sol-  
 vuntur nisi successu cholera morbi .  
 λύεται Solvi .
230. διάθεσις ἐρυσιπελατώδης Dispositio ery-  
 sipelatodes .  
 ὑπαρξίω Essentia .  
 ἀδροίω Cumulatio .  
 τὰ λεπυρικὰ μὴ ἐπιγενομένης χολέρας ἐ-  
 λύεται Quæ Leipyrica sunt non sol-  
 vuntur nisi bile superveniente : sic  
 interpretatur Oribasius .  
 Per quamdam ἀύξησην & ἐνέργημα Auxe-  
 sin , exaggerationem , & energiam .  
 μὴ , οὐ Non , minimè , nequaquan-  
 τὴς χολέρας καταχρηστικῶς Cholera a-  
 busivè .  
 πυρετὸς μετ' εἰλεῶν Febres cum ileis .  
 χολέρα Cholera .  
 τὰ λεπυρικὰ Quæ Leipyrica sunt .  
 λεπυρικὴν Affectio quædam leipyrica .  
 ῥιπτάσματ' , ἀσπαι Jactationes , fasti-  
 dia , implacitates .  
 τὸ λεπυρικόν & ἡ χολέρα Quod est Lei-  
 pyricum & cholera .
- μανία Mania .  
 ἐκστασις Ecstasis . ( vit .  
 ἐκστασις μανίαν λέγει Ecstasis maniam fol-  
 231. μανίαν Maniam .  
 ἔφοδος Impetus , conatus veluti cri-  
 ticus :  
 ἔφοδον ἢ ὄρμω ἐκστατικόν Impetus , co-  
 natus veluti criticus , ecstaticum  
 reddit .  
 καύση Febris ardentis .  
 ΡΟΤΣ γυναικίως ἢ καθαρσεως Fluxus  
 muliebris .  
 κενώσεις Evacuationis .  
 Mulieres ὑδαταίνουσαι Aquosas , & se-  
 rosa colluvie madentes .
232. ἀσθηξία Pulsus carentia , & defectus .
233. εὐήθης Boni moris .
234. ὀρθοστάτω In erectum stans .
236. ἐπώδυνος Dolorosus .  
 Excretiones λυσιπελέας Fructuosas ,  
 commodasque .
237. πασμός τις Quædam convulsio .  
 φραιρετικῶς Ex arbitrio , & imperio  
 voluntatis .  
 σέψμαρσις Cognitio conjecturalis per  
 signa syllogistica .  
 λύγξ Singultus .
238. ποιὰν κρείσιν Quale temperamentum  
 &

- & qualitatum crasim :  
 κρύσεως Craecos & temperamenti .  
 ἔτη πραγματεία In Praxi .  
 τέκμαρσις Cognitio conjecturalis per  
 signa syllogistica collecta .  
 μὲν τὸ συμβεβηκός Secundum accidens .  
 239. τὸ κρύος & ψύξις Frigus & perfrige-  
 ratio .  
 διάνοια Dianza , intellectio .  
 ἔξέμετα Ex vomitu .  
 240. τὸ ἐπιγενόμενον Superveniens .  
 ἰατρικὸν Diagnosticon .  
 κενώσεις Evacuaciones .  
 τὰ σημεῖα ἰατρικὰ Signi diagnostici .  
 241. ἔκαταλιψις Et catalepsim .  
 ἐπιγενόμενον Superveniens , Epigeno-  
 menon .  
 242. ἡπατιτίδης Hepatitidis .  
 ἀθρόως Cumulatim .  
 243. ἔαθρόων Cumulatam .  
 καὶ μὲν μέρος Paullatim , pigroque  
 gressu .  
 ὑπερκαθαρτικὴ Hypercathartica .  
 244. ἀφωνος Aphonus , Infonus , Invocalis ;  
 ex Theod. Gal. .  
 245. ἀφωνος , & κάτοχος Aphonus , & Ca-  
 talepticus .  
 τυφώδης aut τυφλώδης Quasi exæca-  
 tus , aut lentè somnolentus , atto-  
 nite torpidus .  
 247. ἀθροισμα Acervus , & cumulus .  
 ἔσυστηματικὸν Systematicum .  
 σφυγμὸς ἐλιψίς Coarctatio pulsus .  
 ἀνωμαλίαν Anomaliam .  
 ἐπιπαροξυνεῖν Repetere , annotatio-  
 nem novam habere .  
 ἐλιψίς Compressio .  
 248. ἀνάμαλος Inæqualis .  
 θεῖον πὶ Quidpiam Divinum .  
 τύφος Typhi , morbi sic appellati ,  
 stuporis attoniti .  
 ἀναθερμαίνεσθαι Recalescere .  
 250. βραχύπνευς Brevispirus .  
 βραχύπνοια Brevispiratio , spiritus par-  
 vus , rarus .  
 251. κατ' ἔξοχῶν Per excellentiam .  
 Materiam ἑτερογενῆς Heterogeneam .  
 252. κρισιμα μὴ κρινόντα Judicatoria non  
 judicantia .  
 253. καρδιωγμός Cardiogmos , Cordis mor-  
 fus .  
 254. ἐπιγράσει Epicrasi .
- ἀξιόλογον τὸ θεῖον Quod est essatu di-  
 gnum , & divinum .  
 255. κόπος Lassitudo .  
 257. διάθεσιν Diathesim .  
 πρωτοπαθεῖω Primariam affectionem .  
 ὁμοειδὴς Homogenea .  
 ὁμογενὴς Homogenea .  
 258. πάθος Passio .  
 ἢ ἀφωνίας Aphoniam .  
 264. ἀναλογία Analogia .  
 268. ἀφώνος Aphonos .  
 σωτήριος Connutritus .  
 σωτήριον εἶναι νεοσὶν Esse morbum coa-  
 nutritum .  
 271. ῥῶγυωσκέτω Fluxui muliebri .  
 274. ἄρτος ἀνάγκη Ad necessitatem .  
 τρόφος Tormina .  
 πόνον διαίσοιστα Dolorem turgentem .  
 Dolorem ἐμπεσπαρμένον Infixum .  
 Dolores γριφομένους Reciprocos , revo-  
 lutos , & in uno puncto se se re-  
 volventes , irretitos .  
 275. Doloribus γειφομένους Involutis veluti  
 in rete piscatoris .  
 εἰλεῖσαι Convulvi .  
 276. ἀναεῖσαι Revolvi .  
 εἰλεῖσαι Ilci .  
 278. διατὰ φλέγματος Per pituitam .  
 φλέγματος Pituita .  
 ἢ ἔκρυδρον Prærubrorum .  
 279. ἔκρυδρον Prærubri .  
 εὐεξίαν , & ἄχρσιαν Bonum habitum ,  
 & bonam colorationem .  
 εὐεξία Bonus habitus .  
 ἄχρσιαν Optimam colorationem .  
 280. ἀεξίαν Evexiam .  
 ἀναρρόπια Humororum versus superiora  
 inclinatio .  
 κατὰρρόπια Humororum versus infério-  
 ra impetus , & inclinatio .  
 ὑπόχλωροι Subvirides .  
 281. ἰδιοσυγκρσία Idiosyncrasia , corpo-  
 rum proprietates , & convenientias ,  
 & cujuslibet peculiaris tempera-  
 tura .  
 ἀπυρεξία Infibricitatio .  
 282. Humor ἑτερογενῆς aut ὁμογενῆς Hu-  
 mor aut Homogeneous , aut hetero-  
 geneus .  
 283. Humor φλεγματοποιούμενος Dilutus , &  
 in phlegma degenerans .  
 284. ἐπισημασίας Annotationis febrilis .  
 ἐκλάμ-

- 464  
 ἐκλάμπει Emicat; & clucescit.  
 ἀπὸ ὑγραινόντων Ab humectantibus.  
 ξηραίνοντων Ab exsiccantibus.
285. διαχύσεις Diffusiones.  
 Δΐξ α Bonus habitus.
286. ἐξυτμία, Excandescencia, & iracundia.  
 ἀνοιξι Solutionem.
287. καταλίψεις Catalepses.  
 Sopor δυσδιέγερτος: Ægrè excitabilis.  
 ἢ ὑπνος δυσδιέγερτος Soporem agrè excitabilem.  
 κακῶδες τι Quidpiam soporosum, & caroticum.
288. διάθεσι Diathesim.  
 καρῖβαρια Capitis gravitates, Capiplenia, ut loquitur Alexander Peetrinus de Vita Romani.  
 ἀραιὰ Vaporosa.  
 ἰχυρὰ Fortes, & pravalidæ.  
 ὑπνος ἐπιτηδάλειντα. Soporem inducentem & præparantem.  
 ἐφθόγητα Segnitiam, languorem, ἢ ἐφθόγητος Excoctionis, languoris ut interpretatur Foesius.  
 πῶ τόνος ἐκλυσι Solutionem roboris ac virium.  
 ἐφθόγητος Excoctio, solutio virium, ac veluti effæminatio.  
 ἐφθίμενοι Recocti, excoctique, molles, segnes.
289. ἐρεθισμὸν Irritamentum.
290. καύσος Febris ardens.  
 πρὸς ἀνάγκην Ad necessitatem.
292. σάωμά. Cruda,  
 τὰ ἀπεπτα Incoctilia.  
 ἀσώδεες, ἀπόστοι, ἐφθοί Fastidiosi, implacidi, cibum fastidientes, molles, excocti.  
 ἐφθίμενοι Effæti, turgiduli, & excocti.
295. βραμῶδες Quidpiam virulentum.
301. ἀδυναμία Impotentia.  
 ὑδατόχολα Aquoso-biliofa.  
 φλεγματῆντα In pituitam convertuntur.
302. ἀλυσμοὶ ναυπῶδες ἢ ἀνέμετοι, κόποι Anxietates, jactationes nauseabundæ, vomituritiones, lassitudines.  
 ἀλυσμοὶ Jactationes.  
 κενεογγίη Vasorum inanitio.  
 ἀδυναμίαι Impotentia.
303. ἀνωμαλίαν Inæqualitatem.  
 τὸ ἑτερογενὲς Heterogeneum.  
 δυσφορίαι Difficiles tolerantia, dysphoria.  
 κακῶσι Malitiam, pravitatem.  
 βραχύπνευες Brevispiros, breviter spirantes.
304. δυσοκία Partus difficilis & laboriosus.  
 ἀφωρος Aphonus.
305. τὸ κακῶδες Mali moris.  
 συσπλήν Contractiones, tractus venarum.  
 σπασμὶ Spasmi.  
 ἀπὸ ἀναδύσεως ἢ χαλαστικῶν Anodynorum, & emollientium.
306. ἐπιφλογισμοὶ Incensionis phlogoseos.
309. τριταιοφυῖα De genere Februm tertianam referentium.  
 ἡμιτριταίων In morem februm tertianam referentium, & hemitritiarum.  
 τριταιοφυῖα Febris tertianæ naturam referens.  
 ὑποκαρίζεσθαι Altero die remitti.
310. κακῶδεις Malignitatem & pravitatem.
311. τὸ ἑτερογενὲς Heterogeneum.  
 Febres κατ' ἐξοχὴν φοικῶδεις Per excellentiam horrificas appellatas.  
 κατ' ἐξοχὴν Per excellentiam.
312. τριταιοφυῖα Tritæophyes.  
 ἡμιτριταίαι Hemitritæas.  
 ἐπισημασίαι Annotationis febrilis.
313. ἀναρρόπτες Surfum vergentes.  
 καταρρόπτες Deorsum vergentes.  
 τυφον Typhon, stuporem attonitum.
314. παροξυσμὸν Paroxyfmi, & exacerbationis.  
 παροξυνίτιδες Exacerbari.  
 διαβρωσις Erosio.
315. ἐξοχῶδεις Erosionis.  
 πτερυγῶδεις Alatos.  
 φθολὸν Phoen, tabem.
316. διὰ ἢ διάχυσιν πικρὰ Per quamdam diffusionem.
318. ἀνόρεκτος Cibum fastidians.
319. ὑδατόχολα Aquoso-biliofa.  
 βέγγχος Stertor.  
 περιπνευμοτικὸν Pulmoniacum, pe-



336. αἱ χεῖριμα Judicatoria.  
Dejectiones ἀξιολογοί notabiles, & ef-  
factu digne.
337. ῥῆς γυναικείος Fluxus muliebris.  
σκινηνείσται Commovetur.
338. ῥῆ Fluxus muliebris.  
ἐκλυσι Exfolutio.  
ἀπόσιτος Cibum fastidiens.  
Mulier ἐκκελυμένη exfoluta.
342. ἀυγμές Squallores.
343. πᾶραδοξοποιός Paradoxa faciens.
347. ῥοπαίς κ' ὄργασμὸς κ' παλινδρομαίς Im-  
petus humorum, & orgasmos, &  
palindromas, recursiones.
348. ἀναρθροὶ Inarticulati, articulis non  
apparencibus, præ crassitie.
349. κ' ἢ φύσις πρὸς φλεψὶν ἐν ὑγρῶ ἐστὶν ἐν  
πρὸς σαρκί. Et natura venis, inhu-  
more est, in carnibus,  
ὑγρῶ Humida.
350. Πιτυα ἀπυροῦ Exanimis, humor  
crudus infra sanguinem.
352. βωδῆνας Vulnerari, ex ictu, ut vertit  
Leonicensus.  
ἀτμωδῶς Vaporosè, in modum va-  
poris.
353. ἄρθρωσος Articulationis.
354. Materia ἐτερογενῆς heterogenea.
358. ἀσάδης Fastidiosus.
359. ἄθεσες νοσώδεις Diatheses morbo-  
sæ, dispositiones ad morbos.  
χρόνιον νόσημα morbus diuturnus.
360. ἄθεσις χρονία Dispositio diuturna,
362. ὑπάρξεως Essentia.
363. Pars ὑπολάδυρος Friabilis, subfria-  
bilis, & quæ facile in minimas par-  
ticulas potest dissolvi.
364. ἀπόθεσιν Depositionem, & separa-  
tionem, apothefim.
367. κακοῦθες mali moris, malignum.
373. δυσυχία Infortunium, infelix even-  
tus.  
εἰρωνικῶς Ironice,  
παὶ συγγενόσται Quæ congenerantur;  
ἢ μετ' ἁλλήλων κ' πρὸ φλέγμα γινόμενοισι  
συγγένεσται, κ' ἐστὶν ἐν πρὸ σώματα κ'  
πλέον κ' ἔλασσον Nascantibus nobis  
bilis & pituita congenerantur plus,  
minusve.
- 374 παὶ συγγενόσται Quæ congenerantur,  
congenita.
- ἡ χολῆς Bilis.  
Quidpiam συγγενῆς cognatum.  
χεῖσις Crisis.  
λύσις Solutio.  
νέσος σωφρόφους Morbos connutritos.  
ἡ νέσος Morbi, dispositionis mor-  
bosæ.
375. ἄθεσες Diathesis, dispositio.  
ἄθεσος Dispositionis, Diathesicos;  
κακοπραγία Mala actio.  
ἄθεσος, aut διάθεσιν Corruptionem,  
& dispositionem.
376. κ' πρὸ συμβεβηκός, Secundum acci-  
dens.  
Causa ἀροκαταρκτηκὴ præincipiens,  
primitiva.
379. ἡ τροφῆς Alimentum.  
περὶ τροφῆς De Alimento.
380. παλμός. Palpitatio.  
πρὸ σφυγμῶ Pulsus.  
Si vero ἡ φλέψ σφύζῃ Vena pulsarit.  
σφύζαν Pulsare.  
παλμὸν ἐν φλεβῶν Palpitationem ve-  
narum.  
σφυγμὸν σαφέα Pulsationem conspi-  
cuam.  
αὶ κρόσσοι παύονται Tempora pulsant,  
& concutiuntur.  
αὶ ἀρτηρία ἐν πρὸς κροπίθῃ κινῶσται  
κ' σφύζῃσιν Arteriæ in temporibus mi-  
cant moventur, & pulsant mani-  
festo.  
ἡ φλεβὸς ἀντὶ τῆ ἀρτηρίας Venæ hoc  
in loco usurpatur loco arteriæ.  
Nominè τῆ σφυγμῶ pulsus.  
παλμὸν Palpitationem.  
κ' παλμῶδη κίνησιν Et motionem pal-  
pitantem.  
σφυγμὸς Pulsus.
381. πρὸ σφυγμῶ Pulsus.  
ὑπολάπαρος Submollis.  
Contentio ὑποκνήσις Subinanis, sub-  
vacua,  
ἐν σφυγμῶ ἐν ἐν πρὸ ὑποχονδρίῳ Si  
pulsus infit in hypochondrio.  
ἄρρυθρον ἢ πᾶραπροσώλιον Perturbatio-  
nem, aut delirium.  
πρὸ καρδισφυγμῶ Cardiogmi, morsus cor-  
dis.
382. ἐνέση Infit.
- περὶ ἐξερύθρων. De prærubris.
383. ἐκπυηθῆναι Suppurari.

- φθαρῶσαι Corrumpi, & in pus verti.  
 ἐκχύμωσις Suffusio humoris.  
 αἱ ἐκχυμώμενα Quæ effusa sunt.  
 αἱ ἐκχυμώσεις Effusiones.  
 ἀσπάζωντα Spasma.  
 ἀπὸ τῶ ἀσπάζωντα A convellendo.  
 ἀσπάζων, seu, κηρός Spasma, sive  
 varix.  
 διαπεδήδυσιν, Diapedesin, perfu-  
 lationem.  
 ἀνατομώσεως Anatomoseos, deofcu-  
 lationis.  
 ἀσπάζμα Spasma.  
 κηρός Varix.  
 ἀπὸ τῶ διρύναν A dilatando, & am-  
 pliando.
387. Lassitudine ὀσσοπότου ossa defatigante,  
 ostocopo.  
 τυφώδης, aut τυφλώδης Aut stupidus,  
 aut obcæcatus.  
 σφυγμῶ Pulsus.
388. περὶ ἀποχρεμῶν De Excreatio-  
 nibus.
389. ὀφροειῶν Facilem tolerantiam.  
 ἀποχρεμῶν Excreationis.  
 πτυέλαι Sputa.  
 πτύσεις Expuitionis.  
 ὄψ πυρεθῶν Februm.  
 τῆς ἀποχρεμῶν Excreationis.
390. δυσώδεις Graveolens.  
 ἀποχρεμῶν Excreatio.  
 τῶ πτυέλαι Sputa.  
 πτύσεις Expuitionis.
391. ἀποχρεμῶν Excreatio.  
 εὐπετέως Facile proclivis.  
 προγνωστικῶν Prognosticorum.  
 ὄψ ἀποχρεμῶν Excreationum.  
 ῥέυμα Rheuma.  
 ἰκτεριώδεις Ictericum, & morbo re-  
 gio obnoxium.  
 ἔχρημα Excreabat.  
 ἢ καὶ σίαλον Non erat sputum.  
 πτύαλον, seu σίαλον Sputum.
391. παλμῶν Palpitatio.  
 τῶ καρδιωγμῶν Cardiognmī.  
 τῶ παλμῶν Palpitationis.  
 καρδιωγμῶν καὶ παλμῶν Cardiognmum &  
 palpitationem.  
 καρδιωγμῶν Cardiognmos.  
 παλμῶδεις Palpitatorius.
393. βραχύβιοι Brevis vita, avi brevioris.  
 394. ἀπὸ τῶ συγκόπτεσθαι Ab incidendo.
395. θερμοκοίλιος Ventre calidos.  
 θερμοκοίλιος, & τῶς ἰκτεριώδεις Ventre  
 calidos, & morbo regio obnoxios.  
 δυσπεπτικῶν Quæ sunt concoctu maxime  
 difficilia.  
 οἱ θερμοκοίλιοι Ventre calidi.
396. βραδυπεψία Bradypepsia, tarda con-  
 coctio.  
 Chylus ὠμός Crudus.  
 δυσπεψία Dyspepsia, difficultas con-  
 coctionis.  
 ἀπεπτικῶν Crudum, incoctile.
397. τῶ ἔριμου ἀντι τῶ παλμῶ Tremoris lo-  
 co palpitationis.  
 παλμῶν Palpitationem.  
 καρδιωγμῶν Cardiognmum.
398. ἀναιμία Anemia, ventositas.  
 ἐπὶ μελαγχολικῶν διὰ φλεβῶν πνεύματος  
 ἀπολήψεις ὅταν εἴωσι φλεβοποιῆν λυα  
 Si fuerint venarum, & spiritus in-  
 terceptiones in melancholicis venæ  
 sectio solvit.
399. ὀσσοπόου Ostocopos.  
 ὕδαρ ποχολα Aquoso biliosa.  
 ἀπύρετον εἶναι Infebricitantem esse.
400. χλωρός Viridis.  
 ἀνωμαλίαν καὶ τῶ ἑτερογενῆς Anoma-  
 liam & quod est heterogeneum.  
 παροξυσμοί Paroxysmi.  
 τῶ παροξυσμῶν Exacerbationis, & Pa-  
 roxysmi.  
 καὶ ἀναδιπλασίσεως Et reduplicationis.  
 μεγάλωσπασμῶν Magnis visceribus,  
 viscerofus; ex Foesio.
401. ἐπίπαισις Intensio.  
 φοβικώδης Horrificus.  
 κατ' ἐξοχλίαι. Per excellentiam.  
 τριταυρουῆς Tertiana naturam refe-  
 rens.  
 φοβικώδεις Horrificum.
402. ἑτερογενῆς Heterogeneum.  
 403. τριταυρουῆων De genere tertianarum  
 404. ὕστερον πρότερον Hysteron proteron,  
 posterius prius.  
 In febribus τριταυρουῆσι tertianaæ na-  
 turam referentibus.  
 διαθέσεις Diathesis, dispositio.
405. Materix ἑτερογενῆς Heterogeneæ.  
 παροξυσμῶν Exacerbationis & paro-  
 xysmi.
406. Excrementa σπυραθώδεις Spyrathodea,  
 caprarum baccis similia.



- ἀνάδοσιν Distributionem.
407. μεγαλόσπλαγχος Magnis visceribus, cui magna & lata sunt viscera.
- πῶ μεγαλοσπλάχνου Megalosplachni; viscerosi, ex Foefio.
- μεγαλόσπλαγχον πῶ σπληνός κ' ὕπατος Quod habet vim tumefaciendi & in molem effereudi splenem, & hepar.
- ὁ ἀνδρῶπῳ μεγαλόσπλαγχος Homo magnis visceribus.
- ὁ μεγαλόσπλαγχος Elatis visceribus.
- σπασίλη Humida excretio.
- σ' σπασίλης Præliquidæ excretionis.
408. δυσκρασίη Dyscrasia.
- ἀσας, ρυπαρισμός κ' δυσφορίας Anxietates, jactationes, & difficiles tolerantias.
409. δυσκρασία Dyscrasia.
- σίγεια κ' βλάβος Læsiones, & offensas.
- ἄχροια Bona coloratio, bonitas coloris.
- ἀσέξιαν Inordinationem.
410. παροξυσμοί, seu ἐπισημασίαι Paroxysmi & annotationes febriles.
- ἐπισημασίας ἀδλιπται Annotationes febriles incompressas sine submersione pulsus.
- δλίψις Compressionis febrilis.
- πῶ ἀδλιπτον Quod est incompressum, & sine angustiis, & molestiis quibus premuntur febricitantes per accessionum initia.
411. κακοῖθης Mali moris.
- βλητοῖς κ' ἀποπλητοῖς Percussis, & apoplecticis, fideratis.
- πῶ θεῖα κ' θεριώδες Divini & maligni πῶ θερίον Therion, malignum, virulentum, pestilentielle.
- ἀνά πτύελο Sine sputo.
- ἄχροια Euchraa, bonitas coloris.
412. βήχαι κ' θυμός Tussim, & exandescentiam.
- θυμός Excandescencia.
- συγκυκτὸν φθιῶδες Quidpiam innatum tabificum.
- ξηρόν Siccum.
- λαθραῖως Latenter, & occultè.
- βραχύπνοια κ' δύσπνοια Brevispiratio, & dyspnoea.
413. σύστασις Systasis, compages.
- κίνησις Motio.
- διερῆν Serofum fieri, a serositate transmutari. magna vis hujus verbi ex Dureto, Ballonio, & Foefio.
- πάρρημα Perfunctoria & in transitu.
414. κακοῖθης Malignitas.
415. συσροφή Systrophe, collectio, concretio.
- ἀπὸ πῶ συτ'φρέδου A colligendo; & concresecendo.
- ἔρα πυρωδία & θερμὰ Urinæ febriles, & præcalidæ.
- ὑποχόνδρια φλεγµαίνοντα Hypochondria inflammata.
- πῶ ἔρα φλεγµαίνοντα Urinæ inflammata.
- πέποινα φαρµακῶν Concocta medicari-όργαν Turgere.
- φλεγµαίνων ὑποχόνδριον ἔ συσροφῶν Hypochondrium inflammari, & aliquam concretionem habere.
- συσροφάς Concretiones.
416. συσροφῶν Collectionem, & concretionem, Systrophen.
- σπυριώδης Ad modum excrementorum quæ scybala vocantur quasi in nucleum efformata ferè combusta caprarum baccis similia.
- ἔρα πνέµατων εφοπίσις Spirituum pro-tensiones.
- ἐκ τ' ἀπολύψις πνέµατων Ex spirituum interceptione.
- ἀπόληλις Interceptio.
417. πῶ ὑποχόνδρια φλεγµαίνοντα Hypochondria inflammata.
- ὑποχόνδρια εἰς τ' ὄγκον ἤµενα Hypochondria intumorem elata.
- φλογώσις Phlogoseos.
- Ματρία πνέµασπῆς A flatu excitata φλεγµαίνοντα Inflammata.
- οἷσι πῶ ὑποχόνδρια ἄσταταιμένα περιήσονται, ἢ ὑπερξάλλοντα ἐστὶ δερµὰ κ' πυρωδία: Quibus hypochondria distenta inflantur aut alterantur præcalida & veluti igne accensa.
- πῶ ἄσταταιμένον Distentum.
- συντέξις Syntexeos, colliquationis.
419. συσροφή Systrophe, concretio.
- ἀνεμίαν Anemien, ventosam flatuositatem; ut veris Jan. Cornar.
- ἀνορέξιαν, Anorexiam.
421. κασιέρης esset πνιγῶδης Catharrus suffocativus.

- ἀπειρος Incoctilis.
422. ὁμοειδήσι Affinitatem, & gentilitatem, cognationem.
- ἀνάληψιν Analepsin, renutritionem.
423. Corpora θερμόκοιλα Ventre calido.
- διάρθεσι Diathesis.
- συνεχῆ Continuum.
- ῥέυμα Rheuma.
424. ἑτερογενεῖς Heterogeneum.
- διάρχυσιν Diffusionem.
- συνώσθιν Colliquationem.
425. ἀπὸ ἑβ' ἐπικρατικῶν Alterantius, quae epicraistica appellantur.
- ῥευματισμοῖς Rheumatismis.
- περὶ ῥόων γυναικείων De fluxibus muliebribus.
- πῶς ἐπικρατικοῖ Epicraisticis.
426. Oculos ἐπίχυς Pulverulentos.
- ἀλωῶδες Salfuginosum, humore nitroso, & falso abundans.
427. Febres περικαεῖς incisivas.
- περικαύτων Exanthematōn ambustorum.
428. ἁταραχῆς Perturbationis mentis.
- Humores ἑτερογενεῖς Heterogenei.
- Corpora ὑπόλευκα ἢ ῥοῶδες subalbiantia, & Rheumatica.
- κώμα ἀγρυπνον Coma vigil.
- διεφρορητικόν Diaphoreticum.
429. κακοήθειαν Malignitatem.
- ἀναθερμαίνεσθαι Recalefcere.
- ἑβ' κρισίμων Criticorum.
- δύσκειρα Quae ægrè judicantur.
- παλινδρομῶν Palindromen, recursum.
- πῶς κρισίμα Judicantia.
430. περὶ ἑβ' κρισίμων De judicantibus, πῶς κρίσιμα Judicatoria.
- δύσκειρα Difficilis judicationis.
- πῶς κρισίμα Injudicationes, acrifias.
- κακοήθειαι Malignitatis.
- καύσον Febris ardens, Caufon.
432. καυσώδεις Febribus ardentibus.
- Excrementa πυραυώδεα quae bacéis caprarum sunt similia.
433. πῶς κεχυλῶσαι Chylificatione, chyloleos actiones.
- ἰδιοσυγκρασία Idiosyncrasia, proprietates individualis singulorum.
434. ἀσώδης Anxius, implacidus.
- κακώσεως Mala affectionis.
- ῥητισμῶς ἢ ἀλυσμῶς Jactationis, & anxietatis.
- κακοήθειαν Malignitatem.
435. λεπθάλειβος Tenuibus venis, & angustis.
- Febris ἀξιόλογος effatu digna, & conspicua.
- Habitu corporis δυσδιαφορίῳ ægrè evaporabili, difficilis evaporationis.
436. πῶς αἷμα διερεῖν Sanguinem serofam naturam acquirere.
- Dolendum porro est quod non solum in hac voce, sed in aliis multis Græcis vocabulis prima exemplaria sint adeo fædis mendis conspurcata. Sed quæ Typographorum incuria irreperunt, veniam deprecantur. Pleraque tamen in verborum translatione sunt emendata, & integritati suæ restituta.
- Profluvio ἑτερογενῶν diversi formi, & variarum.
- πῶς ἐμπύρευμα Empyreuma, & ignitios & anima morbi, seminarium igneum.

Verba, quæ Græcè occurrunt in prima pag. appendicis, & in  
Præfatione ad VVillhelmum Moor M. D. Clarissimum,  
latinè reddita.

- I. Μία ἀρχὴ ἀγέννητος Unum principium infectum. Sic vertit Daniel Heinsius ex  
*Clem. Alexand. Strom. V.*
- II. Εὐδαιμόνως πρῶτα Feliciter agere. *Aristophan. Actu IV. Scen. I.*
- III. Παραλειπόμενα Quæ prætermissa sunt ab Homero. Q. Calaber, ab aliis Corinthus  
Grammaticus appellatus, exorsus a nono anno Iliaca obsidionis, Halosim Tro-  
jæ XIV. libris epicè & Homericò spiritum complexus est.
- IV. Περὶ Ἑλένας ἀρπαγῆς De raptu Helenæ Coluthus Poeta vetustissimus Raptum He-  
lenæ elegantissimè cecinit: Clarissimus vero Vir VVillhelmus Moor tantum opus  
interpretari, & nitidissimis notis illustrare aggressus est.
- V. Οἱ ἐκ πόνου ἀφρονεῖ γίνονται δίδρακτοι Qui ex dolore aphony fiunt, crudeliter mo-  
riuntur.
- VI. Ἄλφα Alpha, elementum.
- VII. Τῆν ἀξύλον Sylva nemorosa.
- VIII. Πέλαγος ἀχανὲς Pelagus immensum.
- IX. Ἄσχυος ἢ καρποφόρος Nilus spicifer & fructiferus.
- X. Περὶ προσῶχης De Oratione.
- XI. Ἄβιος, καὶ πολλῶν βίων κακτεμένος Dives & qui multam substantiam possidet.
- XII. Vox Κλαυθμώδης Clangosa.
- XIII. Βοᾶν Ululare, vociferari, clamare.
- XIV. Δυσθάνατοι. Ægrè crudeliter morientes.
- XV. Δυσόληρος Mori contumax, ex *Theod. Gaz. 1.*
- XVI. Κοκκυμηλία δυσόληρος Prunus sylvestris, apud *Theophrast. 3. Hist. Plant. vivax, inextricabilis, aboleri contumax.*
- XVII. Ἀναφέροντες Spirituosi subsingultuosi, ex *Galeno in Exegesi de Linguis.*
- XVIII. Καταφέροντες Deorsum ferentes, deicientes, ex *Foesio.*
- XIX. Τ'ποφέροντες Titubantes, erectè ambulantes.
- XX. Προσφέροντες, καὶ μικρὰ φροσνεγκάμενοι Comedentes, & paucis ingestis, in *Coc-  
cis ex Foesio.*
- XXI. Οἷον ἐκ σφραγγεῖς Quibus ex stillicidio urinæ.
- XXII. Ἐπίων νόμος πολὺς, ἔνθα ἔ' ἔνθα Verborum lex multiplex, hinc, & illinc, ex  
*Eustathio.*
- XXIII. Πολυσημῶς Verbis polysæmis, & multiplicis significationis. Verba πολύση-  
μα, tortuosa, & multiplicia variis obnoxia interpretationibus vocant Gram-  
matici.
- XXIV. Διακεπτολογεῖται κατὰ δόκους ὁ οἶκος Argutatur, & disputat subtiliter cum tra-  
bibus domus. *Aristoph. in Nebulis Act. V. Scen. IV.*

T O T E Λ Ο Σ.

*Libri nuovamente stampati da ANGELO GEREMIA in Merceria  
all'Insegna della Minerva, con altri che ritrovasti aver  
in maggior numero.*

- P**rosperi Alpini M. D. De Praesagienda Vita & Morte Egrotantium cum Praefatione Herm. Boerhaave; post Editionem alteram Leidensem, cujus Textum recensuit, passim emendavit, supplevit, citata Hippocratis loca accuravit Hieron. Dav. Gaubius M. D., addit. Hieron. Fracast. de Diebus Criticis, in 4. 1735. L. 6
- Georgii Baglivi Opera Omnia Medico Practica, & Anatomica. Editio noviss. aucta. In 4. 1732. L. 6
- Hippocratis Aphorismi, ad mentem ipsius, Artis Usus & Corporis Mechanismi rationem expositi. Auctore Joann. Hecquet. In 4. Neap. 1731. L. 7
- Frederici DeKers M. D. Exercitationes Practicae circa Medendi Methodum, Auctoritate, Ratione, Observationibus plurimis confirmatae ac figuris illustratae; in hac nova Editione notis, Animadversionibusque Angeli de Martino M. D. exornatae, & auctae. In 4. Neapol. 1726. L. 10
- Joannis Freind M. D. Opera Omnia. In 4. Neapoli 1730. L. 5
- Cours de Physique accompagnè de plusieurs pieces concernant la Physique que ont deja paru, & d'un Extrait Critique des Lettres de M. Leenvenhoek, par feu M. Hartfoeker. A la Haye 1730. En 4. L. 30
- Dialoghi Sacri sopra la Divina Scrittura del Dott. Paolo Medici In 8. 42. Vol. 34. de' quali sono stampati, gli altri 8. stanno sotto il Torchio. L. 84
- Dialoghi Sacri sopra i Salmi di Davide del medesimo, separatamente In 8. 6. Vol. L. 12
- Dialoghi Sacri sopra i Proverbj di Salomone del medesimo. In 8. L. 2
- Dialoghi Sacri sopra il Libro della Sapienza, e dell'Ecclesiastes del medesimo In 8. L. 2
- Dialoghi Sacri sopra l'Ecclesiastico del medesimo In 8. L. 3
- La Cantica de' Cantici di Salomone Tradotta in versi Toscani dal Dottor Giuseppe Bianchini di Prato con alcune Annotazioni del medesimo In 8. 1735. L. 1:10
- M. Tullii Ciceronis Opera Omnia cum Aiconio & Scholiaste Veteri ac Notis integris P. Victorii, J. Camer. F. Ursini & Selectis P. Manutij, D. Lambini, J. Gul. J. Gruteri, J. F. & J. Gronoviorum, J. G. Gravii & aliorum quamplurimorum &c. In 8. 12. Vol. 1731. L. 62
- La medesima Opera in Carta grande. L. 84
- Massime Cristiane proposte a meditarfi in ciascun giorno del Mese, con l'esercizio di preparazione alla morte: Brevi meditazioni sopra i Novissimi, e la Passione; Apparecchio, e ringraziamento per li Santissimi Sacramenti della Confessione, e Comunione scelte dall'Opere de' Padri della Compagnia di Gesù. In 12. 1734. 2. Vol. con nuova giunta. L. 1:10
- Operum P. Ovidii Nasonis editio nova accurate Nicolao Heinio Dan. Fil. In 12. 3. Vol. Amstel. Typis Danielis Elzevirii 1664. L. 6
- L' Uomo universale di Baldassar Graziano Tradotto dalla Lingua Spagnuola nell'Italiana. In 8. 1725. L. 1:10
- Giocasta la Giovine, Tragedia di Scena mutabile del Dottor Girolamo Baruffaldi Ferrarese: premesso un ragionamento intorno alla mutazione delle Scene. In 8. 1727. L. 1:10
- Il Mondo alla Moda Capriccj Comici di Smacotofano Berlincanciandola. In 8. 1725. L. : 10
- Le Quattro Tragedie attribuite a L. Anneo Seneca il Morale Filosofo cioè la Medea, l'Edipo, la Troade, l'Ippolito, con l'Ippolito del Greco Euripide trasportate in Versi sciolti del nostro Idioma da Benedetto Pasqualigo N. V. fra gli Arcadi Merindo Fesanio. In 8. 1730. L. 3
- Opere

- Opere di Gabbriello Chiabrera . In 8. 4. Vol. *Carta corsiva* 1731. L.12  
 Dette in *Carta fina*. L.16
- Delle Opere di Gabbriello Chiabrera Tomo quarto contenente le Poesie Liriche omesse nella edizione di Roma, alcune Favole Dramatiche e altre composizioni mentovate nell'Indice, che segue la Prefazione. Giuntovi parecchie Rime di diversi Poeti in Lode dell'Autore. In 8. 1731. in carta simile all'Edizione Romana L.4
- Lettere di Francesco Petrarca all'Autore della Prefazione, premeffa alla Rettorica d'Aristotile fatta in lingua Toscana dal Commendatore Annibal Caro. In 8. 1733. Lettera I. L.1
- Li Sette Salmi Penitenziali di David Parafrafi Toscana in terza rima 8.1733. L. : 10
- Della Novella Poesia, cioè del vero genere e particolari bellezze della Poesia Italiana Libri tre. In 4. 1732. L.8
- Cornelio Nipote Veronese degli Uomini Illustri di Grecia tradotto per Remigio Fiorentino, aggiunta la traduzione delle Vite di Marco Porzio Catone, e di Tito Pomponio Attico. In 4. 1732. L.3
- Univerfa Moralis Theologiae summaria Collectio Ex Sacris Conciliis, Ecclesiasticis Decretis, Probatisque Authoribus quasi in Mare parvum congerente P. Hdephonfus Manrique Sac. Theol. Mag. Ord. Prædic. In 4. L.3:10
- R.P.F. Felicis Potestatis Examen Ecclesiasticum. Editio Novissima cui inter alias Additiones accessit Appendix Thesum Quesnellianarum cum sua singularum laconica explanatione, & oppugnatione excerpta è Trutina Antiquesnelliana P. Dominici VIVA Soc. Jesu. In 4. 1732. L.6
- Mistico Compleffo de' principali Osequj da tributarfi alla Serafica Vergine, e Madre S. Teresa di Gesù Carmelitana, con l'Orazioni per la Confessione, e Comunione, e la Novena di S. Giuseppe. Aggiuntovi il Ristretto della Vita di S. Gio: della Croce. In 12. 1728. L.1:5
- Grammatica della lingua Latina dettata per interrogazione ad uso del N.H. Giovanetto Angelo Querini da D. Ferdinando Porretti Dott. Teol. Coll. e Precettore Pubblico della Città di Padova. Edizione Terza ridotta a qualche maggior chiarezza anche per uso della Pubblica Scuola 12. 1732. L.1:5
- Lustri Storicali de' Scalzi Agostiniani Eremiti della Congregazione d'Italia, e Germania descritti dal suo Cronista P. Gio: Bartolomeo da S. Claudia Milanese. In fol. Milano 1700. L.14
- Calix inebrians ex suavissimo Christi Passi Botro Eliquatus a Vincentio a Vinatri Congregationis Oratorii Neapolitani Sacerdote, Propinarus. In 8. Neapoli, cum figuris æneis. L.6
- Lettere Mercantili di Giovanni Garotti Veneziano Professore di Aritmetica speculativa ec. In 12. 1733. L. : 16
- Abachino del Gran Maestro Garatti, Riformato, ed accresciutovi alcuni Cambj delle Città, e Piazze, aggiuntovi i Tempi delle Fiere di alcune Città, e Piazze, e sua durazione con una piccola notizia della corrispondenza de' pesi di Venezia con altre Città da Gio. Garotti. In 12. 1731. L. : 12
- Il Sentiero alla Sapienza mostrato a' Giovani studenti dal P. Antonio Foresti della Compagnia di Gesù. In 12. 1734. L.1:10
- Divozioni affettuosissime alla B. V. Maria con li cinque suoi maggiori Dolori, Orazioni avanti, e dopo la Ss. Confessione, e Comunione, Offerte de' Morti, Aspirazioni al Santissimo Sacramento, ed altre Orazioni raccolte &c. 16. 1734. L. : 12.
- Esercizio Quotidiano per la mattina, e sera. Li Sette Salmi Penitenziali, Orazioni alla Ss. Vergine Maria Madre di Dio, e a diversi Santi. In 18. L. : 12
- L'Anno santificato in tutti i suoi giorni, o sia il Compendio delle Considerazioni Cristiane del P. Gio. Craffet della Comp. di Gesù. In 12. 1730. L.1.10